Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Ottawa

http://www.archive.org/details/historiabiblioth00ehrl


The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto, Ontario

HISTORIA

BIBLIOTHECAE ROMANORUM PONTIFICUM

TUM BONIFATIANAE TUM AVENIONENSIS

HISTORIA

BIBLIOTHECAE ROMANORUM PONTIFICUM

TUM BONIFATIANAE TUM AVENIONENSIS

ENARRATA

ET ANTIQUIS EARUM INDICIBUS ALIISQUE DOCUMENTIS ILLUSTRATA

A

FRANCISCO EHRLE S. I.


VULGATA SUMPTU ACADEMIAE HISTORICO-IURIDICAE

TOMUS I

Ad extremum adiunctae sunt tabulae octo,
quibus in primis palatium Avenionense Romanorum Pontificum exhibetur

---

ROMAE
TYPIS VATICANIS
1890



18364

PRAEFATIO

Cum annis superioribus historiae theologiae et philosophiae scholasticae indagandae totus intentus, curiosius in originem atque fortunam variam quorumdam codicum manu scriptorum bibliothecae Vaticanae inquirerem, brevi perspexi, ad id vel ipsos huius bibliothecae thesauros non sufficere. Nulla enim in ea asservatur codicum recensio antiquior ea, quam Cosmas de Monteserrato, Calixti III datarius et confessor, inde a die 16 m. aprilis an. 1455 conscripsit. Quare ad tabularium Sanctae Sedis me contuli, in quo brevi, quod desiderabam, plenissime sum consecutus. Excussi nihilominus etiam reliquas romanas atque exteras bibliothecas, quae quidem ad meum propositum spectare viderentur, Parisiensem, inquam, Avenionensem, Assisiensem, Tolosanam. Qua ratione ea denique congessi monumenta, quibus historia alterius aetatis bibliothecae Romanorum Pontificum inde a Bonifatio VIII usque ad Martinum V (1295-1417) concludatur atque absolvatur.

Ut ea vulgarem, plurimae, quae ex eo obventurae erant, effecerunt utilitates. — Id enim in primis Vaticanae bibliothecae dignitas omnino postulare videbatur. Nam dolebam, quod cum illa, ut modeste loquar, nulli esset secunda, etiam nunc iis careret ad suas vel origines vel mutationes vel incrementa perspicienda sub-

sidiis, quibus aliae bibliothecae iam dudum plenissime essent instructae.

Praeterea, cum ea, quae dixi, monumenta potissimum in recensionibus iisque copiosissimis codicum manu scriptorum consistant, quorum alii aliis temporibus in bibliothecis Romanorum Pontificum asservabantur, nemo non videt, quantam ea vim habeant ad historiam singularum disciplinarum illustrandam. Quid enim ad id plus conferat, quam declarari, quae et quanta maioribus nostris praesto fuerint litterarum subsidia, quibus nos careamus? Profecto enim de litterarum explicatione ac progressu et de opinionum doctrinarumque successione is demum recte statuet, qui antiquas maiorum nostrorum bibliothecas perspectas habuerit. Nulla enim fere alia re singularum aetatum, immo etiam doctorum virorum ingenia et studia certius aestimantur, quam ex bibliothecis, quas sibi singulari saepe amore, pretio, incommodo compararunt. Eae enim ut ex illorum studiis sunt natae, sic ea ipsa aluerunt. Quare hac mutua cognatione quasi in quodam speculo propriam utrorumque rationem exhibent.

Deinde ex iis, quas dixi, librorum recensionibus de veterum scriptis ac re libraria plurima intelligimus. Discimus enim, quos quique libros scripserint auctores et quibus viris tot nullis certis nominibus inscripta volumina sint tribuenda. Quare haud ita paucae, quae de his rebus agitabantur, quaestiones ex his dirimuntur indicibus.

Praeterea cum ex codicibus, qui olim in bibliotheca Romanorum Pontificum Avenione asservabantur, plurimos in bibliotheca excellentissimi Principis Burghesii, quosdam in Vaticana, quosdam in Parisiensi, quam « Nationalem » dicunt repererim; non dubito quin viris

doctis, qui ea volumina consulturi sunt, non modo iucundum, sed etiam utile sit futurum, cum eorum historiam hic ob oculis positam uno conspectu erunt complexi.

Denique quo facilius multiplices, quas modo commemoravi, utilitates ex his bibliothecarum recensionibus haurirentur, in eis corrigendis, complendis, illustrandis atque in auctorum librorumque indicibus conficiendis operosum posui laborem. Qui utinam aliquod rei litterariae emolumentum atque inclutissimae Romanorum Pontificum bibliothecae Vaticanae novum, qualecumque erit, afferat decus atque ornamentum.

Haud parvam prolixae ac molestissimae inquisitionis segetem mihi tulit descriptio palatii Romanorum Pontificum Avenionensis. Nec tamen sine ea recensiones bibliothecae accurate illustrare, nec de eius fortuna certo statuere, nec situm ac dispositionem enarrare poteram. Quod si per me stetisset, inquisitionem ipsam alio vulgassem loco, ex eoque ea, quibus indigebam, huc derivassem. Sed complures, quominus id ita facerem, obstiterunt rationes. Quare, cum ea inquisitione penitus carere non possem, ipsa huic inserenda fuit volumini.

Reliquum est, ut iis, quas debeo, persolvam gratias, qui me consilio vel operâ in hoc opere vulgando adiuverunt. Inter quos in primis memorandi praefecti Academiae Pontificiae, cui nomen *Accademia di conferenze storico-giuridiche*, qui, cum iam de hoc negotio cum bibliopola Parisiensi agerem, ut ipsis volumen Romae typis describendum concederem, comiter liberaliterque petierunt, agente id imprimis Ioanne Bapt. de Rossi, viro clarissimo. Verum maiores etiam gratias debeo Summo Pontifici Leoni XIII, cuius munificentiâ aca-

Z
810
.R76
E33

demia illa consistit et habet, unde litterarum studia promoveat.

Eodem officio teneor erga eos, qui in Regno Virtembergico administri adsunt Regi rerum externarum, erga excellentissimum Principem Paulum Burghesium, erga praefectos Tabularii Sedis Apostolicae et bibliothecarum Vaticanae, Nationalis Parisiensis, Nationalis-Centralis Romanae, Assisiensis, archivorum Avenionensis et Tolosani, qui omnes mihi laborem evolvendi codices humanissime minuerunt atque explicarunt. Denique non possum tacere Petrum Wenzel v. cl., archivi Basilicae s. Petri in Vaticano praefectum ac tabularii S. Sedis primum custodem, qui mihi exemplar recensionis Gregorianae e codice uligine fere exeso singulari sollertia descriptum benignissime obtulit.

Scribebam Romae die 27 m. aprilis 1890.

INDEX

PRAEFATIO . . . . v-VIII

PROOEMIUM de ratione et divisione operis **1-3**

PARS PRIOR

DE BIBLIOTHECAE BONIFATIANAE ORIGINE, HISTORIA, INDICIBUS

CAPUT I. — De thesauro ecclesiae Romanae **3-5**

Saeculo XIII segregatae sunt accuratius res ecclesiae Romanae a rebus Basilicae Lateranensis, **3.** — Inde pressius definitur thesaurus Romanae ecclesiae, quid continuerit, **3.** — Eius praefecti et custodes, **4.** — Ad hunc thesaurum spectabant tunc etiam tabularium et bibliotheca s. Sedis, **5.**

CAPUT II. — De historia et recensionibus bibliothecae Bonifatianae **5-24**

§ 1. *De recensione thesauri et bibliothecae anni 1295.* — Bonifatius VIII thesaurum cum curia Neapoli Romam reductum recensuit an. 1295, **5**, cf. 4, not. 6. — Exemplar Vaticanum eius recensionis describitur ac vulgatur eius index sive compendium thesauri Bonifatiani, **6.** — Apographum Parisiense eiusdem recensionis indicatur, **8** **5-9**

§ 2. *De recensione Perusina anni 1311.* — De cura Benedicti XI recuperandi thesaurum Romanae ecclesiae ex parte dispersum an. 1303 Anagniae, **9.** — Benedictus XI curiam et thesaurum an. 1304 transfert Perusiam, **9.** — Eo mortuo (1304) ac Clemente V electo (1305) pars thesauri an. 1305 Lugdunum asportatur, pars Perusiae relinquitur, **11.** — An. 1310 Clemens V partem Perusiae reconditam, partim Avenionem transmitti, partim in conventu s. Francisci Assisii collocari iubet, **12.** — Cum Perusini moveant difficultates, res tota cardinali

Gentili de Monteflore committitur, **13.** — Recensetur thesaurus Perusiae an. 1311, **14.** — Pars a cardinali Gentili an. 1312 Lucam asportata, eo mortuo an. 1314 ibidem diripitur, **15** **9-16**

§ 3. *De recensionibus thesauri bibliothecae Assisiensibus.* — Pars an. 1312 Perusiae relicta, (in qua et tabularium et libraria) et paullo post Assisii in conventu s. Francisci recondita, an. 1319-22 ex parte diripitur, **16.** — Ioannes XXII thesauro Assisii asservato sedulo providet atque an. 1323, eum recenseri iubet, **16.** — An. 1326 nuntios Assisium mittit, qui res e thesauro ablatas recuperent eumque accurate describant, **18.** — Recensentur libri e thesauro c. an. 1320 erepti, **19.** — Benedictus XII diligentem thesauri curam agit; an. 1339, ut denuo describatur ac plura volumina e tabulario et bibliotheca Assisio Avenionem asportentur, dat in mandatis, **21.** — Describuntur breviter indices thesauri Assisii an. 1323, 1327, 1339 conscripti, **23** . . . **16-24**

CAPUT III. — Index Perusinus (anni 1311) bibliothecae Bonifatianae. **24-117**

Comparantur inter se quatuor, qui nobis praesto sunt, indices; propria laus Perusini, **24.** — Ratio eum vulgandi, **25.** — Index Perusinus bibliothecae Bonifatianae, **26-102.** — Codices graeci, **95-99.** — Completur index Perusinus ex Romano anni 1295, **102**; — ex Assisiensi anni 1327, **105**; — et ex Assisiensi anni 1339, **106.** — Index secundum alphabetum auctorum et librorum bibliothecae Bonifatianae, **109-117.**

CAPUT IV. — De conformatione, origine, interitu bibliothecae Bonifatianae **117-129**

Bibliotheca Bonifatiana post Sorbonicam et Cantuariensem Ecclesiae Christi omnium, quarum indices nobis praesto sunt, copiosissima, **117.** — Nihil commune habet cum antiquo scrinio Sedis Apostolicae, **117.** — Constituta est saeculo XIII atque in primis codicibus eo fere tempore exaratis, **118.** — In eius recensionibus *antiqui* dicuntur libri, qui erant obsoleti, **119.** — Recensentur auctores in ea contenti secundum diversas disciplinas dispositi, **120.** — De codicibus graecis, **121.** — De librorum facie et cultu, **122.** — De eius origine et incremento, **124.** — De eius interitu, **126-129.**

PARS ALTERA

DE BIBLIOTHECA AVENIONENSI

ARTICULUS PRIOR

DE BIBLIOTHECAE AVENIONENSIS ORIGINE ET HISTORIA USQUE AD EIUS DISSIPATIONEM AN. 1305-1403

CAPUT I. — De bibliothecae Avenionensis origine **129-259**

§ 1. *De curia Avenionensi Romanorum Pontificum.* — Qua ratione Clemens V fuerit impeditus, ne Romam accederet, **129.** — Ioannes XXII curiam ad tempus Avenione constituit atque eius usibus palatium episcopale aptat, **131.** — Benedictus XII spe proficiscendi Romam deiectus proprias pontificibus Avenione constituit aedes, **133** . . . **129-135**

§ 2. *Proferuntur documenta, quibus origo bibliothecae Avenionensis illustratur*, **135.** — Primum e *registris* litterarum Romanorum Pontificum (**Reg.**), **136**; — e libris *introitus et exitus* camerae apostolicae (**Int.**), **144**. **135-172**

§ 3. *Ex documentis allatis illustratur origo bibliothecae Avenionensis*, **172**; — primum ex litteris Pontificum patet alios libros ex aliis rationibus ab ipsis esse conquisitos, **173.** — Deinde ex libris rationum illustratur ratio administrandae bibliothecae. De praefectis scriptorum, **174.** — De scriptoribus, librariis, illuminatoribus, legatoribus; inter quos plurimi Iudaei, **178.** — De ratione augendae bibliothecae, **179.** — De modo exarandi libros, de pergameno eiusque *rasura*, de *papiru* Fabriano, de modo illuminandi, de diversis litterarum generibus, de valore nummorum, **184** **172-185**

§ 4. *De libris iure spolii in cameram apostolicam illatis*, **185.** — De iure spolii, **185.** — Ratio colligendi spolia illustratur ex rationibus cuiusdam collectoris anni 1363, **186.** — Recensio anni 1353 librorum ex spoliis in cameram illatorum (**Spo.**), **193.** — De copia librorum ex ratione in cameram illatorum, **246.** — Recensentur inventaria praelatorum in tabulario Vatic. asservata, **247.** — Libri ex spoliis non in cameram tantum, sed etiam in bibliothecam inferebantur, **249.** —

Index secundum alphabetum librorum in registris litterarum, rationibus camerae, recensione spoliorum an. 1353 memoratorum, 250 . . 185-258

CAPUT II. — LIBRORUM IN PALATIO AVENIONENSI ASSERVATORUM RECENSIO, TEMPORE URBANI V AN. 1369 CONFECTA 258-451

§ 1. *De recensionibus thesauri Avenionensis*, 258. — De ratione conscribendi inventaria thesauri, 259. — Recensentur ea, quae nobis suppetunt inventaria thesauri, 260-274. — Recensentur quidam libri an. 1344 in thesauro reconditi, 262-264. — *Recensio succincta chartarum tabularii Avenionensis, anni 1343-44*, 264 258-274

§ 2. *Recensio librorum anno 1369 in palatio Avenionensi asservatorum*, 274. — Ratio eam vulgandi et illustrandi explicatur, 274. — *Recensio tabularii Avenionensis anni 1369*, 277. — Recensio librorum an. 1369 (Ur.), 284-437. — *Recensio anni 1369 registrorum litterarum apostolicarum*, 433-436. — Index secundum alphabetum librorum huius recensionis, 438 274-451

CAPUT III. — RECENSIO BIBLIOTHECAE AVENIONENSIS A GREGORIO XI ANNO 1375 CONCINNATA AC DISPOSITA 451-575

Recensionis Gregorianae exemplar Naudeanum, 451; — eiusdem exemplar Vaticanum, 452. — Quo tempore ea recensio sit conscripta, 452. — De ratione eam vulgandi, 453. — Recensio bibliothecae Avenionensis Gregoriana, 453-561. — Recensio bibliothecae Gregorii XI, antequam pontifex electus est, propria, 518, 549-561. — Index secundum alphabetum librorum recensionis Gregorianae, 561.

CAPUT IV. — DE BIBLIOTHECAE AVENIONENSIS HISTORIA, SITU, DISPOSITIONE, CONFORMATIONE 575-759

§ 1. *De historia bibliothecae Avenionensis*, 575. — De libris *Clementis V*, 575. — Num *Ioannes XXII ditissimam suam bibliothecam* conventui Avenionensi fratrum Praedicatorum hereditate reliquerit, 579. — Alias quoque aedes religiosorum libris instruit, 581. — Volumen sermonum eius, 582. — Varia opera a *Benedicto XII* conscripta, 583. — Libri iubente *Clemente VI* Parisiis exarati, 584. — Libri ab eo compositi vel eius ante pontificatum initum proprii, 585. — De quibusdam libris *Gregorii XI*, 586 575-587

§ 2. *De historia palatii Romanorum Pontificum Avenionensis*, 587. — Quam non bene ea sit explorata; fontium, e quibus haurienda, praegrandis copia, 587. — Auctores, qui de ea tractarunt: Müntz, Duhamel, Valladier, Vitae paparum Avenion., 588. — De libris expen-

sarum camerae apostolicae: quaterni rationum, manualia expensarum, libri introitus et exitus, **590**. — Quae de historia palatii sint in controversia posita, **594**.

Excerpuntur e rationibus camerae et inventariis palatii documenta historiam eius illustrantia: de tempore Ioannis XXII, **597**; — Benedicti XII, **602**; — Clementis VI, **626**; — Innocentii VI, **644**; — Urbani V, **655**; — Gregorii XI, **664**; — Roberti de Gebennis (Clementis VII), **665**; — Petri de Luna (Benedicti XIII), **667**. — Litterae Martini V, quibus palatio renovando pecuniam assignat, **669**; — *Glossarium* rariorum vocabulorum in illis documentis occurrentium, **670**, not. 443.

Eruitur ex documentis prolatis historia et topographia palatii, **671**. — De capella antiqua magna Benedicti XII, **674**. — De parte meridiana palatii antiqui sive Benedictini (camera paramenti), **676**. — La Glacière sive turris latrinarum, **676**. — Coquina (turris de *Estrapade)*, buticularia, panetaria, **677**. — Consistorium antiquius et tinellus magnus, **677**. — Turris s. Ioannis sive Consistorii cum capellis s. Ioannis (capella consistorii) et s. Martialis (capella tinelli magni), **678**. — Pars occidentalis palatii Benedictini, **678**. — De turri Campanae sive s. Ioannis, **679**. — De deambulatoriis claustri Benedictini, **680**. — De demolitione sive renovatione palatii episcopalis ab Ioanne XXII amplificati, **680**. — De turri ss. Angelorum sive de turri papali, in qua Pontifices cum thesauro, tabulario, bibliotheca, **681**. — *Instrumenta possessionum emptarum* an. 1344 *s. pro palatio ampliando*, **683**. — Componuntur controversiae: pars orientalis palatii, quod novum sive Clementinum dicitur, a Benedicto XII magna ex parte est exstructa, **687**. — Consistorium novum non a Benedicto XII, sed a Clemente est constitutum, **687**.

Recensentur praecipua aedificia exstructa a *Clemente VI:* aedidificat (1342-43) turrim Gardaraubae cum capella s. Michaelis, **688**. — Plures distinguendae et gardaraubae et thesaurariae, **690**. — Inchoatur an. 1344 opus novum: scholae theologiae, camera artilheriae, audientia magna, consistorium novum, capella magna nova et pars occidentalis, **691**. — *Innocentius VI* perficit terrassias operis novi et turrim Gachiae sive Audientiae, exstruit turrim Revestiarii sive s. Laurentii et pilam, constituit molendinum, munit iter ad Peyroleriam, **692**. — *Urbanus V* adiungit ex parte viridarii cameram Romae, **693**.

Definiuntur quaedam aulae palatii: camera paramenti, **694**; — parvus tinellus, **695**; — audientia magna et audientia contradictarum, **696**; — unde ortum nomen *Rotae*, **696**; — de hospitiis vicecancellarii (camerâ regestri), camerarii, thesaurarii, **697**.

Enarrantur loci in vitis Paparum Avenionensium, qui ad historiam palatii spectant, **698** **587-700**

§ 3. *De situ bibliothecae Avenionensis.* — Pontifices omnes a Benedicto XII (an. 1337) incoluerunt turrim ss. Angelorum in eaque thesaurum reconditum tenebant, **700**. — Diversae huius turris appella-

tiones, **702.** — De distributione turris Gardaraubae et Thesauri sive ss. Angelorum, **703.** — Cur eam sibi selegerint, **704.**

De situ bibliothecae Ioannis XXII, **705.** — Cur bibliotheca ac tabularium in eadam qua thesaurus turri sint reposita, **705.** — Sub Clemente VI et Innocentio VI libri collocati in thesauro et gardarauba, **706.** — Distributio librorum, quam exhibet recensio anni 1369, **706.** — De libraria iuxta consistorium anno 1376, **707.** — De libraria nova Clementis VII, **708.** — De distributione librorum anno 1411, **708.** — Nec bibliotheca nec tabularium incendio aliove casu unquam laesa, **709** **700-709**

§ 4. *De dispositione bibliothecae Avenionensis.* — Libri etiam in antiquis bibliothecis certâ lege dispositi, **709.** — Bibliothecae in coenobiis et studiorum collegiis plerumque bifariam divisae, **710.** — Etiam in palatio Avenionensi alia bibliotheca Thesaurariae, alia bibliotheca veri nominis, **710.** — Colliguntur loci e rationibus Camerae Clementis VI et Innocentii VI ad libros et bibliothecas spectantes atque enarrantur, **710.**

De recensione thesauri anno 1369 et in primis litterae camerararii, quibus cardinali Philippo Cabassole iniungit, ut universam supellectilem palatii recenseat, **713.** — Ea recensione omnes omnino describuntur libri in palatio asservati, **715.** — Duae distinguuntur huius indicis partes, **715.** — *De dispositione librorum librariae magnae anno 1375*, **717.** — Quid nomine tabularum in indice eius anni veniat, **720.** — Guilelmus de Manso O. P. dispositionem librorum anno 1382 renovat, **721.** — Quid de dispositione et indicibus bibliothecae Avenionensis sit sentiendum, **721** **709-722**

§ 5. *De praefectis, qui feruntur, bibliothecae Avenionensis.* — Recensentur sacristae, confessores, bibliothecarii Pontificum, qui ab anno 1316 dicuntur ex Eremitis s. Aug. assumpti, **722.** — De eorum indice, qui Petro Assalbiti tribuitur, **723.** — Num tria illa munera saeculo XIV° fuerint inter se coniuncta, **726.** — Eximendi sunt ex indice sacristarum Augustinus Novelli et Iacobus Camers, **727.** — Episcopus Colossensis Clementi V a confessionibus, **727.** — De praefectis (sive sacristis) et magistris capellae Pontificiae, **728.** — De Gaufrido Isnardi et Ioanne de Seduno eleemosynariis secretis et praefectis capellae 1316-52, **729.** — Recensentur magistri capellae 1334-94 et praefecti scriptorum bibliothecae 1316-52, **730.** — Petrus de Bessio ord. Carm. confessor et praefectus scriptorum sub Clemente VI 1342-52, **732.** — Petrus Gaufridi ord. Erem. s. Aug. confessor, praefectus capellae et scriptorum bibliothecae sub Innocentio VI 1352-61, **733.** — Iisdem muneribus fungitur 1361-75 Raimundus Daconis, **734**; — eius socii: Petrus Arsenh de Apamia 1365 (?)-69 et Petrus Amelii de Brenaco 1369-75, qui succedit Raimundo 1375-1401 (?), **735.** — Raimundus de Bona et alii ex ordine Praedicatorum confessores et praefecti capellae Avenione 1378-1408 (?), **738.** — Compendium eorum, quae ex certis documentis sunt prolata, **739.** —

Corriguntur errores indicis sacristarum capellae pontificiae, **740.** — Qua ratione munus illud sit addictum ordini Eremitarum s. Augustini, **741.** — Cum eo munere ne saeculo XV° quidem praefectura bibliothecae pontificiae certa lege erat coniuncta, **742** **722-743**

§ 6. *De conformatione bibliothecae Avenionensis.* — Duae distinguuntur bibliothecarum aetates earumque definiuntur proprietates, **743.** — Significantur in priori aetate diversae bibliothecarum classes: bibliothecae virorum nobilium et ecclesiasticorum, **745.** — Indicantur earum discrimina, **746.** — Varia genera bibliothecarum ecclesiasticarum, **747.** — Inter eas bibliothecae Avenionensi suus assignatur locus, **748.** — Comparatur cum bibliotheca collegii de Sorbona, **748.** — Recensentur libri bibliothecae Avenionensis secundum diversas disciplinas dispositi, **749.** — Indicantur in ea plura digna, quae accuratius observentur: copia librorum Nicolai de Lira, s. Augustini, s. Thomae de Aquino, Ioachimi abbatis, Petri Ioannis Olivi, volumina 116 hebraica, paucissima graeca, commentationes de paupertate, praeclara collectio librorum Ciceronis, **751.** — Bibliotheca Avenionensis, ut reliquae eius temporis, privata potius quam publica dicenda, etsi ex ea interdum aliquid librorum externis sit concessum, **755.** — Consideratis conditionibus curiae censenda est locupletissima, **756.** . **743-759**

CORRIGENDA ET ADDENDA **759-775**

In iis potissimum observanda sunt haec. Recensentur res thesauri Bonifatiani a nuntiis Pontificis an. 1326 recuperatae, **759.** — De laetitia quorundam audita morte Bonifatii VIII; de littera antiqua diftongata; de Guilelmo de Broa, episcopo Caturcensi, **760.** — De Ioanne Coci, episcopo Tricastino et Ioanne Lemovicensi, qui feruntur praefecti bibliothecae Avenionensis, **761.** — Libri ab episcopo Casinensi, collectore censuum camerae, an. 1349 Neapoli Avenionem missi, **762.** — Rationes *natarii*, qui palatio de storeis providebat, ab an. 1352-1376, **766.** — Quid ex his rationibus de distributione palatii comperiamus, **773.** — De situ audientiae contradictarum antiquae, **774.** — Fueritne Radulphus de Bonavilla O. P. Roberto de Gebenna (Clementi VII) a confessionibus ab an. 1386, **775.**

EXPLICANTUR TABULAE HUIC VOLUMINI ADIUNCTAE **777-786**

Tabula I. **A** Conventus s. Francisci Assisiensis. — **B** Camera prope sacristiam superiorem, in qua repositus erat thesaurus Bonifatianus, **777.**

Tabula II. Palatium Romanorum Pontificum Avenionense decerptum ex « delineatione perfecta civitatis Avenionensis » anni 1618, **779.**

Tabula III et IV. Figura palatii more architectorum delineata, - et quidem tab. III: Palatium tempore Innocentii VI c. an. 1360; - tab. IV: Delineatio palatii anno 1801 descripta, **780.**

Enarrantur: palatium antiquum sive Benedictinum, **781**; — palatium novum sive Clementinum, **783**; — aedificia ab Innocentio VI addita, **784**; — reliquae partes, **784**.

Tabula V et VI. Prospectus palatii occidentalis et orientalis, **785**.

Tabula VII. Prospectus palatii tempore Innocentii VI c. an. 1360 orientalis et occidentalis, **785**.

Tabula VIII. **A** Turris ss. Angelorum e platea palatii Clementini. — **B** Pars eiusdem palatii occidentalis ex eadem platea, **786**.

PROOEMIUM

DE RATIONE ET DIVISIONE OPERIS

Historiam bibliothecae sedis apostolicae Ioannes Bapt. de Rossi [1] v. cl. merito in tres distinxit aetates, quarum *prima* tredecim fere priora christianae religionis saecula complectitur, *altera* a pontificatu Bonifatii VIII (1295) ad tempora Martini V (1417) [2] pertinet, *tertia* inde ad nos perducitur [3]. *Illam*, et longissimi temporis ambitu, quo a nobis distat, et documentorum penuria obscurissimam, is, quem modo dixi, vir clarissimus qua pollet eruditione ac diligentia plurimum illustravit; *has* vero aliis reliquit discutiendas [4].

[1] Vide eius *Commentationem de origine, historia, indicibus scrinii et bibliothecae sedis apostolicae* (Romae, 1886), quae praecedit tomum I recensionis codicum Palatinorum latinorum bibliothecae Vaticanae, pag. v.

[2] Alii secundam aetatem usque ad Eugenium IV (1431) producunt. Verum, etsi facile concedam, primum, quem hucusque noverimus, tertiae aetatis codicum manu scriptorum indicem sub eo pontifice esse confectum, tamen mihi persuadere non possum, nihil plane librorum regnante Martino V in curia fuisse. Nec me sine certis indiciis ita sentire, ex iis facile apparet, quae Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis*, III, 233 de ea re vulgavit.

[3] De hac tertia aetate vide prae caeteris Müntz - Fabre, *La bibliothèque du Vatican au XV siècle d'après des documents inédits*, Paris, 1887 et Müntz, *La bibliothèque du Vatican au XVI siècle, notes et documents*, Paris, 1886, praeterea commentationem, quam paullo ante laudavi, Ioannis B. de Rossi.

[4] Maiorem huius operis partem iam perfeceram, cum prodiit liber Mauritii Faucon, *La librairie des Papes d'Avignon*, Paris, 1886-87 2 voll. Doleo auctorem morbo impeditum in documentis inquirendis, vulgandis, illustrandis non eam potuisse adhibere diligentiam, quae impune omitti non poterat. Ne igitur libri huius errores quam plurimos corrigendo legentes continenter interpellem, hoc unum eos hic moneo, me certo consilio in librorum indicibus vulgandis et eis declarandis sexcentis locis ab illo libro discessisse; quod rectene an secus fecerim, legentes per se ipsi facile iudicabunt.

Inscriptio ipsa huius tractationis meae haud obscure indicat, me et investigationem et commentationem meam finibus secundae aetatis circumscripsisse. Atque eam quidem ut monumentorum copia illustriorem, sic indicum, quibus singuli codices copiosissime describuntur, numero et amplitudine operosiorem et diffusiorem sum expertus.

Aetas illa, quam accuratius excutiendam assumpsi, suapte natura rerumque cursu bifariam dividitur. *Prior* pars ineunte pontificatu Bonifatii VIII et eo anno circumscribitur, quo Clemens V (1305) curiam romanam ex Italia in Galliam evocavit ac paullo post Avenione constituit; *altera* tempus complectitur, quo summi pontifices Avenione soliti sunt habitare, donec schismate sublato tandem Martino V duce in romanam patriam remigrarunt. Quas bibliothecae pontificiae aetates, ut suis inscriberem nominibus, Bonifatianam alteram, alteram Avenionensem appellavi.

PARS PRIOR

DE BIBLIOTHECAE BONIFATIANAE ORIGINE HISTORIA INDICIBUS[5]

CAPUT I.

DE THESAURO ECCLESIAE ROMANAE

Saeculis decimo tertio et decimo quarto romani pontifices, qui iam fere inde a temporibus s. Silvestri apud ecclesiam Lateranensem sedem fixerant, tum rerum publicarum perturbatione tum factionum in Urbe inter se decertantium ferocia saepius et diutius in dies ab avita sede exulare coacti sunt. Ita factum est, ut quae sedis apostolicae essent propria, ab iis accuratius distinguerentur, quae ad basilicam Lateranensem proprio iure spectarent. Coeperunt sane exeunte saeculo tertio decimo romani pontifices « *thesaurum nostrum et ecclesiae romanae* » appellare quandam collectionem et rerum varietate amplissimam et supellectilis ornatu et auri argenti gemmarumque copia pretiosissimam. In ea enim quidquid orbi christiano cum dignitate administrando conveniret, concludebatur. Hic vasa auro gemmisque fulgentia, hic arma *militiarum ecclesiae*, hic supellex varia et copiosissima usui quotidiano totius curiae destinata, hic sacculi nummis aureis argenteisque referti, hic sacrarum reliquiarum insignis multitudo, hic chartae pergamenae registra cancellariae, hic demum optimorum librorum

[5] De his fusius egi in commentatione, quam inscripsi: *Zur Geschichte des Schatzes, der Bibliothek und des Archivs der Päpste im vierzehnten Iahrhundert* in DENIFLE - EHRLE, *Archiv für Litteratur-und Kirchengeschichte des Mittelalters.* Berlin, 1885. Bd. I, pp. 1-49, 228-365; confer *Civiltà cattolica,* ser. 13, vol. 2, pp. 679-696; vol. 3, pp. 36-57, et G. PAPALEONI, in *Archivio storico italiano,* ser. 4, tom. 18, pp. 426*s.*

copia. Hunc thesaurum romani pontifices sive in Lateranensibus sive Vaticanis aedibus residebant, sive factionum turbis Urbe pulsi vel aestus pestilentesque auras agri romani fugientes Urbem veterem, Viterbium, Anagniam, Perusiam petebant, apud se retinebant atque secum transportabant. De s. Coelestino V [6], Bonifatio VIII [7], Benedicto XI [8] quidem id certis documentis constat, de reliquis autem pontificibus inde facile concluditur, quod thesauri pars alia eaque longe maxima, curiae ad ipsius vitae rerumque usum ita fuit necessaria, ut ea carere non posset, alia ita pretiosa, ut nisi in ipsa sede curiae non videretur posse tuta consistere.

Thesauro asservando ac sollicite administrando praeerat cardinalis camerarius, cui in suo munere obeundo, exeunte saltem saeculo tertio decimo, assistebant camerarius et duo thesaurarii [9].

[6] Coelestino V ad pontificatum evecto thesaurum ecclesiae romanae Aquilam atque inde Neapolim deductum esse, inde mihi constare videtur, quod cum Bonifatio VIII electo atque coronato de curia Neapoli Romam reducenda ageretur, Carolus II Siciliae rex Iustitiario Principatus et Capitaneo civitatis Neapolis die 15 m. februarii 1295 in haec verba scripsit: « *Cum pro deferendis arnesiis sanctissimi patris domini nostri summi pontificis a Neapoli usque Romam trecenti somerii vel circa, sicut nobis per camerarium eiusdem domini fuit expositum, necessarii reputentur,* » — imperans, ut de eis cogendis providerent. Vide Minieri - Riccio, *Saggio di codice diplomatico.* Supplem. Napoli 1882, p. 88.

[7] In Tabulario Vatic., *Archiv. Avenion.*, *Introitus et exitus camerae apostolicae* n. 5 recensentur *expensae factae*, cum curia ineunte mense octobri an. 1302 Anagnia Romam rediret (f. 62*b*, 64*a* « *quando recessimus de Anagnia* »). Notantur inter alia: f. 57*a* « *Item domino Gregorio de Genenzano thesaurario, qui precessit cum primo thesauro pro X diebus, ad VII turon. pro die: V sol. et X den. turon. grossorum.* » — « *Item magistro Andree thesaurario, qui venit cum secundo thesauro.* » — Qui sequuntur videntur fuisse clerici camerae, qui thesaurum deducebant: f. 55*b* « *Magistro Petro de Genenzano, qui ivit cum camera, pro III diebus: XXI turonen. grossorum.* » — « *Item magistro Odoni de Sarmineto pro III diebus, qui ivit cum thesauro XXI turonen. grossorum.* »

[8] De Benedicto XI ex iis facile patebit, quae paullo post (p. 10) dicemus.

[9] Exeunte saeculo decimo tertio et ineunte decimo quarto tria genera officialium thesauro inservientium distinguenda videntur: 1. cardinalis camerarius; erat is an. 1304 in conclavi Perusino Theodoricus Rainerius Urbevetanus (v. *cod. Vatic. 3824*, f. 237*b*, et hic paullo post p. 10; confer Ciaconium, *Vitae et res gestae pontificum rom. et s. r. e. cardinalium* ed. Oldoini, Romae 1677, II, 238); anno 1314 in conclave Carpentoratensi Arnaldus de Falqueriis (v. in Tabulario Vatic., *Archiv. Avenion.*, *Inventaria* n. 467, ff. 2, 26, 38 et Denifle - Ehrle, *Archiv*, I, 8). - 2. Camerarius, qui cardinalis dignitate non erat insignitus; eo munere fungebatur sub Bonifatio VIII « dominus Raymundus Marcus » (v. in Tabulario Vatic. armar. 56, vol. 45, f. 77*a*); anno 1302 notatum invenio « venerabilem virum Iohannem camerarium existentem » (v. in Tabulario Vatic., *Archiv. Avenion.*, *Introitus et exitus camerae apost.* n. 5, f. 1*a*), quem eundem esse puto, qui an. 1310 dicitur « bone memorie I*[ohannes de Penestra]* electus Spoletanus tunc camerarius » (v. *cod. Ottob. 2516*, f. 132*a* et Denifle - Ehrle, *Archiv*, I, 5); his fortasse accensendus est « Petrus electus Spoletanus » † 1320 (v. in Tabulario Vatic., *Archiv. Avenion.*, *Inventaria* n. 467, f. 2*a* et Denifle - Ehrle, *Archiv*, I, 8, et hic paullo post p. 15). Quin immo, ut ex multis aliis unum

Eorum erat, res omnes suae curae commissas accurate in *inventariis* descriptas habere, eas praefectis singulorum officiorum: *cancellariae, capellae, buticalleriae, guardarobbae, ayquariae, parafrenariae, panetariae, coquinae* pro cuiusque necessitate dispensare; quae ex *spoliis* in thesaurum inferebantur adnotare ac suis in locis reponere. Cuius rei testes sunt volumina, quibus titulus: « *Inventaria mobilium palatii apostolici* » in tabulario Vaticano asservata.

Quae modo diximus, eo spectant, ut comprobemus, *archivum* vel bibliothecam sedis apostolicae, quae in propriis sedibus a propriis administrarentur praefectis saeculo tertio decimo exeunte et ineunte decimo quarto non fuisse, sed et *cartas ac registra* cancellariae et libros manu scriptos in thesauro vel camera apostolica esse asservata. Quare, quae eo tempore conditio tabularii et bibliothecae romanorum pontificum fuerit, ex iis est cognoscendum documentis, quae ad cameram apostolicam spectant. Cum igitur talia documenta, si tenues particulas quasdam excipias, Bonifatio VIII antiquiora nulla nobis suppetant, facile patet, ab eius demum pontificatu uberiorem atque accuratiorem de bibliotheca pontificia conscribi posse narrationem.

CAPUT II.

DE HISTORIA ET RECENSIONIBUS BIBLIOTHECAE BONIFATIANAE

§ 1. **De recensione thesauri et bibliothecae anni 1295.** — Vixdum Bonifatius VIII ad pontificiam dignitatem evectus, ineunte anno 1295 curiam atque thesaurum Neapoli Romam reduxerat, cum, ut malis ac perturbationibus temporum superiorum mede-

commemorem, iam exeunte saeculo duodecimo occurrit nobis « Cencius quondam felicis recordationis Clementis pape III, nunc vero domini Celestini pape III camerarius, sancte Marie maioris Urbis canonicus » (v. *cod. Vatic. 8486*, f. 11*a*). - 3. Thesaurarii duo; ex iis iam sub Nicolao III in indice portionum, quae ex culina pontificia singulis officialibus distribuebantur, recensentur « magister Ricardus de thesauro » sive ut alio loco dicitur « thesaurarius » et « magister Nycolaus de thesauro. » (v. *cod. Ottob. 2516*, f. 182*a*, 183*a* et Galletti, *Memorie di tre antiche chiese di Rieti*, Roma 1765, pp. 173-183); sub Bonifatio VIII notatos inveni « Michaelem de Encret, » « Cardarellum de Narnia » « Raynaldum, » « Iacobum, » « Andream, » « Gregorium de Genenzano » (v. paullo ante p. 4, not. 7 et in Tabulario Vatic., *Archiv. Avenion.*, *Introitus et exitus camerae apost.* n. 5, f. 57*a* et armar. 56, vol. 45, f. 77*a*). - Alios thesaurarios inde a tempore Clementis V vide in Denifle-Ehrle, *Archiv*, I, 8*s*.

retur, thesaurum accurate recensere atque describere iussit. Plura huius *inventarii* putem confecta esse exemplaria, quorum alterum thesaurarii apud se retinerent, ut ipsis constaret, quae res suae commissae essent custodiae; alterum pontifici vel cardinali camerario traderetur, ut statutis temporibus accuratam a thesaurariis exigeret rationem [10].

Duo nobis etiam nunc eius recensionis exemplaria praesto sunt. Longe praestantius illud, quod est in tabulario Vaticano, armario LVI, vol. 45. Continet 79 folia membranacea maioris formae, lineis continuis, non ut tunc usus ferebat, in binas divisis columnas conscripta; scriptura inter *currentem* et quam *gothicam* dicunt mediâ, quam registra quoque Bonifatii exhibent. Illud unum ex exemplaribus esse eo ipse tempore in curia confectis, suadent praeter litterarum, quam dixi, formam, notae quae in extrema voluminis parte adiunguntur. In eis enim res complures, aliae ab aliis scribis recensentur, quae sub Bonifatio diversis temporibus in thesaurum sunt illata.

Volumen, quod modo dixi, corio subrubro sub Innocentio XII (1691-1700) eleganter contectum est, quod vascula, Pignatelliorum insignia, eius dorso impressa demonstrant. Folio 1 *ab* continentur: « *Capitula inventarii et numerus rubricarum.* » Hunc indicem hic describendum putavi, quod brevi compendio conclusam totius thesauri rationem exhiberet.

Poti et iuste auri f. 1 *a* — Cupe auri f. 2 *a* — Bacilia, coclearia et furcelle auri (incisoria et scutelle) f. 4 *a* — Veges, flascones, urcei, iuste et poti de argento f. 4 *b* — Cupe de argento f. 7 *a* — Sciphi f. 10 *a* — Bacilia de

[10] Ac revera in recensione thesauri Perusiae anno 1311 compilata, de qua paullo post agam, alia duo describuntur huius inventarii exemplaria: **N. 488.** *Item unum inventarium de papiro, factum tempore domini Bonifatii pape VIII sub anno domini millesimo CCLXXXXV, existentibus thesaurariis Cardarello de Narnia et magistro Gregorio de Alatro, et habet coperturam de carta grossa pecudina.* - **N. 630.** *Item unum inventarium de bonis thesauri factum tempore bone memorie domini Bonifatii pape VIII sub anno domini millesimo CCLXXXXV, anno primo pontificatus ipsius, scriptum de nota currenti in cartis pecudinis, quod incipit in secundo folio:* Item unum ciatum, *et finit in penultimo:* et quatuor veneth, *et habet coperturam de carta grossa.* - Praeterea in indice Assisiensi priore anni 1327 recensetur: « *Item quoddam inventarium factum tempore domini Bonifacii VIII de rebus, que suo tempore erant in thesauraria;* » in posteriore vero anni 1339: « *Item* [invenerunt] *in eodem cofino inventarium de cartis edulinis, factum de rebus in dicto thesauro existentibus, quod incipit in secundo folio:* Item caput, et *finit in eodem:* petitiones; *et incipit in penultimo folio:* Item reposuerunt, *et finitur in eodem:* ferris. » Vide Denifle - Ehrle, *Archiv*, I, 323, 357.

argento, coclearia, conce, thephanie et incisoria argenti f. 10*b* — Scutelle, salzeria et saleria f. 12*a* — Rami et arbores cum linguis serpentinis f. 13*a* — Flascones, poti et cupe de cristallo iasbide et nachara f. 13*b* — Cupe de maçaro f. 15*a* — Falcistoria magna cum lapidibus f. 16*a* — Ymagines, thenacula, poma, ventilabra et multe alie res f. 17*b* — Ecclesia, tabernaculum et cruces de auro et argento f. 19*b* — Calices de auro et argento f. 22*a* — Canulum ad sacrificandum f. 23*a* — Nappeti pro purificatoriis, colatoria, ambulle, tabernacula et thuribula f. 23*b* — Vasa ad aquam benedictam f. 24*b* — Candelabra f. 25*a* — Annuli pontificales et simplices f. 25*b* — Acus, lapides sine castonibus, castoni cum lapidibus et nusce f. 29*b* — Corona et mitre f. 31*a* — Esmalta f. 32*a* — Cyrothece et ycone f. 33*a* — Altaria viatica et reliquie sanctorum f. 33*b* — Piscides, cassedule de auro, argento et ebore f. 34*b* — Dorsalia, frixia pro altari f. 35*a* — Copertoria pro purificatoriis f. 36*b* — Repositoria pro corporalibus f. 37*b* — Pluvialia f. 38*b* — Paramenta alba f. 39*b* — Paramenta rubea, viridia, violacea, crocea, nigra f. 41*b* — Camisi f. 43*b* — Amicti, oralia, stole et manipuli f. 44*b* — Cinguli f. 46*a* — Sandalia, carpite et paliocti f. 46*b* — Coxini et ipsorum coperte f. 47*b* — Panni Tartarici f. 49*a* — Panni pro coronatione et cena domini et panni de Romania f. 49*b* — Xamita et panni Yspanici et Lucani f. 50*b* — Frusta pannorum f. 51*b* — Cathaxamata, çendata, suriani, sarge et aurifrixia f. 53*b* — Fimbrie, perle, argentum et aurum tracticium et filatum, ambule cum balsamo et tyriaca f. 55*b* — Cortine et tobalie de Alamania et Lombardia et serice, tele Remenses et Pisane f. 56*b* — Scarlata, pelles et supralecti f. 57*b* — Cultre et mataratia f. 59*a* — Carpite, tappetia, coria et cultelli f. 59*b* — Pectines, cornua et potentie f. 60*b* — Flabella de carta f. 61*a* — Libri theologie f. 62*a* — Libri ad divinum officium f. 68*a* — Libri iuris civilis et canonici f. 71*a* — Recepta tempore sanctissimi patris domini Bonifatii f. 73*b*-79*a*.

Itaque longe maiorem *inventarii* partem supellex curiae sive qui thesaurus proprie dicitur occupat. De *cartis* et *registris* archivi nulla prorsus occurrit mentio. Libri, quorum nostra plurimum interest, ff. 62*a* - 73*a* recensentur. De ipsa ratione, qua hic describuntur, paullo post dicam.

Folio 2*a*[11] incipit recensio his verbis: « *In nomine domini, amen. Istud est inventarium de omnibus rebus inventis in thesauro sedis apostolice factum de mandato sanctissimi patris domini Bonifacii pape VIII sub anno millesimo* CC° *nonagesimo quinto, anno primo pontificatus ipsius.* » — Post indicem librorum ff. 74*a*-78 recen-

[11] Cum suprema marginis pars omnium fere foliorum, putredine consumpta saeculo proxime elapso sit reconcinnata, numeri foliis in indice assignati ab iis discrepant, qui non ita pridem sunt inscripti.

sentur res aliae, quae inde ab anno 1295 usque ad annum 1300 [12] aliae aliis temporibus in thesaurum sunt illatae; quarum plures eaeque pretiosissimae a regibus Angliae et Galliae pontifici erant oblatae. Inter eas duo erant libri: « *una biblia in duobus voluminibus, coperta de xamito rubeo, cum fibulis et aliis guarnimentis argenteis. — Item unum breviarium in tribus voluminibus, copertum corio rubeo, cum fibulis de argento.* »

Licet quod prae manibus habemus eius *inventarii* exemplar neque in Perusino neque in Assisiensibus thesauri indicibus compareat, tamen constat id anno 1339 Assisio in tabularium Avenionense delatum esse [13]. Ibidem asservabatur anno 1594, cum « *tempore legationis cardinalis Octaviani de Aquaviva libri, qui in archivio palatii Avenionensis reperti sunt,* » describerentur [14].

Alterum multo recentius atque imperfectius huius indicis exemplar cod. 5180 bibliothecae Parisiensis, quam *nationalem* vocant, continetur, volumine cartaceo, formae maioris, foliorum 204. Id saeculo XVII vel XVIII non sine aliqua oscitantia ex Vaticano exemplari descriptum est; id ex eo facile patet, quod etiam in codice Parisiensi notae, quae in Vaticano a variis scribis sunt additae, in eadem plane verba desinunt. — Caeterum fere tota haec thesauri recensio abhinc paucis annis typis descripta est. Priorem eamque longe maiorem partem, quae supellectilem curiae complectitur E. Molinier, solo usus apographo Parisiensi, inde ab anno 1882 vulgare coepit [15]. Reliquam partem, in qua libri sive bibliotheca recensetur, ipse ex Vaticano exemplari publici iuris feci [16].

[12] Describuntur enim res thesauro adiunctae f. 73*a* III kal. ianuarii an. 1295, f. 73*b* die XVII aprilis, f. 75*a* an. 1298, f. 76*a* an. 1300.

[13] In indice cartarum et librorum eo tempore Avenionem missorum recensetur: « *Item alius liber inventarii de thesauro, qui incipit in secundo folio:* In nomine domini, *et finit:* ponderis, *et in penultimo folio incipit in nigro:* Item, *et finit:* viridi, *et est copertus de carta pecudis vetere.* » Vide in TABULARIO VATIC., *Regesta Avenion. Clementis VII*, tom. 38, ff. 315*s* et DENIFLE, *Die päpstlichen Registerbände des 13 Ihs. und das Inventar derselben vom I. 1339*, in DENIFLE - EHRLE, *Archiv*, II, 102 et hic paullo post p. 22.

[14] In TABULARIO VATIC., *Archiv. Avenion.*, *Index archivii Avenionensis* (caret certo signo) f. 36*b*, n. 18: « *Inventarium de omnibus rebus inventis in thesauro sedis apostolice, factum de mandato sanctissimi patris Bonifatii VIII anno 1295, pontificatus sui an. I.* »

[15] Vide in *Bibliothèque de l'école des chartes*, tom. 43, pp. 276-310, 626-646; tom. 45, pp. 31-57; tom. 46, pp. 16-44, tom. 47, pp. 646-667, sub titulo: *Inventaire du trèsor du saint-siège sous Boniface VIII.*

[16] DENIFLE - EHRLE, *Archiv*, I, 21-41.

§ 2. **De recensione Perusina anni 1311.** — Cum die 7 m. septembris anni 1303 instigante Philippo illo Pulchro Galliae rege a Guilelmo de Nogareto et Iohanne Sciarra Columna palatium pontificis Anagniae insigni scelere invaderetur ac militibus diripiendum traderetur, haud ita parva pars thesauri romanae ecclesiae dispersa periit. Quanta ea iactura fuerit, facile cognoscet, qui *inventarium* thesauri anno 1295 confectum cum Perusino contulerit, de quo modo dicam. Ut eam, qua poterat ratione, repararet Benedictus XI litteris die 6 m. novembri et 7 m. decembris 1303 datis [17] omnibus, qui, cum « *summum illud nefas* » patraretur, aliquid ex thesauro surripuissent aut ad quorum manus ex hac immani rapina aliquid pervenisset, severissime mandavit, ut id quantocius domino Iohanni camerario vel poenitentiariis apostolicis vel prioribus ordinis praedicatorum vel guardianis fratrum minorum restituerent, ad cameram transmittendum. Quod ut efficacius urgeret, magistrum Bernardum de Roiardi in Campaniam destinavit, ubi « *adhuc multa de thesauro et de bonis predictis detineri* » dicebantur. Nec suo fructu eam legationem caruisse ex nota perspicimus in regesto Clementis IV [18] ad marginem adpicta: « *Regestum istud fuit ablatum ex camera domini Bonifatii pape VIII tempore captionis sue et restitutum domino B. Roiardi cum diminutione ista.* » Ex qua nota etiam patet, ne a libris quidem praedones manus abstinuisse [19].

Mortuo Bonifatio paucis diebus postquam Anagnia Romam redierat (11 m. oct. 1303), Benedictus XI vixdum (22 m. oct. 1303) pontifex electus, iisdem quibus Bonifatius fluctibus iactari coeptus est. Quare iam ineunte vere de curia Perusiam transferenda egit. Rebus omnibus rite dispositis die 6 m. maii anni 1304 in canonica s. Laurentii Perusiae sedem posuit [20]. Ut Bonifatius Anagniam sic Benedictus thesaurum secum Perusiam deduxit. Quo mortuo (7 m. iulii 1304) cardinalium collegium secundum constitutionem

[17] *Regesta Vatic. Benedicti XI* (n. 51) an. I, de curia epist. 1, 21, ff. 199, 202 et THEINER, *Codex diplom. dom. temp.*, I, 395, 396.

[18] *Regesta Vatic. Clementis IV* (n. 32) tom. III, f. 66 *b*.

[19] Quin etiam Clemens V cum die 20 m. aprilis an. 1312 multis iniuriarum Bonifatio illatarum veniam daret, illos excipiendos esse censuit, qui « *in captione dicti Bonifatii dispersione et detentione thesauri ecclesiae culpabiles esse noscuntur* » (vide THEINER, *Codex diplom. dom. temp.*, I, 453).

[20] V. *Brevi annali della città di Perugia* (1194-1352) in *Archivio storico italiano*, ser. I, tom. 16, part. I, p. 60.

Gregorianam conclave ingressum selegit cardinales Robertum Cisterciensem et Iacobum Gaietani de Stefaneschis, ut cum cardinale Theoderico Raineri camerario sedis apostolicae, thesaurum accurate iuberent recognosci ac sic recognitum domino Theoderico cardinali consignarent ecclesiae romanae et futuro romano pontifici conservandum.

Haec tum ex iis colligimus, quae post mortem Clementis V Carpentorati acta sunt [21], tum ab Arnaldo de Villanova [22] clarissimo illo medico cognoscimus, qui tunc ipse Perusiae versabatur. Is enim gloriatur, librum quendam suos continentem tractatus « nunc divina provisione signatum esse cum publica sollemnitate iu thesauro apostolice sedis [23]. » — Iuvat hunc locum nondum typis descriptum ex codice Vaticano 3824 hic inserere.

Arnaldus enim cum quaedam sua somnia, quae in tractatu « de tempore adventus antichisti » incautius vulgaverat, pertinaciter defenderet, tum Parisiis, tum Romae a Bonifatio VIII, tum Perusii in carcerem coniectus atque a quibusdam ordinis praedicatorum theologis acerrime est impugnatus. Quare cum electo Clemente V nova spes sibi affulgere videretur, die 24 m. augusti anni 1305 Burdigale « in presentia domini Clementis summi pontificis et ipso sedente pro tribunali ad audientiam publicam in aula palatii archiepiscopalis Burdigalensi » hunc legit libellum supplicem:

« Coram vobis sanctissimo patre domino Clemente quinto dei provisione « summo pontifice propono et confiteor ego magister Arnaldus de Villa nova, « me scripsisse multa opuscula super evangelica veritate secundum lumen michi « concessum a domino Ihesu Christo. Quorum opusculorum pars maior fuit « per dominum Benedictum olim papam et immediatum antecessorem vestrum « in camera sedis apostolice collocata [24], licet per modum prede silenter occu- « passet omnes scripturas, quas ego spontaneus ad presentandum eidem por- « taveram. — Deinde post obitum eius per dominos cardinales scilicet dominum « Theodericum Urbevetanum et dominum Robertum Cisterciensem et domi- « num Iacobum Guayethani constitutos per collegium ac recognoscendum et « consignandum bona papalis camere simul cum camerario sedis apostolice « domino Ioanne de Penestra electo Spoletano fuerunt predicta opuscula con- « signata. — Postmodum vero ex habundanti cautela coram eodem camerario « ego ipse cum attestatione publica distinxi predicta opera vel tractatus non

[21] Vide paullo post p. 12, nota 29 et Denifle - Ehrle, *Archiv*, I, 8.

[22] De eo vide imprimis Menendez - Pelayo, *Historia de los heterodoxos españoles*, I, 449-488, 720-781 et Hauréau, *Histoire littéraire de la France*, XXVIII, 26-126.

[23] Cod. Vatic. 3824, f. 237 *b*.

[24] Arbitror ea iu « *quaternis sive cartapellis* » conclusa esse, quae in indice Perusino sub n. 68 recensetur.

« solum titulis sed iniciis omnium, rememorando et explicando zelum meum
« et diligentem sollicitudinem presentandi et subiciendi omnia dicta opera vel
« tractatus examini et iudicio apostolice sedis, prout apparet per publicum
« instrumentum [25] inde confectum per manum Ioannis de Garcino dicti Rici
« publica auctoritate sedis apostolice notarii. . . . »

Cum post molestissimam dilationem tandem die 5 m. iunii anno 1305 Clemens V summus pontifex esset renuntiatus, cardinales Perusia ad se Lugdunum evocavit, ubi *triregno* accingeretur. Eodem ab Ioanne de Penestra camerario, electo episcopo Spoletano, cum insignibus ad coronationem necessariis exigua quaedam pars thesauri — inter alias res ex libris novem registra Bonifatii et unum Benedicti [26] — in Galliam est delata [27]; reliqua vero eaque longe maior sub cura duorum custodum mercede ad id conductorum [28] remansit Perusiae, urbe nimirum Guelficae factioni atque romanis pontificibus tunc quidem addictissima.

[25] Vide huius protestationis initium, f. 214*b*: « Incipit protestatio facta Perusii coram « domino camerario summi pontificis. - In nomine domini, amen. Anno nativitatis eiusdem « M° CCC° IIII°, indictione secunda, die XVIII mensis iulii, apostolica sede vacante et re- « verendis patribus dominis cardinalibus in papali palacio inclusis pro electione summi pon- « tificis celebranda, discretus vir magister Arnaldus de Villa nova medicus constitutus in « presencia venerabilis patris domini Iohannis dei gratia electi Spoletani sedis apostolice « camerarii meique notarii et testium subscriptorum, quondam protestationem legit et fecit « in scriptis in hec verba . . . »

[26] Vide in Tabulario Vatic., *Archiv. Avenion. Inventaria*, vol. 467, ff. 24*a*, 37*a* et in Denifle Ehrle, *Archiv*, I, 42*s*.

[27] Id patet ex recensione quarundum rerum in *camera* asservatorum, quam ex *cod. Ottoboniano 2516* vulgavit Galletti, *Del vestarario della santa romana chiesa*. Roma 1758. - Vide Galletti l. c. p. 75*s*, et *cod. Ottob. 2516*, f. 132*a*: « *In nomine domine, amen. Anno domini millesimo CCC decimo, die nona mensis februarii, pontificatus sanctissimi patris domini Clementis pape V, in libro portato per bone memorie I*[oannem] *olim Spoletanum electum tunc camerarium invenitur, quod de tempore domini Bonifatii erant in camera seu in thesauro XVI poti de auro et de tempore domini Benedicti VII poti de auro diversarum formarum, et sic sunt in universo XXIII de auro.* »

« *Invenitur in libro thesauri facto Avinione die XV mensis maii anni MCCCVIII, quod XXII poti de auro fuerunt portati per dictum electum apud Lugdunum* (ubi Clemens coronatus est) *et sunt in thesauro, quod est in curia. - Item invenitur, quod de tempore dominorum Bonifatii et Benedicti erant CXV annuli in thesauro, de quibus sunt in thesauro, quod est Avinione XVII, qui sunt portati per electum predictum; et sic restant Perusii secundum libros predictos LXXXXVIII anuli. - Item invenitur, quod de tempore dominorum Bonifatii et Benedicti erant secundum dictum librum in thesauro seu camera XXXVII cupe de auro, de quibus invenitur, quod sunt portate per dictum electum XXVIII, et sunt in thesauro, quod est Avinione, et sic restant Perusii secundum dictum librum novem cupe de auro.* »

[28] Vide *Regesta Vatic. Clementis V* (n. 54) anni II, f. 150*b* et *Regestum Clementis V*, II, 172 praeterea Denifle - Ehrle, *Archiv*, I, 228, not. 2, cf. paullo post p. 12.

Interea Clemens die 12 mensis augusti anni 1308 concilium generale in diem 1 m. octobris anni 1310 Viennam indixit, idque paullo post die 4 m. aprilis 1310 in diem 1 m. octobris 1311 distulit. Praeter alia, quibus se ad hunc conventum disponeret, thesaurum tum « *antiquum*, » qui Perusio in Galliam erat transmissus, tum « *novum*, » qui in Gallia sub eius pontificatu creverat, litteris die 2 m. augusti 1311 datis Avenione Viennam transferendum atque in castro de Bastida prope eam civitatem collocandum curavit [29]. Eodem consilio, nisi quid me fefellerit, iam paullo prius de thesauro Perusino quoque Viennas deferendo egerat.

Litteris enim die 15 m. martii anni 1310 Avenione datis [30] ad magistrum Gregorium de Placentia, Vitalem de Cabanaco, Guillelmum de Lua: « *mandamus*, inquit, *quatenus ad civitatem Perusinam personaliter accedentes vos vel duo vestrum a dilectis filiis magistris Iacobo de Casalibus decano S. Severini Burdigalensis et Petro de Eugubio canonico Laudunensis ecclesiarum, camere nostre clerico thesaurum nostrum sive in aurea vel argentea pecuniis aut auri vel argenti massis aut vasis sive annulis, lapidibus pretiosis ac sericis, scarletis aut lineis et tappetis seu quibuscunque aliis pannis et rebus consistant, custodie ipsorum commissum petere et recipere et ad cameram nostram una cum altero predictorum magistrorum Iacobi et Petri deferre fideliter studeatis* [31]. » — Aliis litteris [31] eodem die datis his duobus custodibus thesauri iniunxerat, ut iis, quos mitteret, nuntiis thesaurum « *assignarent* » ac paullo post addit: « *Volumus insuper, quod alter vestrum, qui cum nuntiis et thesauro predictis non venerit, transsumpta omnium privilegiorum, instrumentorum, munimentorum et registrorum in libris de pergameno scriptorum, que custoditis cum thesauro pre-*

[29] Vide DENIFLE-EHRLE, *Archiv*, I, 7, not. 1, et in TABULARIO VATIC., *Regesta Vatic. Clementis V* (n. 58) anni VI, de curia, f. 294*b*, epist. 111. - Iuvat hic casus adversos huius thesauri Avenionensis breviter indicare. Is paullo post concilium in duas divisus erat partes, quarum altera in castrum de Montiliis delata, haud ita multo post mortem Clementis a eius nepote Bertrando de Guto, Leomaniae et Altivillaris comite, direpta est. (Vide in TABULARIO VATIC., *Archiv. Avenion.*, *Inventarium bonorum mobilium Clementis V et processus contra usurpatores eorum*, vol. 467); altera pars Carpentorati apud cardinales in *conclavi* asservata, cum die 14 m. iulii an. 1314, omnia factionum turbis disiicerentur, similem etsi minus acerbam subiit iacturam; (vide BALUZE, *Vitae paparum Avinionensium*, II, 287).

[30] Vide *Regesta Vatic. Clementis V* (n. 57) anni V, f. 277*b*, epist. 27, 28, 29 et DENIFLE - EHRLE, *Archiv*, I, 44 et *Regestum Clementis V*, IV, 403*s*.

[31] L. l. cit.

dicto, fieri faciat illaque nobis, quam citius facta extiterint, studeat destinare; quodque originalia dictorum privilegiorum, instrumentorum, munimentorum et regestrorum ac res illas modici valoris, quas in thesauro conservatis eodem, queve vobis et dictis nuntiis non videbuntur portande, in domo fratrum minorum beati Francisci de Asisio in aliquo tuto loco deponere studeatis. Ad quorum custodiam ille ex vobis duobus, qui cum thesauro predicto, ut premittitur, non venerit, remaneat, quousque a nobis super hoc aliud receperit in mandatis. » Denique iubet eos, duo conficere publica instrumenta, in quibus distincte per singula omnia, quae aut Avenionem transmittenda nuntiis traderent, aut Assisii deponerent, describerentur.

Quo tempore nuntii Perusiam venerint, me latet, at hoc quidem constat ex *annalibus decemviralibus* [32] Perusinis, die demum 7 m. novembris anni 1310 in consilio *priorum artium et sapientum* de eorum adventu ac mandatis esse actum. Petierunt enim nuntii « *pro parte summi pontificis a communi Perusii scortam usque ad Senas pro thesauro ad ipsum pontificem deferendo et pro thesauro deponendo in loco beati Francisci de Assisio usque ad Assisium.* » Qua petitione breviter discussa maior pars in eam ivit sententiam, ut imprimis « *pacta et promissiones facta inter ecclesiam romanam et commune Perusii tempore adventus Benedicti pape XI accurate considerarentur, et si in ipsis promissionibus commune Perusii non esset in aliquo obligatum ratione dicti thesauri, quod libere litteris dicti summi pontificis obediretur; dummodo prius pro parte communis Perusii scriberetur dicto summo pontifici et dominis cardinalibus, quo certius constaret, de eorum intentionis voluntate processisse, ut praedicta per nuntios petita fierent.* » Deinde diebus 5 et 6 m. ianuarii et diebus 5 et 6 m. martii 1311 Perusini, fortasse de voluntate Clementis V iam certiores facti, in comitiis tum minoribus tum maioribus arbitrio decem priorum artium commiserunt, ut « *super impensa fienda pro scorta thesauri domini pape et provisione fienda nunciis domini pape deferentibus ipsum thesaurum* [33] » quae opportuua viderentur, statuerent.

[32] Vide in TABULARIO PUBLICO PERUSINO (archivio decemvirale) *Annali decemvirali*, tom. 1310-1312, f. 13*b* et DENIFLE - EHRLE, *Archiv*, I, 229*s*.

[33] L. cit. f. 44*ab*, 44*a*, 53*b*, 54*b* et DENIFLE - EHRLE, *Archiv*, I, 231.

Paullo post, totum negotium procrastinari coeptum est, sive Perusini nova in dies opponerent obstacula, sive clarius appareret, quantae aleae res esset, per terras tot factionum turbis laceratas tantam auri argentique copiam transferre. Quae obstacula atque pericula ut certius eliderentur, totius rei cura commissa est cardinali Gentili de Monteflore, qui ex Hungaria rebus omnibus insigni sollertia et dexteritate compositis, brevi Avenionem videbatur reversurus [34].

Interea dum adventus cardinalis expectatur, nuntii una cum custodibus a die 28 m. februarii ad diem 4 m. iunii 1311 praeclaram illam totius thesauri [35] recensionem conscripserunt, quam paullo ante Perusinam diximus. — Ex iis, quae in litteris pontificis de thesauro describendo et de monumentis transcribendis imperantur, facile patet, officiales curiae Avenionensis de his rebus minus accurate fuisse edoctos. Quare, cum neque Avenione neque Perusii distincta totius thesauri recensio praesto esset, ea imprimis videbatur conficienda, qua Avenionem transmissa camerarius certa via et ratione quae in Galliam essent transferenda, quae Assisii reponenda, posset seligere. Thesaurus, ut ante iam saepius monui, tum in supellectili curiae, tum in bibliotheca, tum in archivo cancellarii, tum in sanctis reliquiis capellae papalis consistebat. Ex hiis prior eaque longe maior pars in inventario Perusino ita distincte describitur, ut ex foliis 452 *a* usque ad 538 *b*, quibus concluditur, folia 452 *a* usque ad 510 *a* occupet. Singulae autem huius supellectilis partes ita fere recensentur, ut priori loco (ff. 452-478) [36] enumerentur quae, cum maioris essent pretii, Avenionem viderentur mittenda, posteriori (ff. 478-510) quae quod essent minoris, Assisii essent reponenda. — Postmodum cum res in Galliam transferendae erant Lucae deposita vel forte iam ibidem direpta, ad marginem huius inventarii addita voce « *non* » ea omnia sunt indicata, quae cum Lucam *non* essent trans-

[34] Vide *Monumenta Vaticana historiam regni Hungariae illustrantia*, tom. 2: *Acta legationis card. Gentilis de Monteflore.* Budae, 1885.

[35] Exemplar eius tunc Perusii vel in curia nitidissime notâ currenti in membranis exaratum asservatur in TABULARIO VATIC., *Regesta Avenion. Clementis VI*, vol. 10, ff. 452-538. - Vide de eo WENK, *Über päpstliche* Schatzverzeichnisse des 13 und. 14. *Jh. und ein Verzeichniss der päpstlichen Bibliothek vom I.* 1311 in *Mittheilungen des Institutes für österreich. Geschichtsforschung*, VI, 470 et DENIFLE - EHRLE, *Archiv*, I, 149 *s.*

[36] Fol. 478 *b* ad marginem: « *Hucusque fuerunt portata Luce predicta;* » et paullo post: « *Corrige usque hic.* »

missa. Assisii erant requirenda. Sic non raro ductâ ad marginem per totam paginam lineâ notatur « *non per totum.* » Id vere hac nota dici inde facile patet, quod fere quae voce « *non* » notantur, in inventariis Assisiensibus compareant.

Sequitur ff. 510-538 descriptio bibliothecae, in cuius clausula f. 538*b* ad marginem notatur: « *Predicti libri, quinterni et scripture non fuerunt portati.* » De hac parte non est cur dicam plura, cum eam paullo post sim vulgaturus. — De reliquiis f. 538*b* in extremo inventario dicitur: « *Item restant ad scribendum reliquie, quas obmisimus propter ipsarum reverentiam usque ad portationem.* » — Demum eodem loco de archivo notatur: « *Item non scripsimus ea, que sunt in camera, quam consuevit tenere dominus camerarius, quia longum esset illa per singula conscribere, cum sint ibi registra multorum summorum pontificum cum multis libris sive quaternis et cartulariis de papiro offitialium, qui fuerunt tempore in offitiis plurium dominorum summorum pontificum. Sunt etiam ibi multi libri et rationes decime de multis temporibus. Sunt etiam multa acta et munimenta causarum, que ventilabantur coram auditore camere, cum multis aliis iuribus romane ecclesie. Que omnia consistunt in saccis et scrineis, prout dimissa fuerunt.* »

Die 26 m. martii 1312 tandem cardinalis Gentilis de Monteflore Perusiam pervenit [37]. Itaque iam de proximo in comitiis civitatis viginti militibus thesaurum Senas usque deducturis stipendium est assignatum. Quare non dubito, quin paullo post cardinalis cum priore, quam dixi, supellectilis parte, quae cum fere tota in auro argento, gemmis consisteret, maximi erat pretii, Senas atque inde Lucam sit profectus. Ibi substitit eo morbo, quo die 12 m. octobris summa cum pietatis significatione obiit, impeditus, quominus iter perficeret. Thesaurum, quem secum deduxerat atque Lucam ingressus in ecclesia s. Frediani deposuerat, paucis inde elapsis annis mense iunio 1314 Ghibellini totum diripuerunt ac disperserunt. Cum vero haec profecto immanis iactura, ut ex iis, quae ante dixi, facile patet, neque bibliothecam neque archivum attigerit, in ea enarranda hic diutius non immoror [38].

[37] Vide in TABULARIO PERUSINO, *Annali decemvirali*, tom. 1310-1314, f. 14*b*, 15*a* et DENIFLE - EHRLE, *Archiv*, I, 233*s*.

[38] De eo fusius egi in DENIFLE - EHRLE, *Archiv*, I, 236.

Paullo post Perusinus quoque thesaurus haud ita levem iacturam subiisse videtur. Anno enim 1319 Petrus episcopus Spoletanus, qui munere *recollectoris thesauri seu decimarum ecclesiae* fungebatur, *tres coffinos et unum fardellum* apud fratres Praedicatores Perusinos deposuit. Eo vero paucis post mensibus mortuo eius nepotes Petrus Primayrani et Franciscus Bindi de Montechello dolo, promissis, minis fratribus res eorum custodiae commissas eripuerunt. Continebant illae praeter egregiam pecuniae summam vasaque argentea: « *unam bibliam in decem voluminibus, unum par decretalium glosatorum, unum decretum glosatum;* » qui libri, essentne ex thesauro Perusiae asservato desumpti, an iis ipsis annis ad *cameram apostolicam* delati, ex certis indiciis dignoscere non potui [39].

§ 3. **De recensionibus thesauri et biliothecae Assisiensibus.** — Quo tempore ea thesauri pars, quam cardinalis Gentilis Lucam proficiscens Perusiae reliquisse videtur, inde Assisium sit translata non reperio. Hoc unum constat, eam anno 1319 ineunte in interiori camera superioris sacristiae ecclesiae s. Francisci Assisiensis esse asservatam. Is tunc « *locus tutior ceteris aliis de provincia ducatus Spoletani* [40] » habebatur. Verum cum die 19 m. septembris 1319 Ghibellini duce Mutio domini Francisci eiectis Guelfis Assisium occuparent [41], de hac quoque thesauri parte actum videbatur. Ac revera paucis diebus post suam in urbem irruptionem illius factionis duces imprimis « *Vangnis de Puppio, honorabilis potestas et Mutius domini Francisci honorabilis capitaneus dicte civitatis* » effractis ostiis primum pecuniam, paullo post alias plurimas res surripuerunt ac partim Aretium et Fabrianum *ad suppignorandum* transmiserunt, partim inter se dispertierunt [42].

Quare cum tandem mense martio 1322 urbe a Perusinis expugnata, Mutio cum suis dilapso, Guelfi rediissent, Pontifex continuo Ioanni de Amelio thesaurario ducatus Spoletani iniunxit (die 24

[39] Vide in Tabulario Vatic., *Instrumenta miscellanea*, C, fascic. 2, n. 22, 17 m. iulii 1327; cf. *Regestum Clementis V*, I, CXCVII.

[40] Vide in Tabulario Vatic., *Instrumenta miscellanea*, 21 octob. 1321, et Denifle - Ehrle, *Archiv*, I, 240.

[41] Denifle - Ehrle, *Archiv*, I, 239 *s.*

[42] Vide in Tabulario publico Florentino (Archivio nazionale), *Diplomatico, provenienza s. Maria Novella*, 1320 et Papaleoni in *Archivio storico italiano*, ser. IV, tom. 18, pag. 429. Praeterea in Tabulario municipali Assisiensi, pergamena IX. B. 5 (1323) et Denifle-Ehrle, *Archiv*, I, 249, 252 *s.*

m. septembris 1322 [43]), ut thesaurum, de quo, indicibus cum maiori thesauri parte Lucae dispersis, nulla iam Avenione notitia accuratior habebatur, describeret et quae ex re viderentur, sollicite disponeret. Id thesaurarius ineunte mense ianuario anni 1323

[43] Cum duae priores post insignem illam rapinam Avenione transmissae litterae Pontificis, quibus prima Assisiensis thesauri recensio imperatur, ad manus meas, cum primum de ea re agerem, non pervenissent, eas hoc loco vulgandas duxi:

« *Iohannes episcopus etc. dilectis filiis abbati monasterii sancti Petri Perusini ac ma-* « *gistro Iohanni de Amelio canonico Lichenfeldensi ducatus Spoleti thesaurario et Falconi* « *de Cistarico de ordine fratrum predicatorum salutem etc.* — Cum apud domum ordinis « fratrum minorum Assissinatis certa thesauri quantitas romane ecclesie conservetur ad « presens, nos de thesauro ipso, qui in diversis rebus consistere noscitur, habere volentes « certitudinem pleniorem et ut custodiatur fideliter curam solicitam adhibere: discretioni « vestre, de qua fiduciam in domino gerimus specialem, per apostolica scripta comittimus « et mandamus, quatinus vos vel alter vestrum fili Iohannes et Falco cum dicto abbate « collega vestro ad civitatem Assisinam et domum dictorum fratrum vos personaliter con- « ferentes, dictum thesaurum, in quibuscunque consistat, vobis faciatis integraliter exiberi « ac de illo, quem propriis subiciatis aspectibus clare, distincte et particulariter, vobiscum « aliquibus bonis viris, de quibus expedire videritis, adhibitis, inventarium cum instrumentis « inde confectis publicis faciatis. — Si vero vobis videatur, quod dictus thesaurus apud Pe- « rusium vel alibi potius quam ibi securius valeat conservari, illum ad locum tutiorem « huiusmodi, dummodo possit fieri comode, transferatis, in tuto loco et apud personas fide « et facultatibus ydoneas deponentes, nostro et predicte romane ecclesie nomine, donec de « illo aliter ordinaverimus, conservandum. Alias autem nisi hec valerent compleri utiliter, « ut prefertur, dictum thesaurum in loco, quo nunc est, sicut melius et comodius fieri po- « terit, dimittatis; proviso tamen viis et modis ad hoc expedientibus, quod ibi fideliter « conservetur. — Nos autem dilectis filiis . . Guardiano et conventui ordinis minorum fratrum « Assisinatis et aliis quibusvis eiusdem thesauri conservatoribus damus tenore presentium « in mandatis, ut dum per vos requisiti fuerint, dictum thesaurum vobis studeant integraliter « exibere; et si ipsum alibi duxeritis, ut premittitur, transferendum, illum vobis tradant tota- « liter et assignent, ita tamen quod de assignatione huiusmodi duo fiant consimilia publica « instrumenta, quorum altero penes eosdem assignantes dimisso, reliquum una cum eodem « inventario ad nostram cameram transmittatis. — Datum Avinione VIII kal. octobris, anno 7° — « *[Regesta Vatic. Ioannis XXII (n. 111) secret. an. 7, tom. III, f. 317* a, *epist. 1280].*

« *Iohannes episcopus etc. dilectis filiis . . abbati monasterii sancti Petri Perusini* « *et Iohanni de Amelio, archidiacono Foroiuliensi ducatus Spoletani rectori salutem etc.* — « Cum, sicut nobis per vestras litteras intimare curastis, thesaurus romane ecclesie in domo « fratrum ordinis minorum Assisinatis repertus, super quo litterarum nostrarum vobis di- « rectarum auctoritate nuper inventarium confecistis apud predicatorum vel minorum or- « dinum fratres Perusinos possit, ut vobis videbitur, commodius et securius conservari; « discretioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus dictum the- « saurum ad loca dictorum predicatorum fratrum Perusinorum, prout magis expedire vide- « ritis, transferatis, sub eorum solerti et fida custodia servaturum, donec de illo per sedem « apostolicam aliud fuerit ordinatum. — Ceterum quia de multis privilegiis et regestris ac « scripturis aliis tam publicis quam privatis nos et ecclesiam romanam tangentibus in « thesauro ipso, ut per dictum patet inventarium, inter cetera sunt reperta, habere nos « expedit certitudinem pleniorem; volumus quod de illis particulariter et distincte ac super « quibus et quorum romanorum pontificum sunt scripture huiusmodi privilegia et regestra, « nos studeatis efficere eertiores. — Datum Avinione kalendis augusti, anno 7° — *[Ibidem* « *f. 326* a, *epist. 1317].* »

diligenter est exsecutus [44]. Verum cum in eo, qui tunc confectus est indice, summa tantum rerum capita descripta essent, Pontifex litteris die 1 m. augusti anni 1323 datis [45], ut sese « *de privilegiis et registris ac scripturis aliis tam publicis quam privatis, particulariter et distincte ac super quibus ac quorum romanorum pontificum essent*, » certiorem redderent, mandavit. Sed quoniam Ioannes hoc idem kalendis ianuarii 1325 et die 5 m. novembris 1326 iterum iussit [46], dubito num eam, quam petierat descriptionem iam anno 1323 sit consecutus. Sed quidquid de hoc statuendum videtur, illud certum est, neutram ex his recensionibus ad nostras pervenisse manus.

Interea duo animum Pontificis agitabant, primum ut thesaurum in tutiorem locum sive Perusiam sive Avenionem transferret, alterum ut Assisienses ad ea, quae ex thesauro surripuerant, restituenda, adigeret. Quae ut perficerent, in mandatis dedit Bertrando Carici et Guilelmo Dulcini de Montealbano, quos nuncios in Italiam destinabat exeunte anno 1326 [47]. Hi die 8 m. augusti 1327 [48] Assisium ingressi imprimis thesaurum denuo descripserunt; - de qua descriptione paullo post [49] accuratius agam - quo facto die 19 eiusdem mensis Perusiam reversi toti in id incubuerunt, ut ea quam accuratissime recenserent, quae sub principatu Ghibellinorum anno 1320 ex thesauro essent ablata. Atque hoc quidem nullo negotio perfecerunt. Pervenerant enim ad eorum manus instrumenta publica [50], quibus res ex thesauro diebus 16 et 17 m. martii et 20 m. septembris 1320 Aretium et Fabrianum transmissae recensebantur. Quare die 13 m. octobris 1327 litteras [51] ad As-

[44] In Tabulario Vatic., *Archiv. Avenion.*, *Introitus et exitus ducatus Spoletani*, n. 91 (1318-1330) et Denifle - Ehrle, *Archiv*, I, 287.

[45] Vide paullo ante not. 43.

[46] *Regesta Vatic. Ioannis XXII* (n. 113) secret. an. 9, f. 80*a*, epist. 590 et Denifle - Ehrle, *Archiv*, I, 288, 307.

[47] Litteris datis die 5 Novembris 1326, vide in Tabulario Vatic., *Instrumenta miscellanea C.* fasc. 2, n. 5 (8 Aug. 1327) et Denifle - Ehrle, *Archiv*, I, 307.

[48] L. c.

[49] Vide paullo post p. 24.

[50] Vide eorum exemplar in Tabulario publico Florentino, *diplomatico*, *provenienza s. Maria Novella* sub an. 1320; cf. Papaleoni, in *Archivio storico italiano*, ser. 4, tom. 18, p. 429.

[51] Vide eas in Tabulario Vatic., *Instrumenta miscellanea*, 13 octobris 1327 et in *Regesto Clementis V.*, pp. XXXV, not. 3 et CCVI-CCXII. - Verum, cum nescio quo casu in eo, quod modo commemoravi, Regesto initium eius instrumenti ac nota tergo eius adpicta exciderit, ex quibus imprimis eius usus et vera indoles elucent, ea hic appono.

sisienses dederunt, quibus enumeratis rebus omnibus ex thesauro ablatis, ut tantum damnum resarcirent, eis gravibus poenis propositis iniunxerunt.

Iuvat hic ex his litteris indicem librorum apponere, qui imprimis anno 1320 a Ghibellinis Assisiensibus ex bibliotheca Bonifatiana videntur esse surrepti. Fere maior eorum pars ad ius canonicum seu civile atque ad usus capellae pontificiae spectabat. Praeterea, etsi fortasse praestabant eo, quod singulari arte erant exarati atque auro variisque coloribus *illuminati* vel argento et pannis pretiosis contecti atque ornati, si scripta ipsa in eis contenta spectamus, vulgares fuerunt atque parvi pretii.

Dicebantur igitur in iis, quas dixi litteris nuntiorum pontificis, ex thesauro apud ecclesiam s. Francisci ablati esse atque ab Assisiensibus restituendi libri, qui sequuntur:

1. Item unum decretum cum apparatu.
2. Unus codex cum apparatu.
3. Unus liber lecture decretalium.
4. Unum digestum novum cum apparatu.
5. Una lectura pandecte.
6. Una summa codicis Açonis.
7. Unum volumen cum apparatu.
8. Unum inforciatum cum apparatu.
9. Unum digestum novum.
10. Unum decretum cum apparatu.
11. Unum par decretalium.
12. Unum par decretalium.

A tergo antiqua manu notatum legitur: « Presentatus fuit processus domino Ser-« miero (?) capitano populi civitatis Assisii et magistro Iacobo magistri Angeli, Pucarello « Bianchelli, Antonio Berberii, Ciccolo magistri Angeli, Miucio (?) prioribus ipsius civi-« tatis, presentibus magistro Iohanne Andree notario et Arnaldo Bibiera diocesis Albiensis « per dictum famulum in processu nominatum die XIIII octobris sub anno domini mille-« simo III^{c} XXVII, indictione XI. » - *Instrumentum autem ipsum his verbis incipit:* « Ber-« trandus Cariti, archidiaconus Vaurensis et frater Guilhermus Dulcini ordinis predicatorum, « eiusdem ordinis procurator generalis, apostolice sedis nuncii et executores in negotio « infrascripto dilectis in Christo prioribus, potestati, capitaneo, communi et universitati ac « omnibus singulis civibus civitatis Assisinatis et aliis presentes litteras recepturis, quos « presens tangit negocium aut tangere poterit in futurum, salutem in domino et mandatis « nostris ymo verius apostolicis firmiter obedire. - Litteras patentes sanctissimi patris et « domini nostri domini Iohannis digna dei providencia pape XXII vera bulla plumbea more « romane curie bullatas, non viciatas, non cancellatas nec aliqualiter abolitas, sed omni « prorsus suspicione carentes, nos cum ea, qua decuit reverencia noveritis recepisse, se-« quentis continencie et tenoris: . . . . » *Vide quae sequuntur in Regesto, quod paullo ante laudavi,* p. XXXV.

13. Una summa Açonis.
14. Una summa super titulis decretalium.
15. Sextus liber decretalium de regulis iuris.
16. Sextus liber Bonifacii.
17. Summa domini Gofredi *[de Trano]* super titulis decretalium.
18. Summa domini Innocencii *[IV]*.
19. Summa Açonis.
20. Unus liber Innocencii.
21. Unum missale cum coperta samiti rubei.
22. Unum breviale cum samito rubeo.
23. Unum missale sine *[e]*pistolis et evangeliis, cum coperta samiti rubea.
24. Unus liber evangeliorum tocius anni.
25. Unum missale cum coperta samiti rubei.
26. Unus liber sententiarum, cum coperta panni lini indici.
27. Unus liber secunde partis, cum coperta samiti rubei.
28. Unum breviale notatum.
29. Unum breviale completum cum coperta panni lini.
30. Unus liber moralium sancti Gregorii, cum coperta cori*[i]* rubei.
31. Unus liber biblie completus parvulus.
32. Unum missale sine pistolis et evangeliis, cum coperta viridi.
33. Unus liber messale Pauli pistillati [52] (!), cum coperta viridi.
34. Unus liber medicine, cum coperta samiti çalli.
35. Unus liber medicine cum simili coperta.
36. Unus liber epistolarum Pauli pistillati, cum coperta alba de corio.
37. Unum missale cum coperta rubea.
38. Una biblia cum coperta cori rubei vel quasi.
39. Unum breviale cum coperta cori rubei.

Verum ex his, quae in litteris recensentur, rebus nuntii Pontificis nihil omnino ab Assisiensibus impetrarunt. Quare nullus ex libris, quos modo indicavi bibliothecae Bonifatianae est restitutus. Hoc unum enim camera apostolica demum anno 1354 est consecuta, ut Assisienses solutis decem millibus florenorum auri damnum anno 1320 ei illatum aliqua ratione resarcirent [53].

Denique Ioanne XXII pontifice duo notantur volumina fortasse ex bibliotheca Bonifatiana extracti. Anno enim $13^{33}/_{34}$ rector ducatus Spoletani iussus est, in « *civitate Assisii perquirere quatuor generalia concilia et ipsorum copiam tradere fratribus ordinis praedicatorum morantibus in orientalibus partibus infidelium*

[52] Lege: *postillati.*
[53] *Regesta Vatic. Clementis VI*, (n. 145) secret. an. 10, f. 239*b*; vulgatum in THEINER, *Codex diplom. dominii tempor.*, II, 221; confer DENIFLE - EHRLE, *Archiv*, I, 285.

nationum et unam aliam copiam transmittere ad apostolicam sedem. » Quod sitne exsecutioni datum haud scio [54]. — Praeterea idem rector cursorem Avenionem misit, qui « *domino nostro lecturam domini Cyni de Pistorio super infortiato portaret* [55]. » Verum non constat, utrum ea lectura ex thesauro Assisiensi an aliunde sit desumpta.

Benedictus XII (1334-1342) eam, quam Ioannes XXII animo gesserat, sollecitudinem circa archivum et bibliothecam Assisii asservata, eorumque Avenionem transferendorum desiderium, quasi hereditate accepisse visus est. Ipso enim primo sui pontificatus anno per litteras die 12 m. octobris 1335 [56] datas Raymundo de Poioliis rectori ducatus Spoletani mandavit, ut thesaurum Assisiensem per se diligenter examinaret eumque « *particulariter et distincte ipsius singulas res et pecias designando specifice* » describeret et recenseret quaeque minus provide disposita essent, in tuto collocaret.

Verum cum id tunc non esset consecutus, Bertrando archiepiscopo Ebredunensi, quem nuntium in Italiam destinabat, idem dedit in mandatis. Is paullo post Pontificem « *de incauta et in-*

[54] Vide in TABULARIO VATIC., *Regesta Avenion. Ioannis XXII*, tom. 45, f. 627 et in DENIFLE - EHRLE, *Archiv*, I, 291.

[55] Vide in TABULARIO VATIC., *Archiv. Avenion*, *Introitus et exitus ducatus Spoletani* n. 122, f. 35*a* et n. 127, f. 28*a* et in DENIFLE - EHRLE, *Archiv*, I, 291, nota 2.

[56] Vide in TABULARIO VATIC., *Regesta Vatic. Benedicti XII* (n. 130) secret. an. 1, f. 124*b*, epist. 619. - Iuvat eas litteras, quae, cum primum de hac re agerem, me fugerunt, hic vulgare.

« Dilecto filio magistro Raymundo de Poioliis, canonico Albiensi, ducatus Spoletani « rectori. - De certo thesauro romane ecclesie olim pro tuta ipsius custodia in ecclesia seu « loco dilectorum filiorum fratrum ordinis minorum Assisinat. posito volentes informari « plenius et etiam cautius provideri, ne thesaurus ipse, in quo multe res sacre preciose « non modicum ac divino usui ac cultui dedicate dicuntur existere, propter incuriam de- « pereat vel inaniter consumatur: discretioni tue per apostolica scripta comittimus et man- « damus, quatinus ad civitatem Assisinat. te quantocius commode poteris conferre procurans « dictumque thesaurum tibi faciens exhiberi, adhibitis tecum duobus vel tribus tabellionibus « publicis et aliquibus probis et honestis viris religiosis vel secularibus, de quibus tibi « videbitur expedire, thesaurum ipsum conscribere particulariter et distincte ipsius singulas « res et pecias designando specifice, solerti et fideli adhibita diligentia non postponas. Etsi « forsan in loco minus ydoneo vel periculoso in toto fuerit vel in parte, illum vel partem « illius, que in tali loco existeret, in securo et apto, ubi tute conservari quousque aliter « exinde ordinaverimus, valeat transferri deliberatione provida previa facias etiam reponi; « tam super conscriptione ac designatione dicti thesauri quam aliis supradictis duo faciendo « confici consimilia publica instrumenta, quorum altero penes te vel illos, sub quorum cu- « stodia persistet dictus thesaurus remanente, reliquum nobis destinare celeriter non om- « mittas. — Datum Avinione IIII idus octobris, anno 1° »

decenti custodia thesauri » certiorem fecit. Quare Benedictus die 22 m. octobris 1336 [57] Bertrando iniunxit, ut res omnes in thesauro asservatas melius in *archis* clavibus claudendas disponeret atque indicem conficeret, quo quid in singulis *archis* contineretur, succincte recenseretur. Illud quidem iussu Bertrandi Ioannes Rigaldi et Petrus Vasconis praestiterunt; at ne indicem conscriberent, nescio quo obstaculo, sunt impediti.

Itaque Pontifex, quo efficacius atque celerius, quod habebat in votis, perficeret, Ioannem de Amelio clericum camerae, virum strenuum atque in administrando ducatu Spoletano diu atque egregie versatum, bis Assisium transmisit, die 31 m. octobris 1338 et die 21 m. maii 1339; primum quidem, ut plurimorum privilegiorum exemplaria conficeret, deinde ut thesaurum apte dispositum recenseret ac duobus fidis custodibus rite traderet asservandum, demum ut ex archivo haud exiguum privilegiorum ac registrorum numerum Avenionem transferret.

Ex priori legatione Ioannes die 28 m. aprilis 1339 cum plurimis « *fardellis plenis registris summorum pontificum et libris aliis, privilegiis ac scripturis* » Avenionem rediit [58]. Earum rerum, quas tunc asportavit, descriptio [59], cum praeter membranas atque registra paucos tantum recenseat libros, parum nostra interest. Quare hic eam tantum particulam apponam, quae cum in ea libri describantur, propius ad nos spectat [60].

Secuntur quidam libri abstracti de dicto thesauro [61] et repositi ubi supra proxime et cum aliis libris et scripturis ad dictam romanam curiam [62] apportati.

1. Primo unus liber, copertus cum postibus sine corio, qui incipit in secundo folio: *et pluviale*, et finit in eodem: *adeo;* et incipit in penultimo folio: *fraude*, et finit: *pro;* et in dicto libro continentur multa scripta de iuribus ecclesie ac transumpta multorum privilegiorum regum romanorum et imperatorum. *[Est is insignis ille codex* libri censuum, *nunc cod. Vatic. 8486* [63]*]*.

[57] *Regesta Vatic. Benedicti XII* (n. 131) secret. an. 2, f. 82*b*, epist. 306, vulgata in Theiner, *Codex diplom. dominii tempor.*, II, 17; confer Denifle - Ehrle, *Archiv*, I, 293.

[58] Vide in Tabulario Vatic., *Archiv. Avinion. Introitus et exitus camerae apost.* n. 177, f. 145*b*, 149*a*, (cf. ibidem n. 178, ff. 147*a*, 151*a*) et Denifle - Ehrle, *Archiv*, I, 298; II, 11.

[59] Vide in Tabulario Vatic., *Regesta Avenion. Clementis VII*, tom. 38, ff. 315-328 et Denifle - Ehrle, *Archiv*, II, 1*s* et 70*s*.

[60] Vide Denifle - Ehrle, *Archiv*, II, 101*s*.

[61] In sacristia superiori conventus Assisiensis collocato.

[62] Id est Avenionem.

[63] Cf. paullo post indicem Perusinum.

2. Item unus liber, copertus de corio albo antiquo, intitulatus exterius: *Liber qui dicitur Albinus*, et incipit in secundo folio: *omni*, et finit in rubro: *tione;* et in penultimo folio incipit: *pon*, et finit: *alteri*. — *[Est nunc cod. Ottobon. 1057* [64]*]*.

3. Item unus alter liber, qui incipit in tertio folio in nigro: *In primis*, et finit: *qr. 1;* et in penultima carta incipit in nigro: *In primis*, et finit: *quartum unum;* et est de quodam inventario et est copertus de carta pecudina.

4. Item alius liber inventarii de thesauro, qui incipit in secundo folio: *In nomine domini*, et finit: *ponderis;* et in penultimo folio incipit in nigro: *Item*, et finit: *viridi;* et est copertus de carta pecudis vetere. *[Indicatur hic index anni 1295, de quo paullo ante p. 5 egi]*.

5. Item alius liber, qui incipit in tertio folio: *Incipiunt*, et finit: *Museo;* et in penultimo folio incipit: *Item*, et finit: *lapide;* et est de quodam inventario.

6. Item alius liber, qui incipit in secundo folio: *processus domini*, et finit: *miranda;* et incipit in penultimo folio: *sublimavimus*, et finit: *deperdita;* in quo continentur multi tractatus habiti per summos pontifices cum certis imperatoribus et principibus.

7. Item alius liber cum carta pecudis vetere, qui incipit in secundo folio: *per vulgares*, et finit: *privata;* et in penultimo folio incipit: *viro*, et finit: *procedit*, in quo sunt multa de factis regni Sicilie.

8. Item alius liber, qui incipit in secundo folio: *Item*, et finit: *uncie;* et in penultimo folio incipit: *infrascripta*, et finit: *veniet;* et est etiam de quodam inventario. *[Est is index Perusinus anni 1311, quem paullo post vulgabo]*.

Paullo post in Italiam reversus Ioannes die 3 m. septembris 1339 Bertrandum Senherii et Ioannem Rigaldi custodes thesauri Assisiensis constituit atque ut eum accurate describerent mandavit. Qui die 4 m. septembris Montefalcone Assisium profecti a die 5 usque ad diem 10 m. septembris thesaurum recensuerunt. Ioannes de Amelio vero, cum perfectis omnibus, quae habuerat in mandatis, mense iulio Avenionem rediret, iterum plures « *salmas privilegiorum ac processuum* » ex thesauro Assisiensi in Galliam secum adduxit, quorum indicem hucusque non contigit, ut reperirem.

Ex iis, quae dixi, facile perspicitur, quo tempore thesaurus Assisii asservabatur, tres indices esse confectos:

Primum anno 1323 ineunte mense ianuario ab Ioanne de Amelio, cum post expulsionem Ghibellinorum thesaurum recognosceret. Is ad nostram aetatem pervenisse non videtur.

[64] Vide paullo post indicem Perusinum.

Alterum anno 1327 a die 8 usque ad 19 m. augusti a Bertrando Carici et Guilelmo Dulcini, cum de resarciendis damnis thesauro illatis cum Assisiensibus agerent. Asservatur eius exemplar in tabulario Vaticano inter instrumenta miscellanea signatum *C, fascic. 2, n. 5, 8 m. aug. 1327* [65].

Tertium anno 1339 a die 5 usque ad 10 m. septembris a Bertrando Senherii et Ioanne Rigaldo. Continetur in tabulario Vaticano, Archivo Avenionensi, inter inventaria n. 468 [66].

Ex his duos posteriores indices Assisienses una cum indice Romano anni 1295, de quo paullo ante dixi, paucis abhinc annis primus vulgavi [67].

CAPUT III

INDEX PERUSINUS (ANNI 1311) BIBLIOTHECAE BONIFATIANAE

Ex quatuor igitur, quae nobis praesto sunt, recensionibus thesauri et bibliothecae Bonifatianae sola Perusina anno 1311 conscripta nondum est typis vulgata. Id eo magis est dolendum, quod in ea reliquis tribus multo accuratius atque distinctius singuli codices describuntur. Non solum enim eorum titulos plenius refert, formam atque ornatum distinctius exprimit, verum etiam cum ipsa sola fere cuiusque codicis prima secundi et ultima verba penultimi folii contineat, eos ita notat, ut ad eos certo dignoscendos nobis viam sternat. Negari hoc quidem non potest, quin et tribus reliquis indicibus, Assisiensibus dico annorum 1327 et 1339 et Romano anni 1295 sua cuique laus debeatur. Alii enim ex iis nonnullos alios recensent libros, qui in reliquis de-

[65] Putem illud esse unum ex exemplaribus an. 1327 Assisii vel Perusii pro camera apostolica confectis, cum id scripturae species ac forma suadeat. Constat duodecim foliis cartaceis. Folio primo a parte interiori inscriptum est antiqua manu: « *Inventarium bonorum ecclesie, que remanserunt in sacristia Assisii fratrum minorum.* » Index decem folia complectitur. Ex duobus, qui ei subscripserunt notariis Ioannes Andree priores duas tertias, Hugo Fabri posteriorem exaravit.

[66] Constat 16 foliis membranaceis. Unum id ex exemplaribus illo ipso tempore conscriptis esse videtur. Primo folio inscriptus est titulus: « *Hoc est inventarium rerum sancte romane ecclesie existentium et inventarum in loco beati Francisci de Assisio per dominum thesaurarium Marchie Anconitane* [i. e. Bertrandum Senherii]. »

[67] Libros ex indice an. 1295 vide in Denifle - Ehrle *Archiv*, I, 24-41; — indicem Assisiensem an. 1327 *ibidem*, I, 307-324; indicem Assisiensem an. 1339 *ibidem*, I, 324-364.

siderantur, sive oscitantia eorum qui thesaurum recensebant, praetermissi, sive ex eo, quod tunc illi libri in bibliothecam nondum erant illati. Praeterea index Romanus hoc proprium habet, quod plerumque prima cuiusque scripti verba exhibeat; Assisiensis autem prior declarat, quanti quisque liber ab iis, qui thesaurum recensebant, sit aestimatus; denique posterior Assisiensis indicat, quinam libri ab anno 1295 usque ad annum 1339 in bibliotheca permanserint.

Itaque ut recensionem quam fieri posset plenissimam bibliothecae Bonifatianae viris doctis offerrem atque hoc uno loco omnia, quae de ea ad nos pervenissent, comprehenderem, hoc mihi agendum esse duxi, ut primum quidem indicem Perusinum omnium copiosissimum quam accuratissime ex exemplari Vaticano typis describerem; deinde tam in notis quam in appendice ex reliquis ea afferrem, quae ad Perusinum illustrandum complendumque conducerent. Quare non ea tantum subiiciam, quibus tituli, initia, pretium librorum declarantur, sed etiam eorum codicum descriptiones adiungam, qui anno 1311 iam erant ex bibliotheca sublati vel in eam nondum illati vel in recensione Perusina minus accurate sunt notati [68].

Demum in hac recensione aliisque scriptis vulgandis eum tenebo modum, qui nunc apud viros doctos est usitatus. Itaque exemplar Vaticanum, explicatis quidem, quibus secundum consuetudinem illorum temporum impeditum est, tot scribendi compendiis, servatis autem verborum formis, quam accuratissime reddam. Quae in eo addenda videntur uncis inclusa, litteris, quas cursivas vocant notabo. In auctorum nominibus declarandis hoc tantum mihi praestandum duxi, ut ea adiicerem, quae ex libris pro ea re conscriptis et plurimis et optimis — ut praecipuos commemorem, qui ad reliquos viam sternunt: CHEVALIER, *Rèpertoir des sources historiques du moyen-âge*, Paris, 1877; et POTTHAST, *Bibliotheca historica medii aevi*, Berlin, 1862 — non quasi sua sponte eruerentur.

[68] In notis his utar compendiis: per **Bo.** significabo recensionem Bonifatii VIII anni 1295; per **Io.** priorem Assisiensem, iubente Ioanne XXII an. 1327 confectam; per **Be.** Assisiensem posteriorem an. 1339] regnante Benedicto XII conscriptam. Addo eos numeros, quibus, cum eas recensiones in DENIFLE - EHRLE, *Archiv*, I, 1-48, 228-364, vulgarem, singulorum codicum descriptiones distinxi. - Denique moneo, in eo quoque, quem modo typis descripturus sum indice, suum cuiusque codicis descriptioni numerum a me esse appositum, quo facilius singuli codices indicari possent.

f. 452 In nomine domini, Amen. Noverint universi, quod nos Iacobus de Casalibus decanus sancti Severini Burdigalensis, domini pape capellanus, Petrus de Eugubio camere ipsius domini pape clericus, canonicus Laudunensis ecclesiarum, dicti domini pape thesaurarii seu custodes thesauri ecclesie Romane apud Perusium existentis, Vitalis de Cabanaco clericus et Gulielmus de Lua dicti domini pape serviens, per ipsum dominum papam missi aput Perusium pro dicto thesauro, de bonis dicti thesauri fecimus et fieri fecimus inventarium et die sabbati penultima die februarii anno domini millesimo CCCXI incepimus facere, ponderari et describi, prout sequitur in hunc modum. . . . *[Sequitur proxime recensio supellectilis curiae].*

f. 510a Item die veneris VII die mensis madii incepimus scribere: . . .

Libri secuntur; primo:

1. unum breviarium papale secundum usum curie romane, pulcrum et scriptum de grossa lictera et bona in pellibus edulinis et pulcerime illuminatum in grossis et parvis licteris, in magno volumine; quod incipit in secundo folio: ℟ *Missus est*, et finit in penultimo: *nobis bona facien.*, et est cohopertum de pelle quasi rubea et habet IIII^or^ clausoria de texuto de serico cum membris de argento et habet aliam coperturam supra de samito rubeo.

f. 510b **2.** Item unum librum ecclesiasticum, qui est pars breviarii, pulcrum et magni voluminis, scriptum in pellibus edulinis de grossa et bona lictera et pulcerime illuminatum, qui incipit in secundo folio: *adimplebo illud*, et finit in penultimo: *innovantur nature*, et est cohopertus de corio rubeo et habet quatuor clausoria de argento, in quibus sunt arma Bonifatiana.

3. Item alium librum ecclesiasticum, qui est pars breviarii, pulcrum et magni voluminis, scriptum in pellibus edulinis, de grossa lictera et bona et pulcerime illuminatum, qui incipit in secundo folio: *et exaudivit me*, et finit in penultimo: *quia incolatus meus*, et est cohopertus de pelle quasi rubea, et habet IIII^or^ clausoria de argento.

4. Item unum librum vocatum orationale pro papa ad modum misalis, scriptum de grossa lictera et bona in pellibus edulinis, qui incipit in secundo folio: *parandas*, et finit in penultimo: *exaudi ora.*, et habet IIII^or^ clausoria de argento et est cohopertus de samito rubeo.

5. Item unum librum vocatum ordinarium sive pontificale, de grossa et pulcra lictera in pellibus edulinis, qui est pulcerime illuminatus, qui incipit in secundo folio: *evate*, et finit in penultimo: *romani ca.*, et est cohopertum de samito rubeo et habet IIII^or^ clausoria de serico guarnita de argento.

6. Item aliud ordinarium sive pontificale, de grossa et pulcra lictera in pellibus edulinis, qui incipit in secundo folio: *accipiet benedictionem*, et finit

in penultimo: *pavimentum et dicat*, et est cohopertum de samito rubeo et habet duo clausoria de serico, quorum unum est guarnitum de argento et in alio deficit argentum.

7. Item unum missale completum pulcrum et magni voluminis, scriptum de bona lictera in pellibus edulinis, pulcerime illuminatum, et habet calendarium in principio, et postea incipit in secundo folio: *tui et reparationis*, et finit in penultimo: *misit me*, et est cohopertum de samito rubeo et habet IIII[or] clausoria de serico viridi guarnita de argento.

8. Item unum librum evangeliorum totius anni pro papa, pulcrum de grossa lictera, scriptum in pellibus edulinis, illuminatum communiter, qui incipit in secundo folio *videte*, et finit in penultimo: *Amen, amen*, et est cohopertus de samito rubeo et habet IIII[or] clausoria de serico guarnita de argento.

9. Item unum pulcrum psalterium magni voluminis romanum cum ynnario et calendario, scriptum de grossa lictera in pellibus edulinis et pulcre illuminatum, qui incipit in secundo folio: *ad dominum;* et finit in penultimo excepto calendario: *missus est*, et est cohopertum de corio rubeo et habet IIII[or] clausoria de serico guarnita de argento.

10. Item unum ordinarium cum psalterio romano, ynnario, calendario et martirologio, quod incipit in secundo folio psalterii: *tatem et queritis*, et finit in penultimo: *et corpora*, et est in tabulis ligneis sine copertura et sine clausoriis.

11. Item aliud ordinarium cum calendario, martirologio et ynnario, quod incipit excepto calendario in secundo folio: *quando offitium*, et finit in penultimo: *deinde require*, et est cohopertum de corio viridi et habet duo clausoria de serico guarnita de octone sive ere.

12. Item evangelia Iohannis et Marci evangelistarum glosata, scripta de bona lictera in pellibus edinis, que incipiunt in secundo folio in textu: *nebris*, et finiunt in penultimo in textu: *universum*, et sunt cohoperta de corio viridi antiquo et habet clausoria minima de corio. *[Bo. 49, Be. 274]*.

13. Item unum breviarium parvi voluminis antiquum, notatum nota ro- f. 511*a*
mana, completum cum psalterio romano, scriptum de subtili lictera, parvi valoris, quod incipit in secundo folio: *quid irritabit;* et finit in penultimo: *cognoscunt deum*, et est in tabulis ligneis sine copertura et clausoriis.

14. Item unum graduale sive antiphoniarum diurnum, bonum et bene notatum in pellibus edulinis, quod incipit in secundo folio: *in primis iniungitur*, et finit in penultimo: *onis vere*, et est cohopertum de corio albo veteri cum multis bullis, et habet unum clausorium tantum de serico fornitum de ere.

15. Item unum psalterium satis pulcrum cum calendario et ynnario, offitio beate Virginis et mortuorum, parvi voluminis in pellibus edinis, quod incipit in secundo folio psalterii: *ego dormivi*, et finit in penultimo: *eum in cordis*, et est cohopertum de samito rubeo cum quadam alia copertura fracta de panno lineo et serico et habet IIII[or] clausoria de serico fornita de argento.

16. Item unum librum magni voluminis pulcrum de bona lictera et bene notatum et illuminatum, in quo est totum offitium et ystoria beati Ludovici

quondam regis Francie, qui incipit in secundo folio: *Benedictus*, et finit in penultimo: *in eis*, et est cohopertus de corio rubeo et habet duo clausoria de serico fornita de argento. *[Cf. n. 80]*.

17. Item psalterium romanum cum innario, in cartis edulinis, quod incipit in secundo folio: *domum tuam*, et finit in penultimo: *ynnus*, et est in tabulis ligneis sine clausoriis et copertura.

18. Item unum librum de celesti gerarchia, scriptum in cartis pecudinis, qui incipit in secundo folio: *analetice*, et finit in penultimo: *ordinatos*, et est cohopertus de corio albo et habet IIII^or clausoria de serico guarnita de ere. *[Io. 148* [69]; *Be. 311, 431]*.

19. Item novem quaternos, qui habent coperturam de grossa carta pecudina, quorum quatuor sunt suti cum dicta copertura et quinque sunt dissuti ab ipsa copertura, et in prima parte coperture et secunda de super est descriptio, que sequitur: *Evangelium beati Luce glosatum*.

20. Item duos quaternos, in quibus continetur ordo consecrationis et benedictionis virginum, et incipiunt in secundo folio: *dixit*, et finiunt in penultimo: *dignetur*, et habent coperturam de grossa pelle pecudina.

21. Item tres quaternos de diversa forma, in quibus sunt Kirieleyson, gloria in excelsis et prefationes festivitatum sollempnium totius anni, et habent coperturam de carta grossa pecudina.

22. Item unum librum prosarum sive sequentiarum cum notis romanis in parte, qui incipit in secundo folio: *misterium*, et finit in penultimo: *nubes*, et est in tabulis ligneis sine copertura et clausoriis.

23. Item duos quaternos, in quibus est quoddam officium sive ystoria virginum et martirum, et incipiunt in secundo folio: *evovae*, et finiunt in penultimo: *frequentemus*.

24. Item duos quaternos, in quorum uno est vita beati Iohannis et in alio beati Benedicti abbatis, et habent coperturam de grossa pelle pecudina. *[Bo. 286* [70]*]*.

25. Item unum ordinarium continens, quomodo summus pontifex debeat se parare ad celebrandam missam et de quo et qualiter subdyaconus debeat administrare et qualiter debeant consecrari episcopi, cum prefationibus notatis, quod incipit in secundo folio: *et cor nostrum*, et finit in penultimo: *Amen*, et est in tabulis ligneis sine copertura et clausoriis.

f. 511b **26.** Item unum ynnarium glosatum, scriptum in pellibus pecudinis, et incipit in secundo folio in textu: *urgamus*, et finit in penultimo in textu: *corporis*, et non est illuminatum et est in tabulis ligneis sine copertura. *[Bo. 263]*.

27. Item offitium corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi, notatum, quod incipit in secundo folio: *sit servum*, et finit in penultimo: *fide*, et habet coperturam de corio rubeo. *[Cf. n. 31, Bo. 418]*.

[69] Io. 148. Dionisius de celesti hierarchia, extimatus flor. III.

[70] Bo. 286. Item unus quaternus de vita Iohannis Calonite *[Calybite]* et sancti Benedicti.

28. Item unum antiphonarium noturnum antiquum, notatum nota romana ad unam rubeam lineam, et incipit in secundo folio: *corrumpetur*, et finit in penultimo: *magna*, et habet coperturam super tabulis de corio rubeo fracto in multis locis et non habet clausoria.

29. Item unum graduale de nota romana pro dominicis diebus cum ca[n]lendario in principio, et incipit in secundo folio gradualis: *vocis sue*, et finit in penultimo: *defunctis*, et est in tabulis ligneis copertis de corio rubeo multum fracto et habet unum clausorium.

30. Item unum martirologium per sine alio, cohopertum de carta grossa pecudina.

31. Item unum librum parvum, in quo continetur offitium corporis domini, notatum nota gallica, et habet legendam suam, qui incipit in secundo folio: *manducamus*, et finit in penultimo: *nostri alleluia*, et est in tabulis de ligno cohopertis de corio rubeo antiquo et habet duo clausoria. *[Cf. n. 27]*.

32. Item unum ordinarium antiquum ad consecrandum ecclesias, quod incipit in secundo folio: *funde*, et finit in penultimo: *quod ipse*, et est in tabulis de ligno cohopertis de tovalia de panno lineo albo.

33. Item unum psalterium romanum antiquum cum ynnario, quod incipit in secundo folio: *beati omnes*, et finit in penultimo: *et peccatum*, et est parvi valoris et est in tabulis ligneis sine copertura.

34. Item unum librum de conductis et prosis et motectis, notatum ad modum organi cum multis lineis et notis, qui incipit in primo folio: *viderunt*, et finit in penultimo: *glorie laus*, et est in tabulis ligneis sine copertura et clausoriis.

35. Item unum modicum librum similem precedenti in cantu, qui incipit in secundo folio: *minus*, et finit in penultimo: *coraige*.

36. Item unum librum, in quo est offitium beati Lamberti, notatum, cum legenda seu ystoria ipsius, qui incipit in secundo folio: *magnum triumphum*, et finit in penultimo: *ludificatus*, et est in tabulis ligneis cohopertis de corio rubeo antiquo et habet duo clausoria. *[Bo. 279, Be. 376]*.

37. Item unum antiphonarium noturnum, pulcrum notatum et scriptum in pellibus edinis, et incipit in secundo folio: *les et introibit*, et finit in penultimo: *botris*, et est in tabulis ligneis cohopertis de corio nigro cum multis bullis grossis desuper et habet quatuor clausoria de serico cum membris de octone sive ere.

38. Item unum graduale, pulcrum notatum et scriptum in pellibus edinis, quod incipit in secundo folio gradualis: *semitas*, et finit in penultimo: *inaudito seculi*, et est in tabulis ligneis cohopertis de corio rubeo cum multis bullis grossis et parvis desuper et habet tria clausoria et quartum deficit.

39. Item unum antiphonarium noturnale, notatum nota romana cum quatuor lineis rubeis, quod incipit in secundo folio: *esse venturum*, et finit in penultimo: *datum est*, et est in tabulis ligneis cohopertis de corio rubeo fracto et rupto et non habet clausoria.

40. Item aliud antiphonarium nocturnale antiquum, notatum nota romana f. 512*a*
ad unam lineam rubeam, quod incipit in secundo folio: *non violabit*, et finit in penultimo: *profusio*, et est in tabulis ligneis sine copertura et clausoriis.

41. Item unum graduale notatum et scriptum in pellibus pecudinis, quod incipit in secundo folio: *alleluia*, et finit in penultimo: *peccatores nos*, et est in tabulis ligneis cohopertis de corio albo rupto cum multis bullis desuper et habet clausoria de corio.

42. Item unum librum de benedictionibus episcopalibus per totum annum, qui incipit in secundo folio: *excita Domine*, et finit in penultimo: *amen*, et habet coperturam de grosso corio nigro ad modum tabularum.

43. Item unum librum, in quo sunt infrascripti libri, silicet Iob, Proverbiorum, Ecclesiastes, Canticorum, Sapientie, Ecclesiastici, Apocalipsis, Bernardi ad Eugenium [71], meditationes eiusdem, dialogorum beati Gregorii, qui incipit in secundo folio: *reddita*, et finit in penultimo folio: *nobis est*, et est in tabulis ligneis cohopertis de corio albo cum duobus clausoriis. *[Bo. 177, Io. 67* [72]*]*.

Item die lune, decima die mensis madii incepimus scribere:

primo (**44**) unam pulcram bibliam in duobus voluminibus, scriptam de pulcra lictera in cartis edulinis et pulcerrime illuminatam. Et prima pars dicte biblie incipit in secundo folio: *videntes*, et finit in penultimo: *preparantes;* et secunda pars incipit in secundo folio: *cet sibi*, et finit in penultimo: *mille anni solverunt*, et sunt in dicta biblia interpretationes. Et dicta volumina sunt in tabulis ligneis cohopertis de samito rubeo cum multis bullis grossis de argento. Et dicta volumina sunt magna et unum volumen habet IIII^{or} clausoria de argento, quorum tria sunt integra et de quarto deficit medietas; in alio vero volumine est unum clausorium integrum tantum, et de aliis tribus de quolibet deficit medietas. *[Bo. 21* [73]*]*.

45. Item unum librum grammatice [74] in magno volumine et grosso, quod vocatur *Catholicon*, scriptus de bona nota satis in pellibus edinis, qui incipit in secundo folio: *tionis vel sequens*, et finit in penultimo: *ylion*, et est in tabulis ligneis cohopertis de corio rubeo et habet IIII^{or} clausoria de octone.

46. Item sextum librum decretalium domini Bonifatii sine apparatu, in cartis edinis in magno volumine de pulcra lictera et pulcerrime illuminatum, qui incipit in secundo folio: *cepturi ulterius*, et finit in penultimo: *videtur idem*, et est in tabulis ligneis cohopertis de corio rubeo et habet duo clausoria minima de corio.

47. Item libros Exodi et Levitici in uno volumine glosatos, scriptos de optima lictera in textu et in glosa in cartis edinis, quod volumen incipit in textu in secundo folio: *ut affligerent*, et finit in penultimo: *et vovere*, et est in tabulis ligneis cohopertis de corio viridi et non habet clausoria.

48. Item unum volumen, in quo est tractatus de regulis iuris cum apparatu domini Dini, et est scriptum in pellibus edinis, quod incipit in secundo

[71] De consideratione; cf. Bo. 178, 179.

[72] Io. 67. Liber Iop et quidam Salamonis, Bernardi, Apocalipsis, dialogorum et Augenium (!) papam, extimati flor. III.

[73] Bo. 21. Item una biblia in duobus voluminibus ad usum capellanie.

[74] IOANNIS BALBI DE IANUA ord. praed.

folio: *tio predictorum,* et finit in penultimo: *faciens,* et est in tabulis ligneis cohopertis de corio viridi, et habet IIII^or clausoria de serico fornita de argento. *[Cf. n. 105].*

49. Item quoddam volumen sacre scripture, scriptum de opere fratris Thome de Aquino, quod incipit in secundo folio: *habeat rationem*, et finit in penultimo: *primam gratiam*, et est in tabulis ligneis cohopertis de corio rubeo, et habet quatuor clausoria satis vilia. *[Cf. n. 51, 58, 59; Io. 33* [75]*, 34, 185, 187; Be. 30, 144, 149].*

50. Item unum librum moralium beati Gregorii super Iob, scriptum de bona nota in pellibus edinis, pulcre illuminatum, qui incipit in secundo folio: *simul unquam*, et finit in penultimo: *vocantis*, et est in tabulis ligneis coho- f. 512b
pertis de corio rubeo, et habet IIII^or clausoria de octone. *[Cf. n. 501; Bo. 57, 58; Io, 85* [76]; *Be. 147].*

51. Item summam fratris Thome de Aquino de incarnatione Domini, scriptam de bona nota in cartis edinis, que incipit in secundo folio: *humane vite*, et finit in penultimo: *esse meritorium*, et est in tabulis ligneis cohopertis de corio viridi, et habet quatuor clausoria de serico guarnita de octone. *[Cf. n. 49].*

52. Item unum parvum libellum [77], scriptum de bona lictera in pellibus edinis, factum de promotione et commendatione domini Bonifatii, qui incipit in secundo folio: *ecclesiam*, et finit in penultimo: *superbos*, et est in tabulis cohopertis de samito rubeo et habet duo clausoria de serico fornita de argento deaurato. *[Cf. n. 107, Be. 308* [78]*].*

53. Item unum libellum Galvagni de Levanto Genuensis [79], parvum, in quo sunt figure pape et cardinalium in principio coronantium imperatorem, qui incipit in secundo folio: *do lac parvulis,* et finit in penultimo: *ate Christo*, et est in tabulis ligneis cohopertis de corio rubeo et habet duo clausoria de octone.

54. Item alium libellum Galvagni de Levanto Genuensis, parvum, continentem, quid significent indulgentie papales, qui incipit in secundo folio:

[75] Cum sub Iohanne XXII. an. 1327 libris describendis interesset Guil. Dulcini ord. praed., s. Thomae Aquinatis opera accuratius sunt recensita.
Io. 33. Prima pars summe sancti Thome, estimata flor. III.
Io. 34 Item prima secunde, extimata flor. III *[Be. 30].*
Io. 185. Prima secunde fratris Thome, extimata flor. IIII.
Io. 187. Ultima pars Thome, extimata flor. VII.

[76] Io. 85. Moralium Iop beati Gregorii, extimatus flor. VI.

[77] Fortasse Iacobi Caietani de Stephaneschis, cardinalis tit. s. Georgii in Velabro; v. *Acta sanctorum* ad 19 maii. = Vat. Lat. 4933

[78] Be. 308. Item librum parvulum intitulatum ad dominum papam Bonifatium. Cf. Be. 369.

[79] Medicus, qui a Fabricio aliisque opuscula ascetica Benedicto XII inscripsisse dicitur; at id potius ad Benedictum XI referendum putem. Vide decem ex eius commentationibus in cod. 3181 Bibliothecae Nationalis Parisiensis. - Parvus ille libellus videtur esse ea tractatio, quae in codice Parisiensi primum locum occupat; inscribitur enim « *liber de fabrica corporis mystici et regiminis eius relati ad caput, quod est Christus dominus, a quo totum corpus mysticum, quod est ecclesia, recipit motum et sensum.* »

sanctissimi pape, et finit in penultimo: *Roma*, et est in tabulis cohopertis de corio rubeo et habet unum clausorium. *[Be. 253* [80]*]*.

55. Item unum librum satis parvum, ubi tractatur de fide catholica, editum per Benedictum [81] quondam episcopum Marsiliensem super simbolo, et incipit in primo et secundo folio: *firmiter*, et finit in penultimo: *habueritis*, et est in tabulis cohopertis de corio nigro cum duobus clausoriis de octone. *[Bo. 387, Be. 70]*.

56. Item unum romantium parvum in lingua provintiali, qui incipit in secundo folio: *en persona*, et finit in ultimo: *patientia de*, et (est in tabulis ligneis sine copertura et clausoriis [82]) cohopertus de corio rubeo.

57. Item unam summam vocatam Rolandinam [83], que incipit in secundo folio: *erunt se*, et finit in penultimo: *autem qui*, et est in tabulis ligneis sine copertura et clausoriis. *[Cf. n. 313, Bo. 369, Io. 181, Be. 399* [84]*]*.

58. Item unam summam de divina scriptura fratris Thome de Aquino, que incipit in secundo folio: *revelatione*, et finit in penultimo: *positus fuerit*, et est in tabulis cohopertis de corio rubeo. *[Cf. n. 49]*.

59. Item aliam summam maiorem proxima precedenti eiusdem fratris Thome de Aquino, que incipit in secundo folio: *vident*, et finit in penultimo: *tria possunt*, et est in tabulis cohopertis de corio rubeo cum IIII^{or} clausoriis de octone. *[Cf. n. 49]*.

60. Item unum parvum libellum, factum per versus metrificatos, qui incipit in secundo folio: *nam deus*, et finit in penultimo: *triumphans*, et est in tabulis cohopertis de corio rubeo, quarum una est fracta, et habet duo clausoria.

61. Item alium libellum parvum de promotione domini Benedicti pape XI, qui incipit in secundo folio: *nondum*, et finit in penultimo: *corona*, et est in tabulis cohopertis de corio rubeo cum IIII^{or} clausoriis de octone.

62. Item unum librum satis magnum de opere divinorum operum [84a], sine illuminatura, qui incipit in secundo folio: *de beati spiritus*, et finit in penultimo: *temptabit*, et est in tabulis ligneis sine copertura cum duobus clausoriis captivis.

63. Item unum libellum satis parvum et pulcrum, qui incipit in secundo folio: *nam quomodo*, et finit in penultimo: *sanctitas*, et habet coperturam de pelle vitulina pilosa sine tabulis.

[80] Be. 253. Item quendam alium parvum librum intitulatum: *Liber neofit. spiritualis thesaurus indulgentiarum domini pape*, compilatum a Galvano Ianuensi. - In cod. Parisiensi 3181, quem modo commemoravi, haec tractatio inscribitur: « *Neophytus spiritualis sive de thesauro indulgentiarum Bonifacii VIII summi pontificis.* »

[81] De Aligniaco ord. min.

[82] Supra: *va-cat.*

[83] Summa de arte notariae Rolandini (sive ut aliis placet: Orlandini) Passagieri de Rodolfino † 1300.

[84] Bo. 369. Item summa magistri O. de arte notarie.
Io. 181. Summa Rollandina notariorum, extimata flor. I.
Be. 399. Item tres summe magistri Orlandini super arte notarie.

[84a] Videtur esse opus sub nomine S. Hildegardis vulgatum a Mansi in *Appendice ad Miscellanea* Baluzii II, 335*s*.

64. Item alium libellum satis parvum de gestis beati Nicolai, qui incipit f. 513a
in secundo folio: *forte molestator,* et finit in penultimo: *beati Nicolai,* et est cohopertus de corio quasi rubeo sine tabulis et habet clausorium de çagana viridi. *[Be. 224]*.

65. Item IIII^or magnos sexternos, in quibus continentur rationes prelatorum contra minores et predicatores et alios mendicantes et defensiones hinc et inde, et non sunt illuminati et habent coperturam de pergameno, in qua est scriptum desuper: *Rationes maiores tradite ex parte Vitulicensis*[85] *Archiepiscopi. [Be. 418*[86]*]*.

66. Item unum volumen parvum, in quo continentur prefaciones secundum beatum Ambrosium facte de omnibus sanctis totius anni, quod incipit in secundo folio: *hostiam offerre,* et finit in penultimo: *vel tartarorum,* et est cohopertum de carta grossa sine tabulis.

67. Item unum librum sive quaternos decimarum, ubi continentur rationes collectarum, decimarum diversarum provinciarum et regnorum, et incipit in secundo folio: *de podio,* et finit in penultimo: *per suas,* et habet coperturam de grossa carta sine tabulis.

68. Item plures quaternos sive cartapellos, quorum aliqui sunt scripti in cartis bambacinis et alii in pecudinis, et sunt de diversis materiis, inter quos est quidam libellus parvus factus super responsionibus contra ponentes[87] certum tempus finis mundi editus a fratre Martino de Atheca[88] ordinis predicatorum illustris regis Aragonum confessore, et est totum ligatum simul. *[Be. 360]*.

69. Item unam summam compositam ab Albertano[89] de doctrina dicendi et tacendi, que incipit in secundo folio: *habito,* et finit in penultimo: *dixit ei,* et est in tabulis sine copertura et habet duo clausoria modica captiva. *[Io. 25, Be. 161]*.

70. Item unam Bibliam portatilem, in parvo volumine pulcram et bene illuminatam et completam, scriptam de bona lictera subtili in pellibus edinis, que incipit in secundo folio: *Pindarus,* et finit in penultimo: *Calcedonius quartus,* et deficiunt in ea interpretationes, et est in tabulis cohopertis de samito rubeo cum duobus clausoriis de argento. *[Bo. 23]*.

71. Item duos quaternos et in primo continentur constitutiones Vitulicensis concilii[90], et in secundo continetur decima distinctio super hiis, qui

[85] Procul dubio legendum: *Bituricensis,* i. e. Simon de Belloloco. — Prius scriptum erat: *episcopi.* Cf. n. 71, 122.

[86] Be. 418. Item rationes archiepiscopi Bituricensis redditas in concilio. — Cf. *cod. 3120,* Bibliothecae Nationalis Parisiensis, de quo Quétif - Echard, *Scriptores ord. praed.* I, 404 et Denifle - Ehrle, *Archiv,* I, 390*s.* — Cf. paullo post n. 135.

[87] Contra Arnaldum de Villanova. Cf. *cod. Vatic. 3824,* f. 237*b* « Antidotum contra venenum effusum per fratrem Martinum de Atheca, » quo scripto Arnaldus Martini rationes refellere studet. Vide paullo ante p. 10.

[88] Is nec inter *Scriptores ord. praed.* a Quétif - Echard nec in Nic. Antonii *Bibliotheca Hispana* recensetur.

[89] Ms. *Albentano.* - Io. 25. Libellus de doctrina loquendi, quasi nullius extimationis.

[90] Rectius: *Bituricensis,* cf. n. 65, 122. — Videntur esse constitutiones concilii an. 1286 Bituricis celebrati. Labbé - Mansi, *Collectio concil. XXIV,* 625*s,* cf. can. 14, qui spectat

proficiscuntur ad terras infidelium, quam auctoritatem habeant; et sunt cohoperti de corio rubeo.

72. Item unum librum concordantiarum satis grossum in cartis pecudinis, qui incipit in secundo folio: *pars XIII. a. lu. a.*, et finit in penultimo: *Iohannis. I. b. c. d.*, et est in tabulis cohopertis de corio viridi cum duobus clausoriis parvis. *[Cf. n. 242, 524-527; Io. 102, 110* [91]*]*.

73. Item unum librum grossum, in quo tractatur de visionibus, et non est illuminatus et in parte deficiunt rubrice et est in pellibus pecudinis et incipit in secundo folio: *vit annocens*, et finit in penultimo: *cibum meum*, et est in tabulis sine copertura cum IIII^or^ clausoriis modicis.

74. Item unum parvum libellum de benedictionibus mense totius anni, in quo continentur psalmi, qui dicendi sunt temporibus suis, et est in tabulis cohopertis de samito rubeo et habet duo clausoria de argento.

f. 513b **75.** Item alium libellum, in quo continetur benedictio altaris et informatio qualiter fieri debeat; et ubi est cantandum est notatum, qui incipit in secundo folio: *exorciso te*, et finit in penultimo: *Deus quod o.*, et habet tabulas copertas de corio albo cum duobus clausoriis de octone.

76. Item unum libellum sive opusculum fratris Iacobi de Viterbio ordinis fratrum heremitarum, in quo continetur regimen christianum completum, qui incipit in secundo folio: *pars est perfectionis*, et finit in penultimo: *quod Christus ait*, et habet coperturam de carta grossa. *[Be. 121]*.

77. Item quosdam quaternos, in quibus continentur inquisitiones hereticorum facte per diversos fratres in Tuscia, qui incipiunt in secundo folio: *item idem*, et finiunt in penultimo: *sibi consuluit*, et sunt a tergo sex modice bulle pendentes a tergo.

78. Item unum magnum quaternum de bambacio, in quo continetur inquisitio facta contra illos, qui letati sunt, quando audiverunt, quod dominus Bonifatius mortuus erat, et incipit in secundo folio: *dominus Petrus*, et finit in penultimo: *indictione XIII*, et est cohopertus de carta.

79. Item unum quaternum, in quo continetur, utrum papa possit renuntiare. *[Cf. n. 104, 122, 138]*.

80. Item offitium noturnum beati Ludovitii regis condam Francie, et est cohopertus de pelle vituli pilosa. *[Cf. n. 16]*.

Item die martis, XI die mensis madii, incepimus scribere:

primo **(81)** sermones festivitatum domini Gualfredi [92] tituli sancte Subxanne presbyteri cardinalis, scriptos in cartis pecudinis, qui incipiunt in secundo folio: *tanto elevatior*, et finiunt in penultimo: *Iudas Macha*, et habent tabulas ligneas, sed de qualibet deficit medietas.

ad controversiam de facultate audiendi confessiones mendicantibus concessa; vide paullo ante n. 62.

[91] Io. 102. Concordantia antique extimate flor. II.
Io. 110. Due concordantie antique, extimate flor. I.

[92] De Barro † 1287.

82. Item librum distinctionum fratris Nicolai de Biardi factarum secundum ordinem alfabeti, in cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *faciliter*, et finiunt in penultimo sine capitulis: *ovium etc.*, et habent tabulas cohopertas de corio viridi cum duobus clausoriis satis vilibus. *[Cf. n. 449; Io. 20, 179; Be. 54, 98* [93]*]*.

83. Item unam summam magistri G*[uillelmi]* Autisiodoriensis episcopi de deceptione hereticorum per naturalia [94], scriptam de subtili lictera in cartis edinis et in parvo volumine, que incipit in secundo folio: *propter omnimodam*, et finit in penultimo: *puniunt eos*, et est in tabulis cohopertis de corio viridi sine clausoriis. *[Cf. n. 520, 530; Bo. 73, 75, 76; Io. 99* [95]*; Be. 61, 132]*.

84. Item unam summam fratris Bonaventure super tractatu totius scripture sacre, que incipit in secundo folio: *si igitur velimus*, et finit in penultimo: *legum a lu.*, et est in tabulis cohopertis de corio rubeo sine clausoriis, *[Bo. 215; Be. 88* [96]*]*.

85. Item sermones ad status, scriptos in pellibus pecudinis, qui incipiunt in secundo folio: *quos fructus*, et finiunt in penultimo: *ad illam relate*, et habent coperturam de pelle vituli pilosa.

86. Item unum librum parvi voluminis, qui dicitur: *Libellus speculationis virtutum et gratiarum* etc., qui incipit in secundo folio: *tatem habebat*, et finit in penultimo: *multotiens supra*, et totus disquaternatus et disligatus, et est ligatus inter suas tabulas cum una cordula. *[Cf. n. 97; Be. 254]*.

87. Item cronicas Martinianas summorum pontificum et imperatorum, que f. 514*a*
incipiunt in secundo folio: *anno quadragesimo secundo*, et finiunt in penultimo: *subiugare debuisset*, et sunt coperti de corio nigro sine tabulis et clausoriis. *[Bo. 321]*.

88. Item unum libellum parvum Apocalipsis, antiquum, in parte glosatum et interlineatum, qui incipit in secundo folio: *Et Phyladelphyie*, et finit in penultimo: *Explicit liber Apocalipsis*, et habet coperturam laniatam de pelle et panno lineo fractis. *[Be. 356]*.

89. Item quandam summam, in qua continetur de ecclesiastica sive de summi pontificis potestate [97], et est in cartis pecudinis et non illuminata, et incipit in secundo: *ad cor*, et finit in penultimo: *posse cor*, et est cohoperta de grossa pelle duplicata sine clausoriis. *[Be. 355]*.

[93] Io. 20. Distinctiones Nicholay Albiard, estimate flor. II.
Io. 179. [Eaedem] estimate flor. I.

[94] De hac deceptione disputat Guillelmus in prologo suae *Summae theologicae*, ex quo patet eam hic intelligi.

[95] Io. 89. Liber magistri Guillelmi Altisiodorensis super quatuor libros sententiarum, extimatus flor. II.

[96] Bo. 215. Item breviloquium fratris Bonaventure et summa florum beati Bernardi et itinerarium mentis, in uno volumine coperto corio nigro.
Be. 88. Item librum breviloquii fratris Bonaventure super tractatum totius scripture sacre cum postibus.

[97] Quae quidem videtur Aegidii de Columna.

90. Item unum libellum epistolarium Gai*[i]* Sollii Appolinaris Sidonii Arvernorum [98] episcopi, qui incipit in secundo folio: *eliminatur*, et finit in penultimo: *sociamur annis*, et est cohopertus de pelle grossa pecudina. *[Be. 355].*

91. Item unum quaternum de minuta lictera, scriptum ad modum distinctionum, in quibus ordinantur offitia dominicalia totius anni, qui incipit, in secundo: *dominica prima post octavam pasce*, et finit in penultimo: *dominicis A*, et est cohopertus de carta.

92. Item unum librum parvum sancti Augustini, qui vocatur *Enceridion*, qui incipit in secundo folio: *quomodo invocabunt*, et finit in penultimo: *autem timere*, et est cohopertus de pelle alba.

93. Item unum romantium in gallico, scriptum in cartis edinis et illuminatum de auro et ausuro, qui incipit in secundo folio: *qui molt*, et finit in penultimo: *davant tron per*, et est in tabulis cohopertis de samito croceo et habet duo clausoria, et V bullas in qualibet tabula et est modici voluminis.

94. Item sermones festivitatum et dominicarum, qui incipiunt in secundo folio: *dat Dominus*, et finiunt in penultimo: *in principio orationis*, et sunt de diversis licteris et sunt in parte illuminati et rubricati et in parte non, et quaterni sunt dissimiles et sunt cohoperti de corio bruno.

95. Item sermones in aliquibus dominicis diebus et magnis festivitatibus, scriptos de grossa lictera in cartis pecudinis, qui incipiunt in secundo folio: *bili hoc est*, et finiunt in penultimo: *super asi.*, et sunt cohoperti de carta grossa pecudina.

96. Item unum Uguitionem [99] antiquum de subtili lictera, qui incipit in secundo folio: *unde te*, et finit in antepenultimo folio: *possunt*, et est in tabulis cohopertis de corio albo cum aliquibus bullis parvis et sine clausoriis. *[Be, 145, 289* [100]*].*

97. Item unum libellum parvum speculationum virtutum et gratiarum hominis et mulieris, qui incipit in secundo folio: *secundum quod dixit Beda*, et finit in penultimo: *prophetarum XXX*, et non est illuminatus nec rubricatus et habet coperturam de grossa pelle alba. *[Cf. n. 86].*

98. Item casus breves super sexto libro decretalium in tribus quaternis, qui incipiunt in secundo folio: *si forte*, et finiunt in penultimo: *obtinere*, et habent coperturam de pelle alba et est cum eis alius quaternus, qui incipit: *ve*.

f. 514b **99.** Item unum librum de papiro clausum et sigillatum quatuor sigillis cum suprascriptione, in qua dicitur: *Inquisitio et visitatio monasterii sancti Vincentii de Vulturno Triventine dyocesis.*

[98] Ms. *Armorum.* Fuit is episcopus Claromontanus in Arvernia.

[99] Procul dubio Hugutio de derivationibus.

[100] Be. 145. Item librum Uguitionis dicte carte cum postibus et corio rubeo, et incipit: *Prosodiam quedam partis.* - At noto his fere verbis *(Prosodia quedam pars grammatice nuncupatur)* non librum Derivationum Hugutionis, sed Catholicon Ioannis Balbi (cf. n. 45) incipere.

Be. 289. Item librum Hugutionis cum postibus.

100. Item quatuor quaternos ligatos simul, in quibus continetur tractatus [101] de morte, et incipiunt in secundo folio: *vere claudicamus*, et finiunt in penultimo: *pristinam si,* et sunt cohoperti de pelle vitulina pilosa. *[Bo. 232* [102]*, Be. 357].*

101. Item quandam summam [103] pulcram, scriptam in pellibus edinis et pulcre illuminatam, de fructibus penitentie, que incipit in secundo folio: *redeuntibus,* et finit in penultimo: *concupiscen.*, et est in tabulis cohopertis de corio rubeo, et habet duo clausoria de octone. *[Be 432].*

102. Item quatuor quaternos, in quibus continetur tractatus resurrectionis Christi Domini seu asmata, quod ebraice interpretatur resurrectio, qui incipiunt in secundo folio: *cum Ihesus a stigiis,* et finiunt in penultimo: *istoriografo,* et sunt cohoperti de pelle vitulina pilosa.

103. Item duos quaternos, in quibus continentur Cantica Canticorum glosata et interlineata, de antiqua lictera, et incipiunt in textu in secundo folio: *si ingnoras,* et finiunt in penultimo: *et ubera,* et sunt cohoperti de carta grossa.

104. Item unum tractatum in duobus quaternis, in quo tractatur: utrum papa possit renuntiare, qui incipiunt in secundo folio: *papam tyrannus,* et finiunt in penultimo: *super ipso ca.*, et sunt cohoperti de carta grossa pecudina. *[Cf. n. 79].*

105. Item apparatum domini Dini super titulo de regulis iuris sexti libri decretalium, in sex quaternis, qui incipit in secundo folio: *suum; ut ff.*, et finit in penultimo: *fit etiam fraus de,* et sunt ligati simul et cohoperti in pelle grossa pecudina. *[Cf. n. 48].*

106. Item constitutiones imperatoris Federici secundi, que incipiunt in secundo folio: *publicatis bonis*, et finiunt in penultimo: *pene subiacere,* et habent tabulas ligneas sine copertura.

107. Item duos quaternos, in quibus continetur promotio domini Bonifatii VIII, et habent coperturam de pelle vitulina pilosa. *[Cf. n. 52].*

108. Item quendam librum parvi voluminis de significationibus et significatis universalis creature et sancte scripture, qui incipit in secundo folio in nigro: *totam sacram scripturam,* et finit in penultimo: *ut deus,* et est in tabulis cohopertis de corio viridi, et habet unum clausorium. *[Be. 164].*

109. Item quendam librum, qui incipit in primo folio: *Incipit tractatus* et in secundo: *charta,* et finit in penultimo: *ul,* et est cohopertus de grosso corio albo.

110. Item unum libellum [104] de vita et moribus Caroli Magni, ut est scriptum supra coperturam suam de rubeo et nigro in grossa lictera. *[Be. 355* [105]*].*

[101] Gilberti de Tornaco ord. min.

[102] Bo. 232. Item tractatus de morte, qui incipit: *Dum propriam imperitiam.*

[103] Anonymi cuiusdam ordinis praedicatorum e provincia Lombardiae, v. Quétif-Echard, *Scriptores ord. praed.* I., 239 et *cod.* 3481 Bibliothecae Nationalis Parisiensis.

[104] Fortasse Einhardi.

[105] Be. 355. Item quendam fasciculum librorum ligatum, in quo sunt libri, qui sequuntur, videlicet liber soliloquii Bonaviti, *Liber de vita et moribus Karoli Magni;* duo alii libri sequentes de summi pontificis potestate, quedam cronice, epistole Gagii Solii Appolinaris Sidonii episcopi et ystoria Ierosolymitana. (*Cf. n. 119*).

111. Item XVI magnos quaternos continentes multa gesta et bella romanorum, et non sunt ligati, et primus quaternus incipiunt in secundo folio: *mine ipse ictus*, et finiunt in penultimo folio sexti decimi quaterni: *trepidatio vero non pre*, et sunt cum illis quatuor quaterni scripti ad modum concordantiarum et quedam alia summula distinctionum sive vocabulorum sancte scripture secundum Gregorium, et est totum ligatum cum cordula. *[Be. 364* [106]*].*

112. Item postillas super Lucam, que incipiunt in secundo folio: *Et prima ratio*, et finiunt in penultimo: *pectus domini*, et post ipsas postillas est adiunctus alius liber factus per a. b. c. dissimiles in quaternis, et habent coperturam de grosso corio quasi nigram. *[Cf. n. 269, Io. 47].*

f. 515*a* **113.** Item unum psalterium pulcrum, scriptum in cartis edinis de bona lictera, glosatum et interlineatum, qui incipit in secundo folio: *et proiciamus*, et finit in penultimo: *sed unitate*, et deficiunt grosse lictere, et primum folium ubi erat: *Beatus vir*, est ruptum et habet tabulas antiquas cohopertas de corio viridi fracto et non habet clausoria.

114. Item unam summam diversorum casuum, que incipit in secundo folio: *eorum insollertias*, et finit in penultimo: *potestate archiepiscoporum*, et habet tabulas cohopertas de panno lineo cum duobus clausoriis de octone.

115. Item quosdam quaternos [107], in quibus continentur condictiones super negotio regni Cicilie et totius terre, que est citra Farum usque confinia terrarum romane ecclesie de tempore dominorum Urbani et Clementis summorum pontificum, qui incipiunt in secundo folio: *per vulgares dietas*, et finiunt in penultimo: *quomodo*, et habent coperturam de corio albo.

116. Item unum quaternum, in quo continentur alique novissime constitutiones facte per dominum Bonifatium et addite sexto libro, qui incipiunt in secundo folio: *tii anno primo*, et finit in penultimo: *ipsorum domini*, et habet coperturam de pelle vitulina pilosa.

117. Item unum libellum antiquum parvum de spirituali perfectione [108] et viciis et virtutibus, et incipit in secundo folio: *est cuius*, et finit in penultimo: *contrariis curari,* et habet tabulas sine copertura.

118. Item constitutiones papales contra hereticos de bona lictera, scriptas in parvo volumine, que incipiunt in secundo folio: *super offitialibus*, et finiunt in penultimo: *l. 1.* (?) et sunt cohoperte de corio nigro.

119. Item unum tractatum abbreviatum de ystoria Ierosolimitana [109], qui incipit in secundo folio: *persas assidios*, et finit in penultimo: *multis oppres,* et non est illuminatus et habet coperturam de grossa carta duplicata. *[Cf. n. 289].*

[106] Be. 364. Item quosdam quaternos continentes ystorias Romanas et quam plures alias.

[107] Qui quidem quaterni in inventario rerum an. 1339 Avenionem transferendarum recensentur; confer huius voluminis p. 23, n. 7.

[108] Ms. *persecutione.*

[109] Iacobi de Vitriaco, Historia Hierosolimitana, abbreviata a magistro Iacobo Achoriensi episcopo. Cf. Bo. 331, Be. 239.

120. Item quosdam sermones dominicales factos per fratrem Raynaldum de Piperno [110], qui incipiunt in secundo folio: *veni ad liberandum*, et finiunt in penultimo: *cum iem*, et sunt in cartis pecudinis et habent tabulas cohopertas de corio viridi et habent duo clausoria de corio. *[Be. 31]*.

121. Item unam summam sancti Ieronimi de Seneca in cathalogo sanctorum, que incipit in secundo folio: *scintam tenes*, et finit in penultimo: *ne infe*, et est scripta de subtili nota in pellibus pecudinis et habet tabulas sine copertura.

122. Item capitula seu tractatus de renuntiatione pape editus a fratre Egidio Vitulicensi archiepiscopo [111], qui incipit in secundo folio: *noscant.* et finit in penultimo: *et fortem ad*, et non est illuminatus et habet coperturam de grossa carta alba.

123. Item quendam libellum de subtili lictera, qui intitulatur in prima rubrica: *Incipit prologus in apologiam pauperum adversus calumpniatorem* [112], et finit in penultimo folio: *ad substentandum*, et habet coperturam de carta pecudina grossa. *[Be. 115* [113], *397]*.

124. Item quatuor quaternos, in quibus sunt aliqui sermones et habent coperturam de grossa carta.

125. Item aliquos quaternos, in quibus continentur aliqui sermones, et in uno continetur liber Esdre prophete, et quia non sunt similes nec equales et tractant de diversis materiis non descripsimus eos aliter, sed sunt involuta in quadam carta grossa.

126. Item quadam summam de orrigine (!) et progressu ecclesie et nota- f. 515b
bilium regnorum, de grossa lictera et quedam epistole missive de minuta lictera, que incipit in secundo folio: *de virgine natus*, et finit in penultimo: *et sacro*, et est in quadam carta grossa.

127. Item unum opusculum diversarum locutionum et materiarum Bonaiuti de Casentino, nunc metrice nunc prosaice, ad dominum Bonifacium directum, quod incipit in secundo folio: *sed quam vitanda*, et finit in penultimo: *super petram*, et habet copertorium de corio rubeo. *[Be. 413* [114]*]*.

Item die mercurii, XII die mensis madii incepimus scribere:

primo (**128**) unum librum, in quo est contentio boni angeli et mali, bonus angelus defert opera nostra bona coram deo et malus mala, et est de grossa lictera et incipit in secundo folio: *retardant a divina*, et finit in penultimo: *quod est bonum*, et est in tabulis cohopertis de corio rubeo cum quatuor clausoriis.

[110] Latuerunt hi sermones Quétif - Echard, *Scriptores ord. praed.*, I, 382. Sintne S. Thomae Aquinatis, (cf. paullo post. n. 410) a fr. Raynaldo, comite eius individuo, *reportati?*

[111] Aegidius de Columna, archiep. Bituricensis, cf. n. 79, 65.

[112] S. Bonaventurae.

[113] Be. 115. Item librum tractatus contra persecutores religiosorum.

[114] Be. 413. Item quedam dictamina ad Bonifatium papam.

129. Item quendam librum satis grossum et parvi voluminis, in quo continentur Evangelia Iohannis, Actus Apostolorum et Apocalipsis Iohannis, Epistole quoque Canonice et epistole Pauli apostoli, et incipit in secundo folio: *dicens autem Herodes*, et finit in penultimo: *qui eduxit de*, et est in tabulis grossis cohopertis de corio albo.

130. Item unam (!) papirum sive cartularium, in quo sunt scripta aliqua servitia facta domino Bonifatio et expense facte per receptorem ipsorum.

131. Item sermones dominicales et festivales [115] Cancellarii Parisiensis in magno volumine scriptos in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio: *lenti equitantes*, et finiunt in penultimo: *venitur ad*, et non sunt in tabulis nec habent coperturam nisi de cartis. *[Cf. n. 231, 236, 417, 429; Bo. 77* [116]*, 127, 137, 153, 160; Be. 2, 196].*

132. Item apparatum domini Iohannis Monaci cardinalis super sexto libro decretalium, qui incipit in secundo folio: *et secundum Isidorum*, et finit in penultimo: *nam ibi tangitur or*, et est in magno volumine et ligatus in grossa carta pecudina. *[Cf. n. 140].*

133. Item Parabolas Salamonis, Ecclesiastes, Cantica Canticorum, Sapientie scriptas in cartis edinis de bona lictera, et sunt glosate et interlineate, que incipiunt in secundo folio in textu: *dem tuum*, et finiunt in penultimo: *et in cospec*, et sunt in tabulis cohopertis de corio albo fracto et habent unum clausorium de corio.

134. Item sextum librum decretalium correctum, scriptum in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *et incertitudinem*, et finit in penultimo: *Idem* et est cohopertus de carta grossa pecudina duplicata.

135. Item quendam tractatum [117] magistri Henrici de Gant [118], factum de facto prelatorum et fratrum ordinum mendicantium, scriptum in sex quaternis magni voluminis, qui incipit in secundo folio: *grave et quasi*, et finit in penultimo: *facere quod volo*, et cum dictis quaternis est unus alius sexternus minoris forme, loquens quasi de eadem materia et est cohopertus de pelle pecudina grossa. *[Cf. n. 65; Be. 415].*

136. Item decretales cum apparatu Bernardi [119] de subtili lictera antiquas, que incipiunt in secundo folio in textu: *non ante preterita*, et finiunt in pe-

[115] Philippi de Greve.

[116] Bo. 77. Item summa dominicalis Cancellarii Parisiensis, que incipit: *Non deserentes.*

Bo. 127. Item liber sermonum Cancellarii Parisiensis, qui incipit: *Ierusalem cito venit salus tua.*

Bo. 137. Item liber sermonum Cancellarii Parisiensis, qui incipit: *Homo quidam erat dives.*

Eius sermones in psalmos incipiunt: *Vidit Iacob in somnis;* cf. Bo. 150.

[117] Id est quaestiones quodlibetales (quodlib. 7, quaest. 23, 24, 25), cf. *cod. 3120* Bibliothecae Nationalis Parisiensis, cf. paullo ante n. 65.

[118] De Gandavo. Vide quae de hac controversia disserui in commentatione, cui titulus: « *Beitraege zu den Biographien beruehmter Scholastiker* » in Denifle - Ehrle, *Archiv*, I, 390.

[119] De Botone Parmensis.

nultimo: *quoddam*, et non sunt complete, quia deficit ibi de titulo de verborum significatione et totus titulus de regulis iuris, et sunt in tabulis ligneis cum uno clausorio tantum.

137. Item multos quaternos diversarum formarum et licterarum, et in principio continentur constitutiones Gregoriane [120], et postea sequitur decretum electionis cum apparatu factum per magistrum Guillelmum de Mandagot, postea sequitur libellus fugitivus [121], et postea sequitur ordo iudiciarius factus per magistrum Egidium [122] doctorem decretorum cum multis aliis scripturis, et sunt in universo XI quaterni cohoperti de pelle vitulina pilosa. *[Be. 416* [123]*].*

138. Item unum tractatum sive summam magistri Iohannis Burgundi canonici Maioricensis, metrice factam, continentem, quod papa possit cedere et renuntiare, et est glosata et illuminata et est scripta in duobus quaternis et est cohoperta de carta pecudina. f. 516*a*

139. Item postillas sive summam magistri Bernardi Compostellani, que incipit in secundo folio: *aliquis non est malus*, et finit in penultimo: *non parochialis set*, et est cohoperta de pelle vitulina pilosa. *[Bo. 381].*

140. Item XIII quaternos, in quibus continetur magna pars apparatus domini Iohannis Monaci cardinalis super sexto libro decretalium, et non sunt illuminati nec continuati nec simul ligati, et fuerunt de novo positi cum alio suprascripto apparatu predicti domini Iohannis. *[Cf. n. 132].*

141. Item ystorias et gesta Britonum [124] in latino, in parvo volumine, que incipiunt in secundo folio: *Eneas post Trojanum*, et finiunt in penultimo: *populi multitudinem*, et habent tabulas ligneas sine clausoriis. *[Bo. 327* [125], *Be. 112].*

142. Item summam magistri Tancredi [126] de ordine iudiciario, que incipit in secundo folio: *C. ultimo*, et finit in penultimo: *de illicita*, et habet coperturam de carta alba. *[Be. 334, 412].*

143. Item VIIII quaternos novos de medicina, de quibus prima pagina est apportata, quos fecit seu compilavit magister Constantinus Affricanus, monachus monasterii Cassinensis, qui incipiunt in secundo folio: *permiserint*, et finiunt in penultimo: *e carbunculis*, et non sunt illuminati nec rubricati. — Sunt etiam cum eis V alii quaterni antiqui de medicina, qui incipiunt in secundo folio: *dicina*, et finiunt in penultimo: *tamen parum panis*, et non sunt illuminati. — Sunt etiam cum eis quidam alii quaterni de bombice de medicina et non sunt ligati aliqui de supradictis, sed sunt involuti in quadam carta et repositi in quodam sacculo de panno lineo albo.

[120] Procul dubio Gregorius X (1271-1276); Schulte, *Geschichte der Quellen u. Litteratur des canon. Rechts*, II, 31.

[121] Nepos de Montealbano; vide Savigny, *Geschichte des roemischen Rechts* [2], V, 502.

[122] De Fuscariis † 1289.

[123] Be. 416. Item quendam librum continentem extravagantes domini Gregorii et quosdam alios quaternos diversorum doctorum ordinem iudiciorum continentem.

[124] Galfridi Monmutensis.

[125] Bo. 327. Item ystoria Britonum tempore Iulii Cesaris.

[126] Bononiensis.

144. Item quosdam quaternos de bombice laniato et fracto, in quibus continentur alique auctoritates Salamonis per versus translate et aliqui sermones et alie scripture tractantes de missa et aliis multis, et habent coperturam de carta pecudina.

145. Item epistolas Pauli glosatas, scriptas de pulcra lictera in textu et glosa in pellibus edinis, que incipiunt in secundo folio in textu: *Paulus servus Ihesu Christi,* et finiunt in penultimo: *expedit vobis*, et sunt communiter illuminate et sunt in tabulis cohopertis de corio viridi fracto et habent quatuor clausoria satis vilia. *[Bo. 16, Be. 267].*

146. Item unum pulcrum missale satis parvum cum suo calendario in principio, et incipit in secundo folio missalis: *et consolationem*, et finit in penultimo: *descendebat qui et*, et est pulcre illuminatum et est in tabulis cohopertis de pulcro corio rubeo, et habet duo clausoria de sericò viridi guarnita de argento laborato ad nigellum et est depictum in circuitu ad lilia et castra de auro.

147. Item unum psalterium glosatum, satis pulcrum, in cartis vitulinis, quod incipit in secundo folio textus: *in iudicio*, et finit in penultimo*: laudate dominum*, et est in tabulis cohopertis de corio albo cum quatuor clausoriis de corio et octone. *[Cf. n. 325].*

148. Item tres libros Biblie in uno volumine glosatos et interlineatos et scriptos de bona lictera in cartis vitulinis, et est primus liber Genesis, secundus Exodus, tertius Leviticus, et incipiunt in secundo folio in textu: *et vidit deus*, et finiunt in penultimo: *ovis et*, et habent coperturam de corio rubeo et non sunt ibi clausoria. *[Bo. 1, Be. 265].*

149. Item unam Bibliam manualem, parvi voluminis, de subtilissima lictera, in cartis edinis, que incipit in secundo folio: *nevat puerilia,* et finit in penultimo: *iniquitatis*, et sunt ibi interpretationes, et est in tabulis cohopertis de corio rubeo et habet duo clausoria de octone, et duo deficiunt.

f. 516*b* **150.** Item unum parvum psalterium cum calendario et ynnario, de minuta et mala lictera, et est ibi offitium mortuorum, et incipit in secundo folio psalterii: *qui non habiit*, et finit in penultimo folio psalterii: *alius deus preter*, et est in tabulis cohopertis de corio rubeo cum duobus clausoriis de octone.

151. Item quandam summam sacre scripture, factam secundum ordinem alfabeti, in qua tractatur de expositione multorum verborum incipientium per ordinem secundum licteras alfabeti, que incipit in secundo folio: *est abissus ignorantie*, et finit in penultimo: *enim pe. veni*, et est in tabulis cohopertis de corio nigro rupto cum tribus clausoriis fractis.

152. Item tres libros Biblie in uno volumine, scriptos de pulcra lictera in textu et in glosa et interlineatos in cartis vitulinis, silicet, Levitici, Numeri et Deuteronomii, qui incipiunt in secundo folio in textu: *maculatum*, et finiunt in penultimo: *ab XXX diebus,* et sunt in tabulis ligneis et habent unum clausorium tantum. *[Cf. n. 159; Bo. 3, 4; Be. 257, 262].*

153. Item duos libros Biblie in uno volumine, glosatos et interlineatos, scriptos de bona lictera in cartis vitulinis, silicet Paralipomenon et Macha-

beorum, qui incipiunt in secundo folio in textu: *cham*, et finiunt in penultimo: *mori pro*; et sunt in tabulis ligneis cum uno clausorio. *[Bo. 7, Be. 264]*.

Item die iovis, XIII die mensis maii incepimus scribere:

primo (**154**) tres libros Biblie in uno volumine, glosatos et interlineatos, scriptos de bona lictera in textu et in glosa, in cartis vitulinis, silicet Isaie, Ieremie, Trenorum, qui incipiunt in secundo folio in textu: *post Babillonie*, et finiunt in penultimo: *quorum disperiit milt*, et sunt in tabulis sine copertura cum duobus clausoriis satis vilibus. *[Bo. 10, Be. 263]*.

155. Item duos libros Biblie in uno volumine, glosatos et interlineatos, scriptos de bona lictera in textu et in glosa in cartis vitulinis, silicet Danielis et Setielis [127], qui incipiunt in secundo folio in textu: *ut introduceret*, et finiunt in penultimo: *egressus civitatis*, et sunt in tabulis sine copertura cum uno clausorio. *[Bo. 11]*.

156. Item octo libros Biblie in uno volumine, glosatos et interlineatos, scriptos de bona lictera in textu et in glosa in cartis vitulinis, silicet Iosue, Iudicum, Ruth, Esdre, Nemie, Tobie, Iudith, Hester, qui incipiunt in secundo folio in textu: *ret ei Moyses*, et finiunt in penultimo: *continentur*, et deficiunt grosse lictere ibi et sunt in tabulis sine copertura cum uno clausorio et una tabula est aliquantulum fracta. *[Bo. 5, Be. 260]*.

157. Item quatuor libros Regum in uno volumine, glosatos et interlineatos, scriptos de bona lictera in textu et in glosa in cartis vitulinis, qui incipiunt in textu in secundo folio: *exercitium in Sylo*, et finiunt in penultimo: *a parvo usque*, ut sunt in tabulis ligneis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 6, Be. 261]*.

158. Item IIII^or libros in uno volumine, glosatos et interlineatos, scriptos de bona lictera in textu et in glosa in cartis vitulinis, silicet Mathei, Luce, Marci et Iohannis, qui incipiunt in textu in secundo folio: *Ieconiam*, et finiunt in penultimo: *Ihesus non*, et deficiunt ibi grosse lictere et sunt in tabulis cohopertis de corio albo. *[Bo, 13, 14; Be. 266]*.

159. Item tres libros Biblie in uno volumine, glosatos et interlineatos, scriptos de bona lictera in textu et in glosa in cartis vitulinis, silicet Levitici, Numeri, et Deuteronomii, qui incipiunt in textu in secundo folio: *non sacerdotis*, et finiunt in penultimo: *pleti sunt dies*, et sunt ibi grosse lictere et sunt in tabulis cohopertis de corio albo cum quatuor clausoriis de corio. *[Cf. n. 152]*.

160. Item librum Biblie duodecim Prophetarum in uno volumine, glosatum f. 517a
et interlineatum, scriptum de bona lictera in textu et in glosa in cartis vitulinis, qui incipiunt in secundo folio in textu: *verbum Domini*, et finiunt in penultimo: *vinea in agro*, et sunt ibi grosse lictere, et est cohopertus de corio rubeo grosso, super quo corio est alia copertura de panno grosso lineo. *[Bo. 9, Be. 275]*.

161. Item unum pulcrum pontificale, de pulcra et grossa lictera scriptum et illuminatum in cartis edinis, quod incipit in secundo folio: *tionem a*

127 Ezechielis.

domino, et finit in penultimo: *perseverabili vir*, et est in tabulis cohopertis de samito rubeo et habet duo clausoria de serico fornita de argento.

162. Item unum missale sive orationale sine epistolis et sine evangeliis et offitiis, pulcrum et scriptum de grossa lictera in cartis edinis, quod incipit in secundo folio dicti orationalis: *na despicere*, et finit in penultimo: *qui vivit sec*, et habet in principio calendarium et aliquas alias orationes, et est in tabulis cohopertis de samito rubeo et habet duo clausoria de serico guarnita de argento.

163. Item unum epistolarium pulcrum et scriptum de grossa lictera in cartis edinis, quod incipit in secundo folio: *sicut scriptum est*, et finit in penultimo: *sed qui locutus est*, et est in tabulis cohopertis de corio rubeo cum duobus clausoriis de serico et octone.

164. Item unum pulcerimum psalterium et pulcerrime illuminatum de auro et ausuro, cum calendario suo in principio et cum annuntiatione beatae Virginis et nativitate Christi etc. usque ad spoliationem inferni depictis pulcerrime de auro et aliis diversis coloribus, et incipit dictum psalterium in secundo folio: *ego hodie genui te*, et finiunt in penultimo: *de pulsis con.*, et est in tabulis cohopertis de corio rubeo cum duobus clausoriis de serico guarnito de argento deaurato.

165. Item unum librum, in quo continentur legende sive lectiones cum evangeliis dominicalibus totius anni et alique legende sanctorum, qui incipit in secundo folio: *aliquis*, et finit in penultimo: *morabatur*, et est scriptus de bona lictera in cartis edinis et est in tabulis cohopertis de corio albo et habet quatuor clausoria de serico et octone.

166. Item unum missale manuale parvi voluminis et de subtili lictera cum suo calendario in principio, quod incipit in secundo folio: *ate Iohanni*, et finit in penultimo: *absterge per Christum*, et est in cartis edinis et in tabulis cohopertis de corio viridi et habet tria clausoria de octone.

167. Item unum breviarium cum psalterio, ynario et calendario in principio, scriptus in cartis edinis, et incipit in secundo folio breviarii: *Christus perpetue*, et finit in penultimo: *gloria Patri etc.*, et est in tabulis cohopertis de corio rubeo cum quatuor clausoriis de serico et octone.

168. Item unum epistolarium completum de dominicis et festivis diebus, scriptum in cartis edinis, quod incipit in secundo folio: *fratres quecunque*, et finit in penultimo: *solvantur*, et est in tabulis cohopertis de corio rubeo cum duobus clausoriis de serico guarnitis de argento.

169. Item unum vile psalterium antiquum, modici valoris, in tabulis grossis ligneis et parvi voluminis.

f. 517b **170.** Item unum libellum de sex quaternis ligatis simul, parvi voluminis, in quo tractatur de summa trinitate et fide catholica, et incipit in secundo folio: *nit pro unione*, et finit in penultimo: *sed toti colle*, et habet coperturam de carta. *[Cf. n. 567* [128]*].*

[128] Cf. Bo. 387. Item quedam summa [*Benedicti de Aligniaco ord. min.*] episcopi Massiliensis super *Firmiter credimus*.

171. Item unum evangelistale, scriptum de bona lictera in cartis edinis, quod incipit in secundo folio post primam dominicam adventus: *tus in me*, et finit in penultimo: *in tractatibus*, et habet tabulas ligneas cum laminibus argenteis deauratis et super dicta lamina est alia copertura de corio albo et non habet clausoria.

172. Item unum pontificale sive ordinarium pulcrum, scriptum de grossa lictera et bone illuminatum, in cartis edinis, quod incipit in secundo folio: *dum ignominiam*, et finit in penultimo: *quatenus miste*, et est in tabulis cohopertis de corio rubeo cum duobus clausoriis de octone.

173. Item unum pulcerimum missale sine epistolis et evangeliis, pulcerrime illuminatum et scriptum de bona et grossa lictera in cartis edinis, quod incipit in secundo folio: *ma dominica*, et finit in penultimo: *immolare qui vi*, et habet calendarium in principio et quatuor tabulas compoti et est in tabulis cohopertis de corio rubeo cum quatuor clausoriis de serico guarnitis de argento deaurato.

174. Item unum ordinarium cum orationibus in modum missalis, grossum, sine evangeliis et epistolis, scriptum de bona lictera et grossa in cartis edinis, quod incipit in secundo folio: *omnipotens*, et finit in penultimo: *ad aspersionem*, et est in tabulis ligneis sine copertura cum uno clausorio de corio rubeo et habet unam tabulam aliquantulum fractam.

175. Item unum parvum missale manuale, notatum, in cartis edinis, quod incipit in secundo folio: *deserto*, et finit in penultimo: *eius in me*, et habet in principio calendarium et est in tabulis cohopertis de corio viridi et non habet clausoria et una de tabulis est fracta.

176. Item unum psalterium romanum, in cartis pecudinis, quod incipit in secundo folio: *qui non habiit* et finit in penultimo: *non tres patres*, et habet coperturam de carta grossa.

177. Item unum orationale sive missale, in quo deficiunt evangelia, epistole et offitia, scriptum de bona littera et grossa in cartis edinis, quod incipit in secundo folio dicti orationalis: *repleti cibo*, et finit in penultimo: *suffragia*, et habet calendarium in principio et quasdam orationes et est in tabulis cohopertis de samito rubeo cum duobus clausoriis de serico guarnitis de argento.

178. Item unum missale completum, scriptum de competenti lictera in cartis edinis, quod incipit in secundo folio: *do ut abundetis*, et finit in penultimo: *et omnibus pompis eius*, et est in tabulis cohopertis de samito rubeo cum uno clausorio de serico fornito de argento et de alio clausorio deficit medietas guarniture argenti et habet calendarium in principio.

Bo. 209. Item tractatus fidei contra diversos errores, qui incipit: *Quoniam fides est totius spiritualis.*

Be. 51. Librum *[in]* symbolum fidei, quod est in principio decretalium, cum postibus et corio rubeo.

Be. 70. Item librum tractatus fidei contra diversos errores super titulum de summa trinitate et fide catholica, cum postibus.

179. Item unum diurnale pulcrum, in quo sunt scripte orationes et antiphone de *Magnificat* et *Benedictus* totius anni, et est in tabulis cohopertis de samito rubeo cum duobus clausoriis guarnitis de argento.

180. Item unum evangelistarium pulcrum, scriptum et pulcre illuminatum de bona et grossa lictera in cartis edinis, quod incipit in secundo folio: *ait illis*, et finit in penultimo: *in resurrectionem*, et est in tabulis cohopertis de corio rubeo et habet duo clausoria de serico fornita de octone.

f. 518*a* Item die veneris, XIIII die mensis maii incepimus scribere:

primo (**181**) unum missale sine epistolis et evangeliis, scriptum de bona lictera in cartis edinis et competenter illuminatum, quod incipit in secundo folio: *Unigeniti tui*, et finit in penultimo: *quiescentibus*, et est in tabulis cohopertis de corio viridi et habet quatuor clausoria de serico fornita de octone,

182. Item unum missale sive orationale sine epistolis, sine evangeliis et sine offitiis, scriptum de bona lictera et grossa et bene illuminatum in cartis edinis, quod incipit in secundo folio: *inter adversa securi*, et finit in penultimo: *pudore vene*, et habet calendarium in principio et est in tabulis cohopertis de samito rubeo et habet quatuor clausoria de serico fornita de argento.

183. Item unum missale completum, scriptum de bona lictera et illuminatum, in cartis vitulinis, quod incipit in secundo: *et pax dei*, et finit in penultimo: *placere valeamus per*, et habet calendarium in principio et est in tabulis cohopertis de corio viridi fracto et non habet clausoria.

184. Item unum psalterium romanum antiquum cum ynnario, calendario, offitio mortuorum et martirologio, quod incipit in secundo folio psalterii: *virga ferrea*, et finit in penultimo psalterii: *qui vero*, et est in tabulis grossis ligneis, quarum una est fracta, et est sine copertura et clausoriis.

185. Item unum librum sive libellum antiquum domini Leonis pape VIIII [129] adversus Michaelem Constantinopolitanum et Leonem Adriani episcopos, qui incipit in secundo folio: *qui enim preter*, et finit in penultimo: *legem Moysi*, et est in tabulis antiquissimis cohopertis de corio fracto. *[Bo. 89* [130], *Be. 131].*

186. Item flores librorum beati Bernardi, qui incipiunt in secundo folio post prologum: *XXI*, et finiunt in penultimo: *Clemens*, et sunt de subtili lictera in cartis pecudinis et sunt in tabulis cohopertis de corio albo cum duobus clausoriis de octone, et sunt parvi voluminis. *[Bo. 180* [131], *Be. 117].*

187. Item quendam parvum tractatum et in parvo volumine contra Grecos de processione Spiritus Sancti, qui incipit in secundo folio post prologum: *dixit nullus sanctorum*, et finit in penultimo: *verbum sicut legitur*, et est in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Cf. n. 371, Bo. 399* [132]*].*

[129] Vide hunc libellum in Labbé-Mansi, *Collectio concil.* XIX, 635-657.

[130] Bo. 83. Item liber Leonis pape, qui incipit: *Leo episcopus.*

[131] Bo. 180. Item flores librorum sancti Bernardi, qui incipiunt: *Abbatum pompa.*

[132] Bo. 399. Item liber contra Grecos, qui incipit: *Grecos a Filio negantes procedere Spiritum.*

188. Item unum parvum libellum sive tractatum de subtilissima lictera, in quo videntur esse reportationes sermonum, qui incipit in secundo folio: *clerici*, et finit in penultimo: *commissi*, et est in tabulis sine clausoriis et copertura, et est parvi voluminis.

189. Item unum tractatum domini Bernardi abbatis Claravallis, directum domino A. ecclesie romane dyacono cardinali et cancellario [133], qui incipit in secundo folio: *silicet quempiam*, et finit in penultimo: *temporis sacramentum*, et habet coperturam de pelle vitulina pilosa et est de subtili lictera et non est illuminatus. *[Be. 359* [134]*]*.

190. Item epistolas Ieronimi, Augustini et Damascii, de subtili lictera scriptas in cartis edinis, que incipiunt in secundo folio: *ac tantum questione dictasse*, et finiunt in penultimo: *qui retinere*, et est in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 86* [135], *Be. 162]*.

191. Item omelias sancti Iohannis Grisostomi, que incipiunt in secundo folio: *camenta et libera*, et finiunt in penultimo: *nullatenus probatur*, et sunt de subtili lictera in cartis pecudinis et non sunt illuminate et sunt in tabulis sine copertura et habent unum clausorium. *[Cf. n. 263, Bo. 336, Io. 92* [136], *Be. 157]*.

192. Item alleluia [137] V librorum Moysi, que incipiunt in secundo folio: f. 518b
quasi enim animalia, et finiunt in penultimo: *si quis vero in*, et sunt de subtili lictera in parvo volumine et scripte in cartis pecudinis et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 227* [138]*]*.

193. Item unum tractatum de subtili lictera et antiqua de floribus V librorum Moysi, qui incipit in secundo folio: *unde ex ipsa filia*, et finit in penultimo: *fiat voluntas tua*, et est in tabulis sine copertura et clausoriis et est parvi voluminis. *[Bo. 224* [139], *Be. 78]*.

194. Item quendam librum sive tractatum cum copertura de pelle nigra, qui incipit in primo folio: *sanctissimo ac pre ceteris familiarissimo*, et finit in penultimo: *indeclinabile*, et est de antiqua et prava lictera scriptus.

195. Item unam summam dictaminis magistri Thome de Capua romane ecclesie cardinalis, scripta de nota subtili in cartis edinis, que incipit in secundo folio: *Aque vive*, et finit in penultimo: *electio confirmari*, et est in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 311, Be. 398]*.

196. Item quandam summam abbatis Raymundi, in qua multa miracula continentur, et est scripta de satis bona nota in cartis vitulinis, que incipit

[133] Haimericus diaconus cardinalis tit. s. Marie Nove a Calixto II renuntiatus est an. 1120, † 1148.

[134] Be. 359. Item quendam tractatum Bernardi abbatis de diligendo deum.

[135] Bo. 86. Item liber epistolarum Ieronimi et Augustini et Damasi, qui incipit: *Dormiente te.*

[136] Io. 92. Omilia Iohannis Chrisostomi, extimata flor. I.

[137] Procul dubio legendum: *Allegorie*, fortasse Petri Pictaviensis Cancellarii; vide *cod. 390* Bibliothecae Duacensis.

[138] Bo. 227. Item allegorie quinque librorum Moysi.

[139] Bo. 224. Item deflorationes quinque librorum Moysi.

in secundo folio: *Viugardus de Medebecche*, et finit in penultimo: *curationis* ℟ *quod*, et est in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 283, Be. 378-380]*.

197. Item epistolam fratris Guiberti de Tornaco ad dominam Isabellam sororem regis Francie, scriptam de subtili lictera in cartis vitulinis, que incipit in secundo folio: *ribus eternitatis eius*, et finit in penultimo: *precibus satagebat*, et est in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 197* [140], *Be. 305]*.

198. Item librum Casiodori, de bona lictera, subtili tamen, scriptum in cartis vitulinis, et incipit in secundo folio: *florentis purpure*, et finit in penultimo: *ipsius imperio pre*, et est in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 339, Io. 97* [141]*]*.

199. Item unum parvum librum de antiqua lictera et subtili, in quo continetur excertum ex ordine romano, qui incipit in secundo folio: *querendum est quid*, et finit in penultimo: *quam invenerint*, et est in tabulis sine copertura et clausoriis. Bo. 376

200. Item tractatum [142] de claustro corporis et anime, scriptum de bona nota et illuminatum, in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *et sicut regum ministri*, et finit in penultimo: *iugiter respicio*, et est in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 192, Io. 96* [143], *Be. 66]*.

201. Item quendam librum antiquum [144] de nota antiqua, qui est intitulatus: *Hic est liber sancte Marie nove* [145] *etc.*, qui incipit in secundo folio: *multis* ℟, et finit in penultimo: *oc. gt' it'*, et habet coperturam de corio nigro antiquam. *[Cf. n. 461]*.

202. Item quendam librum antiquum [146], qui intitulatur in primo verbo de lictera nigra: *De laudibus ecclesie in dedicatione templi*, scriptum de nota antiqua in cartis pecudinis, qui incipit in secundo folio: *apostolus ait*, et finit in penultimo: *Nam et ipse*, et est in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 190* [147]*]*.

203. Item quandam summam dictaminis, de nota subtili, in cartis edinis, que incipit in secundo folio: *credimus*, et finit in penultimo: *a vobis specialiter constitutum*, et habet coperturam de carta grossa. *[Cf. n. 590]*.

[140] Bo. 197. Item epistola fratris Uberti de Tornaco, in qua tractatur de erudictione principum.

[141] Bo. 339. Item omelie et primus liber Cassiodori.
Io. 97. Cassidolus (!) extimatus flor. I.

[142] HUGONI DE FOLIETO ab aliis adscribitur.

[143] Bo. 192. Item liber Hugonis de sancto Victore, in quo tractatur de claustro anime et corporis, qui incipit: *Rogasti nos frater*.
Io. 96. Liber Hugonis de sancto Victore de claustro anime, extimatus flor. II.

[144] Confer quae de hoc libro notat P. DENIFLE in DENIFLE - EHRLE, *Archiv* II, 87, nota 2.

[145] Ea ecclesia ad Forum Romanum haud ita longe a turri chartularia sita nunc vulgo a s. Francisca Romana dicitur. Vide quae de hoc et alio quodam codice acute disserit I. B. DE ROSSI, *De origine, historia, indicibus scrinii et bibliothecae apostolicae*, p. CV.

[146] S. AMBROSII.

[147] Bo. 190. Item liber, qui tractat de laudibus ecclesie, de paradiso et arca Noe et tabernaculo federis, de templo Salomonis, de muliere, de civitate sancta Ierusalem et ornamentis ecclesie et virtutis, et sunt in eodem libro sermones.

204. Item octo quaternos de nota, in quibus continentur plures epistole sive lictere misse ad diversos per diversos, et cum eis est unum cartolarium de bombice sive papirus, in quo etiam sunt scripte multe epistole sive lictere de subtili nota, et sunt ligati simul cum corigia de corio.

205. Item unum libellum parvi voluminis beati Ambrosii de ministeriis f. 519a
et sacramentis, qui incipit in secundo folio: *post hec,* et finit in penultimo: *hec est sancta trinitas,* et est in tabulis, quarum una est fracta et ammota. *[Bo. 223, Be. 122]*.

206. Item quendam libellum sive tractatum contra persecutores religionis, scriptum de subtili lictera in cartis pecudinis, qui incipit in secundo folio: *gentes. i. tollamus,* et finit in penultimo: *postquam perfectionis,* et est parvi voluminis in tabulis sine copertura cum duobus clausoriis. *[Cf. n. 123]*.

207. Item quendam libellum sive tractatum parvi voluminis de subtili lictera, qui intitulatur: *Incipit prologus super quorundam gloriosissimorum doctorum auctoritatibus, incipientibus secundum ordinem alphabeti,* et finit in penultimo folio: *de semetipso te,* et est in tabulis cohopertis de corio albo et habet unum clausorium.

208. Item parabolas Salamonis in parvo et antiquo volumine et de mala lictera, que incipiunt in secundo folio: *sapientia,* et finiunt in penultimo: *et contemptio,* et est in tabulis grossis et captivis sine copertura.

209. Item quendam libellum Augustini, Gregorii et Bernardi, ubi continentur aliqui sermones beate genitricis Marie, et est in parvo volumine de subtili lictera et habet coperturam de corio nigro.

210. Item quendam libellum Petri Aldefunsi de Proverbiis, qui incipit in secundo folio: *Enoc prophetas (?),* et finit in penultimo: *omni rectus angulo,* et est in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 229, Be. 94]*.

211. Item unum librum de vita beate Marie virginis, qui incipit in secundo folio: *festis inter eos,* et finit in penultimo: *sive ulla voluntas,* et est in tabulis cohopertis de corio rubeo fractis per medium et habet unum clausorium de octone tantum. *[Cf. n. 287, 300; Bo. 94, 96* [148]*]*.

212. Item quendam tractatum fratris Egidii [149] de ordine Augustinorum super primo sententiarum, qui incipit in secundo folio prologi: *ut sanctificemur,* et finit in penultimo: *secundum modum intelligendi,* et est scriptus de subtili lictera in cartis pecudinis et est in tabulis cohopertis de corio rubeo et habet quatuor clausoria cum quinque bullis in qualibet tabula. *[Be. 26, Io. 94* [150]*]*.

213. Item unum librum satis magnum de subtili lictera scriptum in cartis vitulinis, in quo continetur secunda pars libri [151] de laudibus beate virginis Marie, et incipit in secundo folio: *queritur, orbiculare,* et finit in penultimo:

[148] Bo. 96. Item liber de vita beate Marie virginis, qui incipit: *Ego Iacobus.*

[149] Aegidii de Columna, ord. erem. s. Aug.

[150] Io. 94. Primus liber sententiarum fratris Egidii heremitarum extimatus flor. III.

[151] Richardi a s. Laurentio ~~aut Petri Comestoris~~.

mulieres venientes, et habet coperturam de grossa carta duplicata. *[Cf. n. 214; Bo. 92, 93; Io. 95; Be. 64, 65* [152]*]*.

214. Item unum librum satis magnum de subtili lictera scriptum in cartis vitulinis, in quo continetur prima pars libri de laudibus beate Marie virginis, et incipit in secundo folio: *ad honorem et gloriam*, et finit in penultimo: *imperium angelorum*, et habet coperturam de grossa carta duplicata.

215. Item quendam libellum Ysaac, parvi voluminis, scriptum in cartis edinis, qui intitulatur in principio: *Incipit liber Ysaac*, et finit in penultimo folio: *audivit nec*, et non est illuminatus et est in tabulis cohopertis de corio albo.

f. 519b Item die sabbati XV, die mensis maii incepimus scribere:

primo (**216**) unum grossum librum [153] de miraculis beate virginis Marie secundum sermonem vulgarem spiritalium, scriptum de subtili nota in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *dum non sufficienter*, et finit in penultimo: *petentique elemosinam*, et est in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 95* [154]*, Io. 93, Be. 68]*.

217. Item primum secundum tertium et quartum libros sententiarum in uno volumine, scriptos de subtili lictera et illuminatos in cartis vitulinis, qui incipiunt in secundo folio: *si sapientia genita dicitur*, et finiunt in penultimo: *et memorasse*, et sunt in tabulis sine copertura cum duobus clausoriis.

218. Item unum librum distinctionum super psalterium, scriptum de minuta lictera in cartis pecudinis, qui incipit in secundo folio: *multorum vocatur*, et finit in penultimo: *sicut qui absconditur a*, et habet coperturam de grossa carta pecudina duplicata. *[Cf. n. 234, Bo. 79* [155]*]*.

219. Item quandam summam magistri Iohannis de Abbatisvilla super epistolas et evangelia in dominicis diebus per totum annum, scriptam de subtili lictera in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *nantur gratia*, et finit in penultimo: *quorum observari*, et est in tabulis cum copertura de panno lineo et est picta extra in marginibus ad vites et habet duo clausoria de serico guarnita de argento. *[Cf. 228, 542; Bo. 405* [156]*, Be. 207]*.

220. Item unum parvum libellum sermonum, scriptum de subtili lictera in cartis edulinis, qui incipit in secundo folto: *tur maximum*, et finit in penultimo: *passio reverentie vel*, et est in tabulis sine copertura et clausoriis.

[152] Bo. 92. Item prima pars libri de laudibus beate Virginis, cuius prohemium: *Universis Christi fidelibus*, et liber incipit: *Ave Maria*.

Bo. 93. Item secunda pars eiusdem libri, que incipit: *Celum Maria maxime quo ad animam*.

Io. 95. Una pars libri de laudibus beate Marie; item alia eiusdem, extimate III flor.

[153] Petri Venerabilis.

[154] Bo. 95. Item liber miraculorum beate Marie Virginis, qui incipit: *Ad omnipotentis dei laudem*, et sermones vulgares, in uno volumine.

Io. 93. Liber miraculorum virginis Marie, extimatus flor. II.

[155] Bo. Item liber distinctionum, qui incipit: *Sicut habetur secundo regum*.

[156] Bo. 405. Item sermones magistri Iohannis de Abbatisvilla, qui incipit: *Cum sacrosancta romana ecclesia*.

221. Item unum libellum vocatum et intitulatum in principio: *Psalterium et Cantica sunt sub theorica,* qui incipit in secundo folio: *sponsus hoc nomen derivatur,* et finit in penultimo: *petitio tua,* et habet coperturam de carta grossa pecudina.

222. Item quatuor sermones de laudibus beate Marie Virginis factos pro IIII^{or} suis festivitatibus, scriptos in uno quaterno sine copertura.

223. Item decem quaternos dissimiles, scriptos de subtili nota in cartis edinis, in quibus continentur diversi sermones, et sunt ligati simul in quadam carta duplicata scripta de grossa lictera ex utraque parte; et cum eis est unus alius quaternus maioris forme, scriptus quasi de eadem materia.

224. Item duos alios magnos sexternos de sermonibus, de subtili lictera, sine copertura et ligatura, excepto quod sunt ligati simul in rotulo cum una cordula.

225. Item unum librum satis magnum de sermonibus festivitatum totius anni, scriptum de subtili nota in cartis pecudinis, qui incipit in secundo folio: *lavabo inter nocentes,* et finit in penultimo: *exod. IIII. tu,* et habet coperturam de corio rubeo, et non sunt illuminati sermones.

226. Item unum satis grossum librum de sermonibus diversorum temporum et festivitatum, scriptum de subtili lictera, qui incipit in secundo folio: *de ornatu,* et finit in penultimo: *animam meam non tales,* et habet coperturam de pelle vitulina parum pilosa propter senectutem.

227. Item aliquos quaternos ligatos simul, in quibus continentur sermones, et incipiunt in secundo folio: *a nos hec omnia,* et finiunt in penultimo: *precum est quod de,* et sunt cohoperti de carta grossa fracta.

228. Item unum librum sermonum magistri Iohannis de Abbatisvilla de dominicis diebus totius anni, scriptum de nota subtili in cartis vitulinis, qui incipit in secundo folio: *designantur,* et finit in penultimo: *vastabat pre.,* et est cohopertus de carta grossa pecudina. *[Cf. n. 219].* f. 520*a*

229. Item unum librum ad modum distinctionum sermonum, qui incipit in secundo folio: *quandoquidem scapule,* et finit in penultimo: *hostensis eis penis,* et habet coperturam laniatam et fractam de corio et panno lineo.

230. Item unum librum sermonum et epistolarum Gofredi Vindocinensis [157] abbatis, qui incipit in secundo folio: *sicut nemo,* et finit in penultimo: *ex intimo corde,* et est in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 130* [158]*, Be. 107].*

231. Item unum librum sermonum Cancellarii Parisiensis scriptum de subtili nota in cartis pecudinis, qui incipit in secundo folio: *de hac ose.,* et finit in penultimo: *non prevaleat dominus,* et habet coperturam de corio albo sine clausoriis. *[Cf. n. 131].*

232. Item unum magnum librum magistri Petri [159] de arte predicandi, scriptum de subtili nota in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *ecce*

[157] Godefridus, abbas monasterii Ss. Trinitatis Vindocini (Vendome).

[158] Bo. 130. Item liber sermonum et epistolarum Vindocinensis abbatis, qui incipit: *Frater Gottefridus peccator.*

[159] Petri de Mora (de Capua) cardinalis.

veniet propheta magnus, et finit in penultimo: *silicet talibus, i.,* et est in tabulis sine copertura cum duobus clausoriis de corio rubeo et octone. *[Cf. n. 427, Bo. 97* [160]*, 98; Be. 23, 24].*

233. Item epistolas missivas magistri Petri Blegensis [161] Bactonensis archidyaconi, que incipiunt in secundo folio: *sti. stio, quia superbus est moribus,* et finiunt in penultimo: *apostolis nil.,* et sunt scripte de bona nota subtili in cartis edinis et habent coperturam de cartis incollatis. *[Bo. 310, Io. 115, Io. 212].*

234. Item XI quaternos distinctionum super psalterio, scriptos de subtili lictera in cartis edinis ligatis in rotulo cum una cordula,

235. Item sermones beati Antonii de ordine fratrum minorum et de communi sanctorum, qui incipiunt in secundo folio: *det ut flamma,* et finiunt in penultimo: *mostra mirabilia,* et sunt in grosso volumine de nota satis bona in cartis edinis et habent coperturam de carta grossa duplicata et inglutinata. *[104, 149; Be, 192* [162]*].*

236. Item quandam summam Cancellarii Parisiensis, parvi voluminis, scriptam de subtili nota in cartis edinis ad modum sermonum, que habet multa capitula in principio, et post dicta capitula incipit dicta summa in secundo folio: *deitas cum humana,* et finit in penultimo: *ore et qui,* et est in tabulis cohopertis de corio rubeo et supra habet aliam coperturam de panno lineo albo, et habet duo clausoria de serico guarnita de octone. *[Cf. n. 131].*

Item die lune, XVII mensis maii incepimus scribere:

primo (**237**) librum continentem duodecim testamenta patriarcharum filiorum Iacob, qui incipit in secundo folio: *Egiptii in er*[t]*ariis regum,* et finit in penultimo: *vestis XV,* et est in tabulis sine copertura cum duobus clausoriis de corio rubeo et octone. *[Bo. 24* [163]*, Be. 1].*

[160] Bo. 97. Item *[Petri de Capua]* liber in arte sermocinandi, prologus cuius incipit: *Dilectus primum et diligendus,* et dicitur *Rosa.*

Io. 115. Liber alphabeti in arte sermocinandi, extimatus flor. IIII.

Be. 23. invenerunt . . . quendam librum cum postibus de corio albo, qui intitulatur: *Alfabetum in arte sermocinandi secundum magistrum Petrum cardinalem.*

[161] Blesensis.

[162] Bo. 104. Item liber sermonum beati Antonii et communis sanctorum, qui incipit: *Quasi actus* (l. astrum) *refulgens.*

Bo. 149. Item librum sermonum, qui incipit: *In principio creavit deus.*

Be. 192. Item quendam librum sermonum beati Anthonii et omnium sanctorum, sine postibus.

Videtur hic ea sermonum collectio indicari, quae in *codice 61,* Bibliothecae publicae Tolosanae continetur, cuius pars prior sermones dominicales, altera sermones de sanctis complectitur. Vide Sbaralea, *Supplementum ad scriptores trium ordinum s. Francisci.* Romae 1806, p. 79.

[163] Bo. 24. Item testamentum XII patriarcharum, quod incipit: *Transcriptum testamenti Ruben.*

238. Item distinctiones fratris Mauritii [164], scriptas de subtili nota in cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *circa abhominationem,* et finiunt in penultimo: *cum eis,* et sunt in tabulis cohopertis de corio albo, quarum una est tota fracta per medium et habet tria clausoria de corio. *[Bo. 62* [165], *257; Io. 215, 218; Be. 1, 142].*

239. Item sermones feriales in quadragesima, scriptos de subtili nota in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio: *nus in nos,* et finiunt in penultimo: *cordisque sui,* et sunt in tabulis cohopertis de corio rubeo, quarum una est fracta et habet IIII^{or} clausoria de serico nigro.

240. Item sermones dominicales et feriales magistri Iacobi [166] cardinalis episcopi Tusculani, qui incipiunt in secundo folio: *est et Ysaias,* et finiunt in penultimo: *in cruce sub ei,* et habent coperturam de carta grossa pecudina. *[Bo. 404* [167], *Be. 18].*

241. Item sermones dominicales et festivos, de subtili nota in cartis pe- f. 520b
cudinis et parvo volumine, qui incipiunt in secundo folio: *unde hii qui non,* et finiunt in penultimo: *habet tres comites,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

242. Item quendam librum, in quo sunt concordantie extracte de biblia; in fine dicti libri et ante dictas concordantias sunt interpretationes sive expositiones verborum obscurorum de biblia ordinate secundum ordinem alfabeti; scriptum de subtili nota in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *accepit uxorem,* et finit in penultimo: *mentium,* et est in tabulis cohopertis de corio albo et habet duo clausoria non integra. *[Cf. n. 72].*

243. Item aliquos sermones festivos et dominicales in parvo volumine, scriptos in cartis edinis de nota satis subtili, qui incipiunt in secundo folio: *tas ys. XL VIIII,* et finiunt in penultimo: *debemus transire,* et habent coperturam de grossa carta pecudina.

244. Item XV quaternos parvi voluminis de subtili lictera, in quibus continentur aliqui sermones, et sunt ligati cum una cordula in rotulo.

245. Item secundam partem lecture domini Hostiensis [168] super tertio, quarto et quinto libro decretalium cum questionibus extravagantibus a tempore domini Gregorii pape VIIII usque ad quartum annum domini Nicolai pape quarti et cum illa summa, que dicitur Mandagot [169]; que lectura incipit in secundo

[164] Ord. min.; vide SALIMBENE, (*Chronicon Parmense* p. 102), qui an. 1248 in conventu Pruvinensi hoc sibi ab eo dictum refert: « Noli credere Ioachistis . . . sed adiuva me in « scribendo, quia ego volo facere bonum *opus distinctionum,* quod valde utile erit ad prae- « dicandum. » Ex eo corrigendus CHEVALIER, *Répertoire des sources historiques du moyen-âge,* col. 1591, qui eum ord. praed. dicit.

[165] Bo. 62. Item distinctiones fratris Mauritii, que incipiunt: *Circa additionem* (l. abiectionem).

[166] DE VITRIACO.

[167] Bo. 404. Item sermones dominicales magistri Iacobi cardinalis et episcopi Tusculani, qui incipiunt: *Domine in tua misericordia speravi.*

[168] HENRICUS DE SEGUSIO.

[169] GUILLELMUS DE MANDAGOTO. Cf. n. 137.

folio: *non actendentes*, et finit in penultimo folio dicte lecture: *spoliasset eundem*, que lectura est scripta de bona nota in cartis edinis in magno volumine et est in tabulis sine copertura cum duobus clausoriis captivis.

246. Item digestum novum pulcrum, scriptum in textu et glosa de pulcra lictera et bene illuminatum in cartis edinis in magno volumine, quod incipit in secundo folio in textu: *cit non aliter*, et finit in penultimo in textu: *quod quis extu,* et glose sunt signate in textu per alfabetum, et est in tabulis cohopertis de corio viridi.

247. Item sermones festivos per totum annum, scriptos de subtili nota in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio: *scriptura contra*, et finiunt in secundo: *retrorsum*, et habent coperturam de cartis grossis incollatis.

248. Item octo quaternos de diversis licteris, et in aliquibus continetur de dialetica, et in aliis continentur omelie pascatis et alie materie, et non sunt ligati et habent coperturam de bombice scriptam a parte extra.

249. Item quendam libellum parvi voluminis sermonum, scriptum de bona nota subtili in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *et reponitur,* et finit in penultimo: *dominus dabit,* et est in tabulis cohopertis de corio viridi cum duobus clausoriis.

250. Item unum formularium de licteris curie romane, scriptum de nota subtili in novem quaternis de cartis edinis, quod incipit in secundo folio: *iudex enim canonicus*, et finit in penultimo: *de quo sibi,* et habet coperturam de carta grossa pecudina. *[Cf. n. 562; Bo. 312, 313; Be. 405, 406].*

251. Item postillas super Actus Apostolorum, in parvo volumine, scriptas de subtili nota in cartis edinis, que incipiunt in secundo folio: *nos expensi,* et finiunt in penultimo: *adiuvarunt,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 88* [170]*, Be. 113].*

f. 521*a* **252.** Item sermones festivales et dominicales, scriptos de subtili nota in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio: *mathi XVIII quodcunque*, et finiunt in penultimo: *quia mors sanctorum pre,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

253. Item predicationes crucis contra Saracenos, scriptas de bona nota in cartis edinis, et incipiunt in secundo folio: *ior tertia videlicet*, et finiunt in penultimo: *ad salutem et ni.*, et sunt in tabulis cohopertis de corio rubeo cum duobus clausoriis. *[Bo. 218].*

254. Item unum quaternum de bombice sive papiro antiquo, in quo est inventarium quarundam rerum auri et argenti et paramentorum.

Item unam yconam parvam in duabus tabulis depictis, et est in una parte salvator in cruce cum figuris beate Virginis et beati Iohannis, et in alia est beati Virgo cum Filio, et est cohoperta de samito rubeo, et sunt modici valoris.

255. Item sermones domini Guillelmi [171] Parisiensis episcopi, scriptos de subtili nota in quaternis edinis dissimilibus et in aliquibus quaternis de bom-

[170] Item liber postillarum super Actibus Apostolorum, qui incipit: *Superhedificati.*
[171] De Alvernia.

bice, ligatis simul in copertura in carta pecudina, qui incipiunt in tertio folio: *in eis unde et hoc ad aures*, et finiunt in penultimo: *gemina. [Be. 208].*

256. Item excepta de opusculis beati Gregorii, que incipiunt in secundo folio: *scribens angelus,* et finiunt in penultimo: *fenestram in,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 194, Be. 105].*

257. Item unum volumen magnum, scriptum de subtili nota in cartis edinis, in quo continentur multa opuscula, primo videlicet postille super Matheum et Lucam condite a domino Uguitione [172], et quedam ethimologie, sunt etiam Proverbia Salamonis, et expositiones et distinctiones extracte ex verbis beati Gregorii; et incipit in secundo folio: *pro modulo tuo,* et finit in penultimo: *ante dominum evertit,* et est in tabulis cohopertis de corio rubeo antiquo sine clausoriis. *[Bo. 39* [173]*].*

258. Item postillas fratris Ugonis de ordine predicatorum super Matheum et Marchum, que incipiunt in secundo folio: *dicitur de terra*, et finiunt in penultimo: *quandam formam,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis et sunt de subtili nota in cartis edinis. *[Bo. 55* [174]*, Io. 58, Be. 82].*

259. Item librum postillarum [175] super Ecclesiastes, scriptum de subtili nota in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *et quem sequitur,* et finit in penultimo: *non enim sufficientes,* et est in tabulis sine copertura cum duobus clausoriis de corio rubeo. *[Cf. n. 395, Bo. 43* [176]*, Be. 28].*

260. Item unum codicem multum antiquum, in textu et in glosa et propter antiquitatem totum quasi deletum, qui incipit in tertio folio in textu: *apud quem intemerate,* et finit in penultimo: *omnibus ceteris*, et est in tabulis grossis male ligatus.

261. Item postillas super Matheum et Lucam, scriptas de subtili nota in cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *religiosis*, et finiunt in penultimo; *manifestavit,* et sunt cohoperte de carta grossa incollata. *[Bo. 47, Io. 59* [177]*, Be. 156].*

262. Item sermones dominicales et de communi sanctorum, scriptos in cartis edinis de subtili nota in parvo volumine, qui incipiunt in secundo folio: *qui nos illuminant,* et finiunt in penultimo: *nota quedam animalia,* et sunt in tabulis cohopertis de corio viridi cum uno clausorio.

263. Item unum librum Iohannis Grisostomi XXX omeliarum, scriptum de bona nota communi in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *qui sunt*

[172] Cardinalis Hugo a s. Charo ord. praed.

[173] Bo. 39. Item liber postillarum super Luca et Matheo et distinctionum et postillarum super Parabolis: *Vidi et ecce quatuor quadrige.*

[174] Bo. 55. Item liber postillarum super Matheo et Marco, qui incipit: *Quatuor sunt minima terre.*

Io. 58. Postille super Matheum et Marcum domini Hugonis, flor. II.

[175] Stephani Langton.

[176] Bo. 43. Item postille super Ecclesiast., que incipiunt: *Hoc nomen Ecclesiastes.*

[177] Bo. 47. Item postilla super Matheum et Lucam, que incipit: *Fecit deus duo magna luminaria.*

Io. 59. Postille super Matheum et Lucam, flor. I.

isti pauperes, et finit in penultimo: *est mihi,* et est in tabulis cohopertis de corio albo. *[Bo. 336, Io. 61* [178], *Be. 157].*

f. 521b Item die martis, XVIII die mensis madii incepimus scribere:

primo **(264)** epistolas canonicas fratris Guillelmi de Miletona, et Apochalipsis fratris Iohannis de Ropella, scriptas de subtili nota in cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *quod diminute*, et finiunt in penultimo: *magnam in patria,* et sunt in tabulis sine copertura et clauduntur cum corrigiis. *[Bo. 81, Io. 45* [179]*].*

265. Item postillas [180] super Ieremiam, scriptas de subtili nota in cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *refrigeret,* et finiunt in penultimo: *iudicis et lecta,* et sunt in tabulis sine copertura cum duobus clausoriis de corio rubeo. *[Bo. 28* [181], *Io. 49, Be 77].*

266. Item librum omeliarum dominicalium de adventu, scriptum de subtili nota in cartis pecudinis, qui incipit in secundo folio: *et loco in quem* et finit in penultimo: *hii qui custodiunt,* et est in tabulis sine copertura et habet duo clausoria dissimilia de corio.

267. Item unum librum satis magnum, scriptum de subtili nota in cartis pecudinis, in quo continentur lamentationes Ieremie, libri Machabeorum, Mathei et Iohannis evangelistarum, et sunt de diversis licteris; et incipit in secundo folio: *et pro nobis,* et finit in antepenultimo: *dispensationem fa,* et est in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 27, Io. 48* [182], *Be. 41].*

268. Item postillas super Iob, de subtili nota in cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *quos s,* et finiunt in penultimo: *desidera suscipit,* et sunt in tabulis sine copertura cum duobus clausoriis. *[Bo. 35, Io. 53* [183]*].*

269. Item postillas [184] super Lucam, scriptas de subtili nota in cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *sama per se dicit*, et finiunt in penultimo: *sanguinem extra portam,* et sunt in tabulis sine copertura cum duobus clausoriis de corio rubeo. *[Cf. n. 112, Bo. 52, Io. 13* [185]*].*

[178] Io. 61. Liber Iohannis Chrisostomi in XXX^ta^ omeliis, flor. I.

[179] Bo. Item Canonice fratris Guillelmi de Millicon et Apocalipsis fratris Iohannis de Rupella, que incipiunt: *Quatuor sunt minima terre.*

Io. 45. Postille super Canonicas epistolas, Apocalipsi; extimate flor. III.

[180] Hugonis a s. Charo ord. praed.

[181] Bo. 28. Item postille super Ieremiam, que incipiunt: *Apocalipsi octavo.*

[182] Bo. 27. Item postille super Trenos, Macab. et Evangelia, que incipiunt: *Hec dicit dominus.*

Io. 48. Postille super libros Trenorum, Machabeorum et IIII^or^ Evangeliorum; extimate flor. II.

[183] Bo. 35. Item postille super Iob, que incipiunt: *Legitur Osee undecimo.*

Io. 53. Postille super Iob, extimate flor. I.

[184] Hugonis a s. Charo, ord. praed.

[185] Bo. 52. Item liber postillarum super Lucam, qui incipit: *Vidi et ecce quatuor quadrige.*

Io. 13. Postilla domini Hugonis super Lucha, extimata flor. III.

270. Item postillas super Psalterium, scriptas de subtili nota in cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio integro in lictera: *de eterna sic,* et finiunt in penultimo: *inimicos confusi,* et sunt multa folia in principio corrosa et dilaniata, et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Cf. n. 276; Bo. 34, 40, 90* [186]*; Io. 55, 56].*

271. Item Cantica Canticorum glosata sive exposita, scripta de bona lictera in cartis edinis, que incipiunt post capitula in secundo folio: *bonis gratuitis,* et finiunt in penultimo: *teneas inferiorem,* et habent coperturam de corio rubeo grosso sine clausoriis. *[Cf. n. 398, Bo. 401, Be. 69?].*

272. Item postillas [187] super Ysaiam, scriptas de subtili nota in cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *idest de tractionibus emulorum,* et finiunt in penultimo: *terenis communi vo,* et habent quintum, sextum, septimum et octavum folium in parte laniatum, et de eis deficit magna pars, et habent coperturam de cartis incollatis. *[Bo. 30* [188]*, Io. 63].*

273. Item postillas super Marcum fratris Guillelmi de Miletona [189] et super Iohannem fratris Bonaventure de Bagnoregio [190], scriptas de subtili nota in cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *novitates et oppositiones,* et finiunt in penultimo: *in medium ferit,* et habent coperturam in cartis incollatis sine clausoriis. *[Bo. 49; Io. 176* [191]*?].*

274. Item quendam librum satis grossum de lictera satis subtili, quem compillavit Andreas [192] super Ysaiam, Ieremiam, Ezechielem, Osee et Amos, qui incipit in secundo folio: *superni gracia muneris,* et finit in penultimo: *propterea a deo factam,* et est in tabulis cohopertis de corio albo cum duobus clausoriis de corio rubeo. *[Bo. 26, Io. 146* [193]*, Be. 153].*

275. Item quendam librum de subtili nota et de diversis licteris scriptum in cartis edinis, in quo continentur moralitates super quatuor libris Regum, Paralipomenon et Iob, qui incipit in secundo folio: *nec aliquem tribuamus,*

[186] Bo. 34. Item *[Hugonis a s. Charo]* postille super psalterium, que incipiunt: *Egredimini.*

Bo. 40. Item *[Ioannis de Abbatisvilla]* liber postillarum et distinctionum super psalterio, qui incipit: *Exurge psalterium et cithera.*

Bo. 90. Item liber postillarum psalterii, qui incipit: *Incipit liber hymnorum.*

[187] Hugonis a s. Charo, ord. praed.

[188] Bo. 30. Item postille super Ysaiam, que incipiunt: *Habemus firmiorem.*

Io. 63. Postille super Ysaiam. flor. I.

[189] Hae postillae fugerunt diligentiam Waddingi et Sbaraleae.

[190] S. Bonaventura de Balneoregio.

[191] Bo. 49. Item liber postillarum super Marcho et Iohanne, qui incipit: *Filii Syon exultant.*

Io. 176. Iohannes et Marcus, extimati. flor. II.

[192] Canonicus regularis s. Victoris Parisiensis.

[193] Bo. 26. Item postille super Ysaiam, Ieremiam, Ezechielem, Ose et Amos, que incipiunt: *In explanando Ysaiam.*

Io. 146. Andreas super Prophetas, extimatus, flor. III.

et finit in penultimo: *amicorum suorum de mons,* et est in tabulis sine copertura et clausoriis, et quaterni sunt dissimiles. *[Bo. 48* [194]*].*

f. 522a **276.** Item postillas super Psalterium, scriptas de subtili nota in cartis edinis, que incipiunt in secundo folio*: continuum,* et finiunt in penultimo: *canticum n. i,* et sunt in tabulis cohopertis de corio rubeo laborato cum duobus antiquis clausoriis. *[Cf. n. 270].*

277. Item unum librum, in quo sunt adortationes sanctorum [195] ad profectum perfectionis monachorum, scriptum de bona nota et satis grossa in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *stodire. Et se ipsam,* et finit in penultimo: *mundissimum,* et est in tabulis cohopertis de corio viridi sine clausoriis. *[Bo. 249* [196]*].*

278. Item quendam librum, in quo continetur [197] ystoria Troiana, scriptum de nota competenti in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *hospitio triduo accepit,* et finit in penultimo: *et ducentis castris,* et habet coperturam de carta incollata. *[Bo. 325* [198]*].*

279. Item unum librum scriptum de bona nota in cartis edinis, in quo continetur tra[*n*]slatio corporis beati Stephani et vita quorundam sanctorum, qui incipit in secundo folio: *ri fortiter fluctuante,* et finit in penultimo: *procurabat ut regis,* et est cohopertus de carta grossa incollata sine clausoriis. *[Bo. 278, Be. 377].*

280. Item unum librum scriptum de bona lictera in cartis edinis, in quo continentur vita et miracula beati Francisci, qui incipit in secundo folio: *capituli concors,* et finit in penultimo: *sic et trium,* et est in tabulis cohopertis de corio viridi et habet duo clausoria. *[Bo. 280, 281].*

281. Item unum librum antiquum in parvo volumine sancti Iohannis episcopi connominati Crisostomi de reparatione lapsi, scriptum in cartis edinis de lictera competenti, qui incipit in secundo folio: *inde turpis cogitatio,* et finit in penultimo: *illa vacabat,* et est cohopertus de corio grosso nigro sine clausoriis. *[Bo. 336?, Be. 125].*

282. Item unum librum antiquum et de nota antiqua, scriptum in cartis pecudinis, in quo continentur ystorie [199] Ioseph de bello iudaico, qui incipit in secundo folio: *toria audent,* et finit in penultimo: *implicata,* et est cohopertus de carta grossa pecudina sine clausoriis, *[Be. 307].*

283. Item quendam librum parvi voluminis, scriptum de bona lictera in cartis edinis, in quo continetur vita cuiusdam sancte mulieris, qui incipit in

[194] Bo. 48. Item liber postillarum super libris Regum, Paralipomenon et Iob in uno volumine, qui incipit: *Iudex sapiens iudicabit populum suum.*

[195] Fortasse CASSIANI de vita patrum.

[196] Bo. 249. Item liber de vita patrum.

[197] GUIDONIS DE COLUMNA.

[198] Bo. 325. Item liber de historia Troiana et multis aliis terris et provinciis.

[199] FLAVII IOSEPHI.

secundo folio: *promissionis*, et finit in penultimo: *inmobiliter in*, et est in tabulis sine copertura cum uno clausorio. *[Bo. 301* [200], ~~*Be. 101?*~~*]*.

284. Item quendam librum antiquum [201], in quo continentur aliqua privilegia concessa ecclesie romane per imperatores antiquos et provinciale sive pontificale romanum, in quo continentur regna et provincie, qui incipit in tertio folio: *res quidem*, et finit in penultimo: *diffusa videntur*, et est in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Cf. n. 358, Bo. 333* [202]*]*.

285. Item cronicas [203] Sutrini episcopi, scriptas de subtili nota in cartis edinis, que incipiunt in secundo folio: *magnam posteris*, et finiunt in penultimo: *indultum sit ad*, et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 322, Io. 118* [204], *Be. 251]*.

286. Item ystoriam beati Eustatii cum lectura, et sunt picte ystorie ibi de auro et ausuro, que incipit in secundo folio: *accurrens*, et finit in penultimo: *martiris;* et cum ea sunt quaterni de bombice sive papiro, in quibus sunt compillationes Alexandrinorum [205] et est cohoperta de carta grossa pecudina, et est cum ea quidam alius quaternus de quibusdam aliis constitutionibus domini Gregorii decimi. *[Bo. 300, Be. 383* [206]*]*.

287. Item unum tractatum in parvo volumine de ortu vita et conversatione beate Marie virginis, scriptum in cartis edinis de bona lictera, qui incipit in secundo folio: *quia sciens*, et finit in penultimo: *iocundum habita*, et est cohopertus de carta grossa pecudina. *[Bo. 91* [207]*]*.

288. Item quendam librum scriptum de subtili nota et antiqua in cartis edinis, in quo continentur facta sive gesta duodecim imperatorum cesariis [208], qui incipit in secundo folio: *populi provocati*, et finit in penultimo: *regni quorum*, et est cohopertus de carta grossa pecudina. *[Bo. 328, Be. 255* [209]*]*.

289. Item unum librum de gestis magistri Iacobi [210] archidiaconi Leodiensis, scriptum de nota competenti et diversa in cartis pecudinis, qui incipit f. 522b

[200] Bo. 301. Item unus quaternus, in quo est vita cuiusdam sancte, que vocatur Gratiose Marie, et incipit: *Precepit dominus discipulis suis*.

[201] Procul dubio « *Liber Censuum* Cencii Camerarii. »

[202] Bo. 333. Item liber, qui intitulatur ex romano pontificali, in quo sunt possessiones et loca romane ecclesie subiecta et distinctio provinciarum et ordo romanus de consuetudinibus et observanciis et precipuis solemnitatibus et transcriptum privilegii Constantini et multa alia privilegia et pacta.

[203] Bonizonis.

[204] Io. 118. Cronica Sutrini episcopi, nullius extimationis.

[205] Compillatio quarundam constitutionum Alexandri IV dispositarum secundum titulos decretalium Gregorii IX.

[206] Bo. 300. Item unus quaternus, ubi est vita sancti Heustachii.

Be. 383. Item alium libellum continentem vitam beati Eustachii et quorundam sanctorum.

[207] Bo. 91. Liber de ortu beate Virginis, qui incipit: *Anna et Emeria*.

[208] Suetonii.

[209] Bo. 328. Item alius liber de gestis Iulii Cesaris et aliorum imperatorum usque ad Domicianum.

[210] De Vitriaco.

in secundo folio: *non illorum,* et finit in penultimo: *scio quod tanta,* et est in tabulis sine copertura et sine clausoriis. *[Cf. n. 119, Bo. 207, Be. 250].*

290. Item quendam librum antiquum grossum, de antiqua nota, scriptum in cartis edinis, in quo continentur prefationes Ysodori (!) et consilia antiqua, qui incipit in secundo folio: *Dei impugnatores,* et finit in penultimo: *distinctiones naturarum,* et est in tabulis grossis cohopertis de corio albo fracto, sine clausoriis. *[Bo. 386].*

291. Item romantium beati Francisci, scriptum in papiro et cohopertum de corio rubeo laborato.

292. Item unum librum de nota subtili, scriptum in cartis edinis, in quo continetur de divina essentia et de multis gestis imperatorum et terrarum ultramarinarum nec non de libris Regum, qui incipit in secundo folio post capitula: *scribi non potest,* et finit in penultimo: *ibique in pace sepultus,* et habet coperturam de corio nigro sine clausorio.

293. Item unum magnum librum et grossum, in quo continetur de contemporalitate novem regnorum et regno romanorum [211], qui dicitur una pars speculi, scriptum de communi nota in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *succedens regnavit,* et finit in penultimo: *sint equales,* et est in tabulis cohopertis de corio viridi fracto cum quatuor clausoriis de serico.

Item die mercurii, XVIIII mensis maii incepimus scribere:

primo (**294**) quendam librum, in quo continentur ystorie scolastice [212], scriptum de bona nota antiqua in cartis edinis; et in principio est liber Genesis, et incipit in secundo folio: *firmamentum in medio aquarum,* et finit in penultimo: *libertatis,* et est scriptum in principio dicti libri, quod restituatur Ecclesie Ananie, et est in tabulis cohopertis de corio albo cum duobus clausoriis, *[Bo. 59, 60; Io. 136, 207; Be. 241, 244].*

295. Item unum grossum librum de bona nota in cartis edinis, qui intitulatur in principio: *Incipit speculum naturale fratris Vincentii. Apologia totius operis,* et incipit in secundo folio: *peccator immundus,* et finit in antepenultimo: *a festo sancti,* et est bene illuminatus et rubricatus et est in tabulis cohopertis cum quatuor clausoriis. *[Bo. 169, Io. 120* [213]*, Be. 278].*

296. Item unum grossum librum de nota satis subtili, scriptum in cartis edinis, qui intitulatur in principio: *vita Plinii ex catalogo virorum illustrium Tranquilli* [214], et incipit ante capitula in secundo folio: *ille fecit quem suis,* et finit in penultimo: *omnes gemme,* et est in tabulis cohopertis de corio albo sine clausoriis. *[Io. 123* [215]*, Be. 37].*

[211] Pars speculi historialis VINCENTII BELLOVACENSIS. — Libri enim XVI, cap. 1 agit de contemporalitate novem regnorum, et primo de regno romanorum.

[212] PETRI COMESTORIS.

[213] Bo. 169. Item prima pars speculi naturalis fratris Vincentii, que incipit: *Quoniam multitudo librorum.*

Io. 120. Prima pars speculi Vincentii, estimata X flor.

[214] SUETONII.

[215] Io. 123. Liber Gaii Plinii, extimatus flor. IIII.

297. Item librum ethimologiarum sancti Ysidori, scriptum de bona lictera et grossa in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *stent vel quod legendo*, et finit in penultimo ante quedam capitula: *corrupte vulgo sal*, et est in tabulis cohopertis de corio viridi cum quatuor clausoriis. *[Cf. n. 257, 498, Bo. 173, 174; Io. 82, 125; Be. 140, 271]*.

298. Item unum librum antiquum sic intitulatum: *Decretales epistole Damasci pape ad Ieronimum presbyterum*, scriptum in cartis edinis de nota competenti, qui incipit in secundo folio: *pastorum bonum*, et finit in penultimo: *constitutus urbis Rome*, et est scriptum in fine: Iste liber est ecclesie sancti Fridiani Lucani, et habet coperturam de cartis grossis incollatis. *[Cf. 504, Be. 230, 237]*.

299. Item unum librum magnum in magno volumine, scriptum de nota competenti in cartis edinis, qui intitulatur | in prima rubrica: *Incipit breviarium ystorie catholice compillatum a Roderico* [216] *Toletane ecclesie sacerdote de opere primi diei*, et incipit in secundo folio post dictam rubricam: *te os Romani*, et finit in penultimo: *isti qui locuntur*, et habet coperturam de corio rubeo et laborato. *[Bo. 176* [217]*, Be. 270]*. f. 523*a*

300. Item unum librum scriptum de competenti nota in cartis edinis, in quo est scripta vita beate Marie Virginis, a beato Ieronimo presbytero, qui incipit in secundo folio: *cubiculum quidem*, et finit in penultimo: *purgativa quam sa*, et est in tabulis sine copertura cum uno clausorio et multe alie summe continentur ibi, silicet Anestasi (!), Gregorii, Origenes et epistole domini R*[oberti]* Lincolliensis [218]. *[Bo. 94, Be. 243* [219]*]*.

301. Item librum antiquum de antiqua nota, scriptum in cartis edinis, in quo est prefatio sancti Orosii [220] presbyteri, qui incipit in secundo folio: *scribendi animo*, et finit in penultimo: *quem illis*, et est scriptum supradictum librum: Iste liber est domini Gregorii de Genaçano [221] domini pape thesaurarii, et habet coperturam de grossa carta pecudina. *[Bo. 87* [222]*, Be. 240]*.

302. Item volumen corporis legum novum, in parte glosatum et in parte non, scriptum de bona lictera in textu et in glosa in cartis edinis, quod in-

[216] Rodericus Ximenes.

[217] Bo. 176. Item historia Toletana, que « catholica » dicitur, et incipit: *Nove legis salutare.*

[218] Roberti Grosseteste episcopi Lincolnensis.

[219] Bo. 94. Item liber de vita beate Marie Virginis, qui incipit: *Igitur beata et gloriosa*, et liber Athanasii contra Arrium, Sabellum atque Fotinum de fide catholica, qui incipit: *Cum apud Niceam urbem*, in uno volumine.

Be. 243. Item quendam alium librum in carta pecudina cum postibus intitulatum: *Vita beate Marie secundum beatum Ieronimum.*

[220] In ll. 7 historiarum.

[221] Fungebatur is tempore Bonifatii VIII (c. an. 1302) munere « thesaurarii. » Vide in Tabulario Vatic., *Archiv. Avenion.*, *Introitus et exitus camerae apost.* an. 1303, n. 5, f. 57*a* et huius voluminis p. 4, not. 7.

[222] Bo. 87. Item liber Augustini, qui incipit: *Preceptis tuis parui beatissime pater.* — Verum his verbis incipit Orosii « *praefatio ad Aurelium Augustinum.* »

cipit in secundo folio in textu: *alacri studio,* et finit in penultimo: *filiis non existen.,* et non est illuminatus et quasi in medio dicti voluminis sunt aliqui quaterni minores aliis, et est in tabulis sine copertura et clausoriis.

303. Item unum librum in magno volumine, in quo continetur totum corpus iuris civilis in textu, et est scriptus de optima pulcra et continuata lictera, subtili tamen, in cartis edinis et pulcerrime illuminatus, qui incipit in secundo folio: *Martianus. Nam et ipsum,* et finit in penultimo ante rubricas: *patriarcham et reverendissimos,* et est in tabulis cohopertis de corio rubeo cum IIII^or^ clausoriis de serico.

304. Item auctenticum et infortiatum in uno volumine cum aliquibus notis in marginibus de subtilissima lictera, scriptos in textu de lictera satis subtili in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio in textu: *certum est quia prius,* et finiunt in penultimo: *ad veterani testimonium sive,* et est in tabulis sine copertura et clausoriis.

305. Item summam domini Açconis super codicem, scriptam in cartis edinis, que incipit in secundo folio: *negotia que legum,* et finit in penultimo: *produxit intentis (?) prolixi,* et est in tabulis sine copertura cum uno clausorio.

306. Item quandam institutam cum apparatu suo, de lictera satis vili in textu et in glosa, scriptam in cartis edinis, que incipit in secundo folio in textu: *dentia maturius,* et finit in penultimo: *et fama et in,* et est in tabulis grossis sine copertura et clausoriis.

307. Item digestum novum de antiqua lictera in textu et subtili nota in glosis, scriptum in cartis edinis, quod incipit in secundo folio in textu: *et exquestorem et consulem,* et finit in penultimo: *offitii vel eadem provincia,* et non est illuminatum et est in tabulis sine copertura cum uno clausorio.

308. Item summam Açconis super codicem et Brocardica [223], scriptam de subtili nota in cartis edinis, que incipit in secundo folio: *imper[i]ator Iustinianus,* et finit in penultimo ante Brocardica: *intercedente utique (?) satis,* et est cohoperta de corio grosso viridi.

309. Item decretales pulcras, bene illuminatas, scriptas de bona lictera in textu et in glosis in cartis edinis, in quibus deficit sextus liber Bonifatii, que incipiunt in textu in secundo folio: *et Filius et Spiritus Sanctus,* et
f. 523b finiunt in | penultimo: *Bo[ne] me[morie] I[oannes] papa,* post que sunt alique constitutiones glosate domini Innocentii [224], et sunt in tabulis cohopertis de corio rubeo cum quatuor clausoriis parvis et sunt in magno volumine.

310. Item infortiatum pulcrum glosatum, scriptum de bona lictera in textu et in glosa in cartis edinis, quod incipit in textu in secundo folio: *item si proximas tonsure,* et finit in penultimo: *si amplum pupil,* et est in tabulis cohopertis de corio viridi cum quatuor clausoriis parvis.

[223] Cf. Savigny, *Geschichte des römischen Rechtes*². V, 38.
[224] Innocentii IV; cf. n. 318, 329, 335.

311. Item digestum novum pulcrum, scriptum in textu et in glosa de bona lictera et bene illuminatum in cartis edinis, quod incipit in textu in secundo folio: *nuntiare autem non utique,* et finit in penultimo: *abicio man,* et est in tabulis cohopertis de corio viridi, quarum una tabula est fracta, et habet aliqua clausoria parva.

312. Item quandam summam parvi voluminis de casibus fratris Raymundi, scriptam de subtili nota in cartis edinis, que incipit in secundo folio: *petitur cautio,* et finit in penultimo: *ecclesias preben,* et est in tabulis cohopertis de corio rubeo fracto cum duobus clausoriis. *[Cf. n. 338, 339; Bo. 385, Io. 156; Be. 47, 410].*

313. Item summam magistri Rollandini, de subtili nota, scriptam in cartis edinis, que incipit in secundo folio: *in singulis observandis,* et finit in penultimo: *exemplandis et re,* et est in tabulis sine copertura cum duobus clausoriis. *[Cf. n. 57].*

314. Item librum institutionum novum, sine apparatu, sine illuminatura et sine rubricis, scriptum de competenti lictera in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *eo differt quo,* et finit in penultimo: *in singularum rerum,* et habet coperturam de grossa carta pecudina.

Item die veneris, XXI mensis maii incepimus scribere:

primo (**315**) quasdam decretales pulcras, de bona lictera in textu et in glosa et bene illuminatas in magno volumine, scriptas in cartis edinis, que incipiunt in textu in secundo folio: *semper reparari,* et finiunt in penultimo: decretalium antiquarum [225]: *sine diminutione aliqua;* et postea sequitur sextus liber decretalium Bonifatii sine apparatu; et sunt in tabulis cohopertis de corio albo cum quatuor clausoriis de corio nigro fornitis de argento.

316. Item unum pulcrum decretum, de bona lictera in textu et in glosa, scriptum in cartis edinis et bene illuminatum et rubricatum, in magno volumine, quod incipit in secundo folio in textu: *mille leges hodie abrogate,* et finit in penultimo: *tractantur multique,* et est in tabulis cohopertis de corio nigro cum uno clausorio.

317. Item quasdam decretales antiquas, scriptas in textu et in glosa de subtili lictera in cartis edinis, in quibus deficit in principio usque ad rubricam sive titulum de offitio et potestate iudicis delegati, et incipiunt in secundo folio in textu: *nec ecclesiam vel possessionem,* et finiunt in penultimo: *iurisdictioni subiecti cum,* et deficit in fine quasi totus titulus de verborum significatione et de regulis iuris totus, et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

318. Item quasdam alias decretales, scriptas de bona lictera in textu et subtili in apparatu, bene illuminatas in cartis edinis que incipiunt in textu in secundo folio: *vester celestis perfectus est,* et finiunt in penultimo: *Constantinopolis;* et postea secuntur constitutiones Innocentiane [226], et sunt in tabulis cohopertis de corio viridi.

[225] Nimirum iussu Gregorii IX collectae et dispositae.
[226] Innocentii IV; cf. n. 309.

319. Item summam domini Aççonis super codicem, pulcram et de bona lictera et bene illuminatam, in cartis edinis scriptam, que incipit in tertio folio: *gium item sunt et alii casus,* et finit in penultimo: *C. ubere et in mul,* et est in tabulis cohopertis de corio viridi cum tribus clausoriis parvi valoris.

f. 224a **320.** Item unum pulcrum codicem, scriptum de bona lictera in textu et in glosa, et bene illuminatum, in cartis edinis, qui incipit in secundo folio in textu: *mulgatione vacuate sunt,* et finit in penultimo: *tuo et omnibus ceteris,* et est in tabulis cohopertis de corio albo sine clausoriis.

321. Item quandam institutam et tres libros codicis, in uno volumine, scriptos in textu in cartis edinis de mala lictera, et in marginibus habent quedam notabilia de subtilissima lictera et antiqua, qui incipiunt in secundo folio: *eius impenderis,* et finiunt in antepenultimo: *temporales atque di,* et sunt in tabulis sine copertura cum duobus clausoriis de corio rubeo.

322. Item librum vocatum volumen in legibus, pulcrum scriptum de bona lictera in textu et in glosa et bene illuminatum, in cartis edinis, quod incipit in secundo folio in textu: *leges appellare vis,* et finit ante quedam capitula sive rubricas in penultimo: *rebus humanis exima,* et est in tabulis cohopertis de corio viridi cum IIII^{or} clausoriis parvi valoris.

323. Item digestum vetus, antiquum et de antiqua lictera in textu et in glosa, satis bene illuminatum, in cartis edinis, quod incipit in secundo folio in textu: *nes ne populis,* et finit in penultimo in rubrica: *de divortiis et repudiis,* ℟, et est in tabulis sine copertura et clausoriis.

324. Item summam domini Aççonis super codice, scriptam de subtili nota in cartis edinis, que incipit in secundo folio: *sit homo privatus et liber,* et finit in penultimo: *ab scripti eius dicitur per scriptum,* et est in tabulis cohopertis de corio albo sine clausoriis.

325. Item psalterium glosatum, scriptum de bona lictera in textu et in glosa in cartis edinis, quod incipit in textu in secundo folio: *et erit tanquam lignum,* et finit in antepenultimo: *increpationes et in populis,* et est in tabulis sine copertura cum duobus clausoriis. *[Cf. n. 147].*

326. Item quandam summulam scriptam super aliquibus titulis corporis iuris civilis de subtili et antiqua nota in parvo volumine, in qua deficit principium et finis, que incipit in secundo folio: *de vivorum violatio,* et finit in penultimo: *magnus,* et non habet coperturam.

327. Item unum ordinarium antiquum de septem ecclesiasticis gradibus ordinandis seu faciendis, scriptum de grossa lictera in cartis edinis quod incipit in secundo folio: *us enim cuius hodie,* et finit in penultimo: *deprecantur illi,* et habet unum quaternum dissimilem in principio et habet coperturam de corio nigro.

328. Item IIII^{or} quaternos novos diurnalis, scriptos de bona lictera et grossa et illuminatos in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio: *in ea murus,* et finiunt in penultimo: *ut non exteri,* et non sunt ligati et habent coperturam de grossa carta pecudina; et sunt cum eis duo alii quaterni ma-

iores dissimiles, in quorum uno continentur alique distinctiones decretalium et in alio est sermo sancti Petri de fine mundi et die iudicii, et sunt ligati simul in rotulo cum cordula.

329. Item quasdam decretales pulcras, de bona lictera in textu et in glosa, f. 52b
in quibus deficiunt grosse lictere in principio librorum et rubricarum, scriptas in cartis edinis, que incipiunt in secundo folio in textu: *non solum autem virgines*, et finiunt in penultimo: *fuit propositum quod;* et sunt ibi post constitutiones Innocentii [227] glosate; et sunt in tabulis cohopertis de corio viridi et habent duo clausoria.

330. Item decretum pulcerrimum in magno volumine, scriptum in textu et in glosa de optima lictera, rubricatum et illuminatum bene in cartis edinis, quod incipit in textu in secundo folio: *dicens quare leges sunt facte*, et finit in penultimo: *deputantur non ad placendum,* et est in tabulis cohopertis de corio albo cum duobus clausoriis.

331. Item quasdam decretales in parvo volumine, de antiqua lictera in textu et in glosa, scriptas in cartis edinis, que incipiunt in textu in secundo folio: *set est pater qui generat,* et finit in penultimo: *declaramus quod nostre,* et sunt in tabulis sine copertura cum duobus clausoriis de corio rubeo.

332. Item summam sive apparatum domini Innocentii [228], scriptum de subtili nota in cartis edinis, que incipit in secundo folio: *tiationem vel sententiam,* et finit in penultimo: *si quis ex C. ult. Idem in,* et est in tabulis cohopertis de corio viridi rupto et fracto, et una tabula est fracta, et habet duo clausoria parvi valoris. *[Cf. n. 345, Bo. 377, Be. 336].*

333. Item sermones ad status et officia secundum varietates ecclesie generalis, scriptos de nota competenti in cartis edinis, qui incipiunt post capitula in secundo folio: *Iob VII ad licteram*, et finiunt in penultimo: *quantumcunque tale o.,* et sunt in tabulis cohopertis de corio rubeo et habent tria clausoria et sunt in parvo et grosso volumine.

334. Item quandam summam [229] magistri Iohannis Faventini, scriptam de diversis malis et subtilibus licteris in cartis edinis, que incipit in secundo folio: *genus,* et finit ante rubricas in penultimo: *si per mendatium, scilicet in,* et habet coperturam de cartis incollatis. *[Bo. 382, Io. 226, Be. 419].*

335. Item constitutiones domini Innocentii pape IIII, de bona lictera in textu et in glosa, scriptas in cartis edinis, que incipiunt in secundo folio: *dispendia litium,* et finiunt in penultimo: *episcopo reservato per,* et sunt in tabulis cohopertis de corio rubeo cum duobus clausoriis de serico rubeo. *[Cf. n. 309, Be. 341].*

336. Item legendas sive vitas sanctorum in parvo volumine, de subtili lictera scriptas in cartis edinis, que incipiunt in secundo folio: *pretereuntes,* et finiunt ante rubricas in penultimo: *in magna miraculorum,* et sunt in tabulis cohopertis de corio nigro fracto cum duobus clausoriis. *[Cf. n. 354].*

[227] Innocentii IV; cf. n. 309.

[228] Innocentius IV.

[229] Super decretum Gratiani.

337. Item quasdam decretales antiquas domini Innocentii [230] pape a magistro Petro Beneventano [231] eiusdem domini pape subdyacono et notario compillatas [232], scriptas de subtili lictera in textu et in glosa in cartis edinis, que incipiunt in textu in secundo folio: *duos ad eam,* et finiunt in penultimo: *in suum forum,* et non sunt de una lictera scripte et habent coperturam de corio rubeo sine clausoriis.

338. Item quandam summam de penitentiis magistri Raymundi de ordine predicatorum, scriptam de bona nota in cartis edinis, que incipit in secundo folio: *quia iste turpiter dedit,* et finit in penultimo: *ut liceat matri,* et est in tabulis cohopertis de corio albo sine clausoriis. *[Cf. n. 312].*

f. 525a **339.** Item quandam aliam summam de penitentiis eiusdem magistri Raymundi de ordine predicatorum, scriptam in cartis pecudinis de competenti nota, que incipit in secundo folio: *permutationem extra,* et finit in penultimo: *scientes legitimum preter,* et est in tabulis sine copertura, que clauduntur cum corrigiis. *[Cf. n. 312].*

340. Item quandam summam Bernardi episcopi Faventini [233] super decretalibus, scriptam de subtili nota in cartis pecudinis, que incipit in secundo folio: *collegium,* et finit ante capitula in penultimo: *ex rebus disiunctis al,* et est in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 384, Be 337].*

341. Item unam summam, que tractat de iure canonico, cuius nomen ignoramus, scriptam de subtili nota in cartis edinis, que incipit in secundo folio: *dit enim in XXVI particulas,* et finit in penultimo: *respondit prime,* et est in tabulis cohopertis de corio viridi antiquo et fracto.

Item die sabbati, XXII die mensis madii incepimus scribere:

primo (**342**) summam domini Hostiensis, scriptam satis de bona nota, bene illuminatam, in cartis edinis, que intitulatur in principio: *Incipit summa super titulis decretalium compillata additis in aliquibus locis quibusdam aliis rubricellis Rubrica,* et incipit in secundo folio: *de constitutionibus capitulo illo et capitulo: Ne innitaris,* et finit in antepenultimo: *qui non potest interesse non potest,* et est in tabulis cohopertis de corio rubeo laborato, et super dictum corium habet aliam coperturam de corio albo cum IIII^{or} clausoriis de serico. *[Bo. 378].*

343. Item unum digestum novum, scriptum in textu de competenti lictera et in marginibus habet aliqua notabilia de subtilissima nota in cartis edinis, et deficiunt omnes grosse lictere in rubricis, quod incipit secundo folio in textu: *in presenti numeri,* et finit in penultimo: *possidetur vel haberet,* et est in tabulis sine copertura cum duobus clausoriis de corio.

344. Item unum pulcrum codicem, scriptum de bona lictera in textu et in glosa et bene illuminatum in cartis edinis, qui incipit in textu in secundo

[230] Innocentii III.

[231] Petrus Collivacinus.

[232] Nimirum compilatio, quae secunda dicitur.

[233] Quem vulgo *Papiensem* dicunt.

folio: *Basilides et vir gloriosissimus,* et finit in antepenultimo: *et quid sit Iu,* et est in tabulis cohopertis de corio viridi cum IIII^or clausoriis.

345. Item apparatum domini Innocentii [234] super decretalibus in grosso et magno volumine, scriptum de bona nota in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *am concupiscentiam nesciebam,* et finit in penultimo: *quod aliqui sunt qui,* et est in tabulis cohopertis de corio rubeo cum quatuor clausoriis parvis de corio. *[Cf. n. 332].*

346. Item summam Gorfridi (!) [235] super titulis decretalium pulcram, scriptam de optima lictera et bene illuminatam in cartis edinis, que incipit in secundo folio: *tur facta, factorum autem,* et finit in penultimo: *de purgatione. Canon,* et est in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 379, Be. 339].*

347. Item decretales antiquas [236] sanctorum patrum Gregorii et aliorum multorum factas in diversis sinodis, in parvo volumine et de mala lictera scriptas in cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *ut qui se sentit mortifero,* et finiunt in penultimo: *si maritum accipit,* et sunt in tabulis grossis et captivis sine clausoriis. *[Be. 233].*

348. Item quoddam ordinarium de septem ecclesiasticis gradibus, scriptum de bona lictera et grossa et bene illuminatum in cartis edinis, quod incipit in secundo folio: *pars hereditatis mee,* et finit in penultimo: *in letania scilicet confor. dic. ter,* et est in tabulis cohopertis de corio fracto laborato cum duobus clausoriis et est in parvo volumine.

349. Item epistolas et evangelia totius anni, scriptas de bona lictera in f. 525b
cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *et qui exurget regere gentes,* et finiunt in penultimo: *immutabimur,* et est in tabulis cohopertis de corio albo sine clausoriis.

350. Item unum psalterium romanum cum ynnario et orationibus dominicalibus et sanctorum, scriptum de grossa lictera in cartis edinis et habet calendarium in principio, quod incipit in secundo folio: *ego dormivi et sompnum cepi,* et finit in penultimo: *eterna possideat per,* et est in tabulis cohopertis de corio rubeo fracto sine clausoriis.

351. Item quandam summam parvam, in uno quaterno, magistri Raymundi [237] de Curçon presbyteri cardinalis, scriptam de bona nota in cartis edinis, que incipit in secundo folio: *set per se ipsos,* et finit in penultimo.: *ascendat ad au,* et est cohoperta de carta pecudina scripta. *[Cf. n. 517].*

352. Item sextum librum decretalium domini Bonifatii, in nota currenti scriptum in cartis pecudinis, qui incipit in secundo folio: *probabiliter igno-*

[234] Innocentius IV.

[235] Goffredus de Trano.

[236] Putem indicari aliquam ex canonum collectionibus.

Be. 233. Item quendam alium librum in carta pecudina, in quo sunt scripte littere commendative synodi Niciensis et decretales sanctorum patrum Gregorii et aliorum multorum.

[237] Legendum procul dubio: *Roberti.* — Maioris quidem summae, quae paullo post n. 517 describitur, plures vidi in bibliothecis codices manu scriptos, illius autem parvae uno quaterno comprehensae inveni nullum.

rare, et finit in penultimo: *non procedit idem,* et habet coperturam de carta pecudina grossa et est ligatus cum quadam corigia.

353. Item quendam librum, quem credimus fuisse factum et compilatum per magistrum Guillelmum [238] de sancto Amore, qui sic intitulatur: *Collectio catholice et canonice scripture ad defensionem ecclesiastice gerarcie contra seudo predicatores et ad instructionem et preparationem simplicium fidelium Christi contra pericula imminentia ecclesie generali per ypocritas seudo predicatores et penetrantes domos et otiosos et curiosos et girovagos* [239], qui incipit in secundo folio: *debet colligere,* et finit in penultimo: *si offitii nostri salva,* et est in tabulis cohopertis de corio albo. *[Cf. n. 548; Bo. 187, 188, ~~352;~~ Io. 1, 4* [240]; *Be. 9, 159].*

354. Item legendas sanctorum in parvo volumine, de subtili nota scriptas in cartis edinis, que incipiunt in secundo folio: *unum habebam,* et finiunt in penultimo: *et se percussa,* et sunt in tabulis sine clausoriis. *[Cf. n. 336].*

355. Item librum sententiarum in parvo volumine, de subtili nota in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *quod filius etiam si datus a se ipso,* et finit in penultimo: *et illa maligna voluntas erit,* et habet coperturam de cartis.

356. Item tria cartularia sive papiros, in quibus continentur examinationes pauperum clericorum de tempore domini Bonifatii.

357. Item unum pulcrum et longum rotulum, extractum de substancia Biblie, in quo continentur septem etates mundi, et sunt ibi figure et arbores et compassus, in quibus est scriptura et pictura secundum proprietates suas. *[Be. 365* [241]*].*

358. Item XXXII quaternos magnos, scriptos de bona nota in cartis edinis, in quibus sunt registrata multa privilegia [242] et lictere regum et imperatorum de recognitione regnorum et terrarum romane ecclesie facta, et de reformatione pacis facta inter ipsos reges et imperatores et ecclesiam romanam de temporibus plurium summorum pontificum, et non sunt illuminati nec rubricati nec ligati nec habent aliquam coperturam. *[Cf. n. 284].*

359. Item unum librum, scriptum de bona nota in cartis edinis, in quo continentur omnes terre possessiones et iura totius comitatus Venaissini et feuda et omagia et redditus, qui incipit in secundo folio: *de spenta XI enim,* et finit in penultimo: *alio locali II solid. tur. Item,* et est in tabulis cohopertis de corio rubeo cum duobus clausoriis de corio rubeo. *[Bo. 334* [243]*].*

[238] In margine eadem, ut videtur, manu: *Liber aureus.*

[239] Cod. *gerovagos.*

[240] Bo. 187. Item liber collectionum catholice et canonice scripture, copertus corio albo, qui incipit: *Sapientiam antiquorum.*

Bo. 452. Item tractatus brevis de periculis novissimorum temporum.

Io. 1. Liber catholice et canonice scripture contra pericula eminentia ecclesie, copertus pelle rubea, extimatus flor. IIIIor.

[241] Be. 365. Item quendam rotulum scriptum et figuratum continentem in se Vetus Testamentum et Novum.

[242] Procul dubio « *Liber censuum.* »

[243] Bo. 334. Item liber de iuribus comitatus Venesini.

360. Item unum registrum secretarum licterarum domini Gregorii pape VIIII, scriptum de nota subtili in cartis edinis, quod incipit in secundo folio: *Ihesu Christo,* et finit in penultimo: *succursui viderimus*, et habet coperturam de carta grossa pecudina.

361. Item unum cartularium sive papirum, in quo continetur inquisitio f. 526a facta per religiosum virum Rogerium abbatem monasterii Vallonensis Fesulane diocesis super quodam facto contingente hospitale sancte Marie ad sanctum Gallum iuxta Florentiam.

362. Item unum cartularium sive papirum antiquum, in quo continentur ea, que recepit et expendit de bonis thesauri ecclesie romane custos guardarobbe domini Nicolai pape IIII.

363. Item XXIIII^or quaternos, diversos in forma et lictera et de diversis materiis, in cartis pecudinis et edinis, modici valoris; et cum eis sunt aliqui alii quaterni de papiro scripti, et sunt ligati simul cum cordula.

364. Item aliud cartularium sive papirum antiquum, in quo sunt cause sive questiones diverse et est cohopertum de corio rubeo grosso laborato.

365. Item aliud cartularium, in quo est parum de scriptura in principio et illa scriptura fuit facta primo anno domini Bonifatii, que scriptura loquitur de perfectione maioris crucis de auro [244].

366. Item quendam modicum librum et modici valoris, qui intitulatur in principio de rubro: *Dominica prima de adventu domini ad vesperas*, et habet vilem coperturam de panno lineo.

367. Item unum magnum et longum rotulum in cartis pecudinis, directum domino Bonifatio pape super quadam commissione facta Leonardo patriarche Constantinopolitano, et est ligatus cum cordula.

Item die lune, XXIIII die mensis madii incepimus scribere:

primo (**368**) LVIII quaternos tam parvos quam magnos diversarum scripturarum formarum et licterarum, simul ligatos cum cordula.

369. Item alios quadraginta duos quaternos minores aliis diversarum scripturarum formarum et licterarum, simul ligatos cum cordula.

370. Item multos alios quaternos de papiro, scriptos de diversis materiis formis et licteris, et quasi nulli (!) valoris, ligatos simul cum cordula.

371. Item quendam tractatum sive librum in sex quaternis contra Grecos, de subtili nota in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *reseos*, et finit in penultimo: *excommunicati estis*, et non sunt ligati dicti quaterni. *[Cf. n. 187, Bo. 235* [245]*].*

372. Item alium tractatum sive librum de propositionibus, de subtili nota in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *de recto modo,* et finit in penultimo: *per demonstrationem,* et habet coperturam de carta grossa. *[Be. 424* [246]*].*

[244] De « perfectione aureae crucis » agit in ultimo folio inventarium thesauri primo Bonifatii anno confectum; vide de eo paullo ante p. 8, not. 12.

[245] Bo. 235. Item tractatus contra Grecos, qui incipit: *Licet Grecorum ecclesiam.*

[246] Be. 424. Item quendam libellum parvulum vocatum *Librum de propositionibus.*

373. Item miracula beate Helisabeth de Suevia, scripta in uno quaterno.

374. Item unum quaternum distinctionum, qui incipit in secunda columpna primi folii: *contra insultantes. [Bo. 56?* [247] *].*

375. Item unum quaternum, in quo continetur, qualiter hereticus abrenuntiet heresi sue atque ecclesie catholice satisfaciat, qui incipit in secundo folio: *Deus creavit invisibilia,* et finit in penultimo: *qui non iurat,* et habet coperturam de carta grossa.

376. Item postillas [248] super Ieremiam et Eieçielem (!), in magno volumine, scriptas de subtili nota in cartis edinis, et non sunt illuminate, que incipiunt in secundo folio: *Ieremie quod dico,* et finit in penultimo: *ad mare magnum,* et habent coperturam de carta grossa incollata. *[Bo. 33* [249] *].*

. 526b **377.** Item postillas super Genesi, Exodi, Levitici, Deuteronomii, Iosue, et Iudicum, de subtili nota, que incipiunt in secundo folio: *Deo erant,* et finiunt in penultimo: *qui non est distortus,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Cf. n. 383].*

378. Item postillas super Marcum, de subtili nota in cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *et cetera,* et finiunt in antepenultimo: *tandem stellas,* et habent coperturam de carta grossa pecudina. *[Bo. 393, Io. 60* [250]; *Be. 52, 425].*

379. Item postillas domini Ugonis [251] super Cantica, Ecclesiastica (!) et librum Sapientie, scriptas de subtili nota in cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *spiritualis nititur,* et finiunt in penultimo: *set multorum data,* et deficit in principio nescitur quantum, et habet coperturam de carta grossa incollata. *[Bo. 36* [252], *Io. 193].*

380. Item postillas magistri Iohannis de Rupella super Marchum et Matheum, scriptas de subtili nota in cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *enim apicem permictit,* et finiunt in penultimo: *occurretur ut eas,* et habent coperturam de carta grossa incollata. *[Bo. 42, Io. 198* [253], *Be. 304].*

381. Item Parabolas Salamonis et Ecclesiastes domini Ugonis [254], scriptas de subtili nota in cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *non utiles,* et finiunt in penultimo: *vitiis totum ge,* et habent coperturam de carta grossa pecudina.

[247] Bo. 56. Item liber distinctionum, qui incipit: *Statutum est in sacris constitutionibus.*

[248] Hugonis a s. Charo, ord. praed.

[249] Bo. 33. Item super Ieremiam et Ezechielem, qui incipit: *Apocalipsis octavo. Vidi et audivi.*

[250] Bo. 393. Item liber postillarum super Marcum, qui incipit: *Confirmatio.*
Io. 60. Postille super Marcum, flor. I.

[251] A s. Charo, ord. praed.

[252] Bo. 36. Item postille super Cantica, Ecclesiast. et libro Sapientie, qui incipit: *Deus in gradibus.* — Io. 193... extimate flor. I.

[253] Bo. 42. Item liber postillarum super Marcum et Matheum, qui incipit: *Similitudo vultus.*
Io. 198. Postille super Marcum et Matheum, extimate flor. I.

[254] A s. Charo, ord. praed.

382. Item sermones domini Innocentii pape tertii, de subtili nota in cartis pecudinis, qui incipiunt in secundo folio: *contulit legem gratie,* et finiunt in penultimo: *hunc et hanc Deus,* et habent coperturam de carta grossa incollata. *[Cf. n. 444; Bo. 100, 109, 110*[255]*; Be. 188, 353].*

383. Item postillas [256] super libros Genesis, Exodi, Levitici, Numeri, Deuteronomii, Iosue, Iudicum et Ruth, de nota subtili in cartis edinis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *Heschinus victus postea,* et finiunt in penultimo: *fructum multum,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Cf. n. 377, Bo. 25* [257]*].*

384. Item quandam compillationem super epistolis Pauli, satis magnam, de subtili nota scriptam in cartis edinis, que incipit in secundo folio: *ex hoc est,* et finit in penultimo: *beneficus dicitur qui dat,* et est in tabulis sine copertura cum duobus clausoriis de corio rubeo. *[Cf. 399; Bo. 50, 51; Io. 192, 202* [258]*; Be. 127, 291].*

385. Item tractatum Thome [259] monaci Cisterciensis ordinis super Cantica Canticorum Salamonis, scriptum de nota subtili in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *enim et pedibus,* et finit in penultimo: *in spiritu et veritate,* et est in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 85* [260]*, Be. 282].*

386. Item quendam librum [261], qui incipit: *Ossa duodecim prophetarum,* scriptum de subtili nota in cartis pecudinis, qui incipit in secundo folio: *et r. de gentibus,* et finit in penultimo: *ipsum ple,* et est in tabulis cohopertis de corio rubeo laborato sine clausoriis. *[Bo. 31* [262]*, 32; Io. 201, 204; Be. 42].*

387. Item tractatus domini Innocentii pape tertii super septem psalmos penitentiales, qui incipit in secundo folio: *solempnitas que post,* et finit in penultimo: *meo quem posu,* et est scriptus de bona nota in cartis edinis, et est in tabulis sine copertura, que clauduntur cum corigiis. *[Bo. 80, Io. 205*[263]*, Be. 433]*

[255] Bo. 100. Item liber sermonum domini Innocentii, qui incipit: *Innocentius episcopus servus.*

Bo. 109. Item liber sermonum domini Innocentii, qui incipit: *Ecce veniet propheta magnus.*

[256] Hugonis a s. Charo, ord. praed.

[257] Bo. 25. Item postille super Genesi, Exodo, Levitico, Numer. Deuteron., Iudicum, Ruth, que incipiunt: *Principium verborum tuorum.*

[258] Bo. 50. Item liber postillarum super epistolis Pauli, qui incipit: *Sicut veteris Testamenti.*

Bo. 51. Item liber postillarum super epistolis Pauli, qui incipit: *Exter octavo dixit.*

Io. 192. Postille super Paulum, extimate flor. III. — Io. 202 idem, flor. II.

[259] De Persenia (Perseigne).

[260] Bo. 85. Item tractatus Thome super Cantica Canticorum, qui incipit: *Osculetur me osculo.*

[261] Videtur esse Stephani Langton, Archiepiscopi Cantuariensis expositio XII prophetarum.

[262] Bo. 31. Item postille super XII prophetas, qui incipit: *Ossa XII prophetarum.*

[263] Bo. 80. Item tractatus domini Innocentii super VII psalmos penitentiales, qui incipit: *Ne inter occupationes multiplices;* in quo libro est unus quaternus legum.

Io. 205. Expositio domini Innocentii super psalmos penitentiales, extimata flor. I.

f. 527a **388.** Item unum librum eiusdem domini Innocentii de miseria condictionis humane, scriptum de bona nota in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *tur concepti fetus,* et finit in penultimo: *tibi patrem cum,* et est in tabulis cohopertis de corio rubeo sine clausoriis. *[Cf. n. 394, 476; Bo. 196, 303; Be. 366, 367* [264]*].*

389. Item Leviticum in parvo volumine cum apparatu, de subtili nota et scriptum in textu totum de lictera rubea et in glosa de nigra in cartis edinis, qui incipit in textu in secundo folio: *locaustum fuerit,* et finit in penultimo: *consecratio,* et est in tabulis cohopertis de panno lineo cum uno clausorio.

390. Item sermones in parvo volumine, qui incipiunt in primo folio: *loquere domine,* scriptos de subtili nota in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio: *timor et hoc,* et finiunt in penultimo: *proponis,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

391. Item unum librum Salamonis, qui dicitur Ecclesiasticus, scriptum de competenti nota in cartis edinis, qui incipit in prima pagina: *que de libro Salamonis,* et finit in penultimo: *ubi ipse est quomodo,* et est in tabulis cohopertis de corio albo antiquo et fracto cum uno clausorio. *[Bo. 29, Be. 128].*

392. Item unum grossum librum postillarum [265] de subtili nota super libros Isaie, Ieremie et Eçetielis, scriptum in cartis pecudinis, qui incipit in secundo folio: *nomen eius ammirabilis,* et finit in penultimo: *quam memini,* et est in tabulis cohopertis de corio nigro fracto cum duobus clausoriis. *[Bo. 41* [266]*].*

393. Item unam pulcram Bibliam apostillatam sive glosatam, in uno volumine, scriptam in textu et in glosa de subtili lictera in cartis vitulinis, que incipit in textu post proemium in secundo folio: *Architenta rentinum (!),* et finit in penultimo: *verba pro,* et est in tabulis cohopertis de corio albo cum duobus clausoriis et cum quinque bullis in qualibet tabula.

394. Item unum librum domini Innocentii tertii, dum adhuc esset dyaconus cardinalis, de miseria condictionis humane, scriptum de competenti nota in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *nis lex membrorum,* et finit in penultimo: *vel sanguinem vel,* et est in tabulis cohopertis de corio rubeo laborato cum uno clausorio. *[Cf. n. 388].*

395. Item postillas super librum Ecclesiastes, de competenti nota in cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *et consummans,* et finiunt in penultimo: *Egiptii violenter,* et sunt in tabulis sine copertura, que firmantur cum corrigiis. *[Cf. n. 259].*

396. Item postillas super Apochalipsi, de subtili nota in cartis edinis in magno volumine, que incipiunt in secundo folio: *data est in figuris,* et finiunt in penultimo: *Ysa LIII de,* et habent coperturam de carta pecudina grossa.

264 Be. 367. Item quendam alium librum similiter de miseria conditionis humane et tractatum de sex ordinibus clericorum et innos glosatos et quendam alium tractatum in fine de malescachia equorum, cum postibus et pelle rubea laborata.

265 Hugonis de s. Charo, ord. praed.

266 Bo. 41. Item postillarum super Ysaia, Ieremia et Ezechiele, qui incipit: *Habemus firmiorem sermonem.*

397. Item postillas super libros Proverbiorum, Ecclesiastes, Sapientie, Canticorum et Ecclesiastici domini Ugonis [267], scriptas de subtili nota in cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *tio lex quam,* et finiunt in penultimo: *comparari item,* et sunt cohoperte de cartis grossis incollatis. *[Bo. 37* [268]. *Be. 292].*

398. Item quendam librum, in quo continetur expositio [269] super Cantica, scriptum de competenti nota in cartis pecudinis, qui incipit in secundo folio: *non sunt,* et finit in penultimo: *ortus con,* et est in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Cf. n. 271].*

399. Item postillas super epistolas Pauli in magno volumine, scriptas de subtili nota in cartis pecudinis, que incipiunt in secundo folio: *scilicet quare sic,* et finiunt in penultimo: *omnia non posse,* et habent coperturam de cartis grossis inglutinatis. *[Cf. n. 384].* f. 527*b*

400. Item sermones super evangeliis dominicalibus et interpretationes, scriptas de subtili nota in largo volumine in cartis pecudinis, qui incipiunt in secundo folio: *ad se traant,* et finiunt in penultimo: *fluens abundanter,* et habent coperturam de cartis grossis incollatis.

401. Item viginti duos sermones in uno volumine satis parvo, scriptos de bona nota in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio: *fructum suum,* et finiunt in penultimo: *ù. co. est in celis hii,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

402. Item quoddam ordinarium antiquum, non secundum consuetudinem ecclesie romane, scriptum de bona lictera in cartis pecudinis et notatum in aliquibus locis, quod incipit in secundo folio: *plices deprecamur,* et finit in penultimo: *Christi nativitatem,* et est in tabulis cohopertis de corio viridi cum duobus clausoriis et quinque bullis in qualibet tabula.

403. Item distinctiones Cancellarii Parisiensis [270] super psalterium, epistole Transmundi [271], dyalogorum Gregorii, summa de vitiis S., scriptas de diversis licteris et in diversis cartis et parvis quaternis et mangnis, inter quos est unus quaternus de bombice sive papiro; que incipiunt in secundo folio: *virem recongnovit,* et finiunt in penultimo: *pro commissum,* et habent coperturam de carta grossa et turpi. *[Bo. 396* [272]; *Be. 19, 100].*

404. Item aliquos sermones de aliquibus festivitatibus anni, antiquos, scriptos de subtili nota in cartis pecudinis, qui incipiunt in secundo folio:

[267] Hugonis a s. Charo, ord. praed.

[268] Bo. 37. Item postille super Proverbia, Ecclesiast. Sapientie, Cantica et Ecclesiastico, que incipiunt: *Dicit Ecclesiasticus.*

[269] Hugonis a s. Charo, ord. praed.

[270] Philippi de Greve.

[271] Vide de eo *Bibliothèque de l'école des cartes* (1881), tom. xlii, p. 168.

[272] Bo. 396. Item distinctiones Cancellarii Parisiensis super Psalterium. — Item *[Bartholomaei de Glanvilla]* tractatus de proprietatibus, epistole Transmundi, dyalogus Gregorii, summa de vitiis, interpretationes et sermones in uno volumine grosso, ligati in carta de corio. — Bartholomaeus docebat Parisiis c. 1250 (v. Salimbene, *Chronicon,* ed. Parmensis, p. 48), hinc corrigendus Chevalier, *Répertoire,* col. 228.

silentio unde arguuntur, et finiunt in penultimo: *et ita com,* et habent coperturam de corio ligato cum corigia.

Item die martis, XXV die mensis madii incepimus scribere:

primo (**405**) sermones dominicales totius anni scriptos de nota subtili in cartis pecudinis, qui incipiunt in secundo folio: *nobis suppletin,* et finiunt in penultimo: *utique Deus vi,* et sunt in grosso et magno volumine et habent coperturam de carta incollata.

406. Item sermones fratris Mauritii [273] in parvo volumine, de subtili nota, in cartis pecudinis, de aliquibus diebus dominicis, qui incipiunt in secundo folio: *malum impunitum,* et finiunt in penultimo: *tres amici etc.,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 154, 165* [274]*].*

407. Item sermones festivitatum in parvo volumine, de subtili nota, scriptos in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio: *plenitudo domini,* et finiunt in penultimo: *licet multa ma,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

408. Item themata multorum sanctorum et aliquos sermones, scriptos de subtili nota in cartis edinis et in parvo volumine, qui incipiunt in primo folio post themata: *Spiritus Sanctus superveniet in te*, et finiunt in penultimo: *naturam tuam,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

f. 528a **409.** Item sermones scriptos de subtili nota in cartis pecudinis, qui incipiunt in secundo folio: *tur in tenebras exteriores,* et finiunt in penultimo: *dei tui Israel gloriosa,* et habent mediam coperturam ex una parte de carta fracta et ex alia deficit.

410. Item aliquos sermones dominicales et festivos fratris Thome de Aquino pro toto anno, antiquos, in parvo volumine, de subtili nota, in cartis pecudinis, qui incipiunt in secundo folio: *prima mundi illuminatio,* et finiunt in penultimo: *iam concupiscentiam*, et habent aliquam particulam tabularum in utraque parte.

411. Item librum quorundam sermonum et quarundam allegationum, scriptum de subtili nota in cartis pecudinis, qui incipit in secundo folio: *da preoccupamus,* et finit in penultimo: *nulla alia,* et habet coperturam de cartis pecudinis grossis incollatis.

412. Item quendam librum aliquorum sermonum, scriptum de subtili nota in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *quanto cruciatur,* et finit in penultimo: *convolastis*, et habet coperturam de carta grossa incollata.

413. Item aliquos sermones dominicales, scriptos de subtili nota in cartis edinis in quatuor quaternis, qui incipiunt in secundo folio: *infirmitas illa,* et finiunt in penultimo: *scilicet super celestium,* et habent coperturam de carta grossa pecudina.

414. Item sermones dominicales et aliquorum sanctorum, scriptos de subtili nota in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio: *legitur intro-*

[273] Cf. paullo ante n. 238 notam.

[274] Bo. 154. Item liber sermonum fratris Mauricii, qui incipit: *Cum appropinquaret.* Bo. 165. Item liber sermonum fratris Mauricii, qui incipit: *Ad te levavi animam.*

ducta, et finiunt in penultimo: *similia matutina,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

415. Item sermones dominicales, scriptos de subtili nota in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio post rubricas: *mensuram arundinem,* et finiunt in penultimo: *filii mei sicut,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

416. Item librum sermonum magnum et grossum de diebus dominicis et festivis totius anni, scriptum de subtili nota in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *unde hic aspicite et levate,* et finit in penultimo: *non est numerus,* et est in tabulis sine copertura cum duobus clausoriis.

417. Item sermones Cancellarii Parisiensis [275] dominicales, scriptos de subtili nota in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio: *maior est insania,* et finiunt in penultimo: *manuum suarum,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Cf. n. 131].*

418. Item quendam librum de arte predicandi, scriptum de subtili nota in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *mergeret in infernum,* et finit in penultimo: *est mane tempus,* et habet coperturam de carta grossa pecudina. *[Bo. 403 [276]].*

419. Item concordantias episcopi Anteradensis [277] et themata predicandi, scriptas de subtili nota in cartis edinis, que incipiunt in secundo folio: *a. d. Eph[esios],* et finiunt in penultimo: *in rogationibus*, et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 205].*

420. Item sermones dominicales et de communi sanctorum, scriptos de subtili nota in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio: *digna facti recipimus*, et finiunt in penultimo: *festum,* et habent unum quaternum in principio dissimilem et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

421. Item sermones scriptos de subtili nota in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio: *unde in bono*, et finiunt in penultimo: *in loco cum*, et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

422. Item sermones dominicales, scriptos de subtili nota in cartis edinis, f. 528*b*
qui incipiunt in secundo folio: *securius possunt,* et finiunt in penultimo: *peccatum preconfessi*, et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

423. Item sermones dominicales et festivos, scriptos de subtili nota in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio: *esse melior homo,* et finiunt in penultimo: *pelli prover. XXVIII,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

424. Item librum [278] de doctrina cordis, in parvo volumine, scriptum de subtili nota in cartis edinis. qui incipit in secundo folio: *optimum est gratia*, et

[275] PHILIPPI DE GREVE.

[276] Bo. 403. Item liber artis predicandi, qui incipit: *Quisquis ad sacre scripture notitiam desiderat pervenire.*

[277] GUILLELMUS, qui HUGONEM A S. CHARO in suis concordantiis conficiendis videtur adiuvisse. Cf. QUÉTIF - ECHARD. *Scriptores ord. praed.* I, 121.

[278] GERARDI LEODIENSIS, ord. praed.

finit in penultimo: *ibi intellectum*, et est in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Cf. n. 535; Bo. 198, 216; Io. 104, 113* [279]*; Be. 72, 123].*

425. Item sermones dominicales totius anni, in magno volumine, scriptos de subtili nota in cartis pecudinis, qui incipiunt in secundo folio: *aque sicut nec dives,* et finiunt in penultimo: *alia est satis am*, et habent coperturam de carta grossa incollata.

426. Item sermones evangeliorum fratris Guillelmi [280], scriptos de subtili nota in cartis pecudinis, qui incipiunt in secundo folio: *etiam regnum est,* et finiunt in penultimo: *persecutiones malorum,* et habent coperturam de cartis grossis incollatis. *[Bo. 128* [281]*, 161; Be. 11].*

427. Item unum librum magnum et grossum de arte predicandi, secundum ordinem alfabeti, compilatum per magistrum Petrum [282] sancte romane ecclesie cardinalem, scriptum de bona nota et subtili in cartis edinis, qui incipit post proemium in secundo folio: *camino quando angelus domini,* et finit in penultimo: *cui potes an nec,* et est in tabulis cohopertis de corio albo cum quatuor parvis clausoriis. *[Cf. n. 232].*

428. Item sermones dominicales per anni circulum, scriptos de competenti nota in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio: *possidebitis animas vestras*, et finiunt in penultimo: *sacerdotibus femoralia,* et habent coperturam de grossis cartis incollatis.

429. Item summam dominicalem [283] Cancellarii Parisiensis, scriptam de subtili nota in cartis pecudinis, que incipit in tertio folio: *ra et tertia et sexta*, et finit in penultimo: *primum ad confessi*, et habet coperturam de cartis pecudinis grossis incollatis. *[Cf. n. 131].*

430. Item sermones dominicales, scriptos de subtili nota in cartis pecudinis in grosso volumine, qui incipiunt in secundo folio: *quedam accidentaliter*, et finiunt in penultimo: *anime sancte que omnibus*, et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

431. Item sermones dominicales, in parvo volumine, scriptos de subtili nota in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio: *sine intermissione,* et finiunt in penultimo: *unde,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

432. Item aliquos sermones dominicales et festivos, in parvo volumine, scriptos de subtili nota in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio: *enim*
f. 529a *nocte,* et finiunt in penultimo: *ergo dominum etc.*, et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

433. Item sermones de festivitatibus, scriptos de subtili nota in cartis pecudinis, qui incipiunt in secundo folio: *ex signo caritatis*, et finiunt in

[279] Bo. 198. Item liber de disciplina cordis, qui incipit: *Preparate corda vestra.*

Io. 104. Liber de disciplina cordis, extimatus flor. I.

Io. 113. Liber de doctrina cordis, libellus de floribus a[u]ctorum, que non fuerunt extimata, cum non essent venalia.

[280] (De Peraldo) de Lugduno, ord. praed.

[281] Bo. 128. Item liber sermonum fratris Guillelmi, qui incipit: *Dicite filie Syon.*

[282] (De Morra) de Capua.

[283] Philippi de Greve.

penultimo: *prestante d*[omino] *etc.*, et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

434. Item aliquos sermones festivitatum, scriptos de subtili nota in cartis pecudinis, qui incipiunt in secundo folio: *enim eucaristie*, et finiunt in penultimo: *circa principium dicitur*, et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

435. Item sermones dominicales, in parvo volumine, scriptos de subtili nota in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio: *incoans penitentiam*, et finiunt in penultimo: *odorem suavitatis*, et sunt in tabulis sine copertura et sine clausoriis.

436. Item sermones dominicales, scriptos de competenti nota in cartis pecudinis, qui incipiunt in secundo folio: *ritiam*, et finiunt in penultimo: *dominus a domino sicut*, et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

437. Item summam sermonum super psalterium et librum Bernardi abbatis Clarevallensis, scriptam de subtili nota in cartis pecudinis, que incipit in secundo folio: *non rapui*, et finit in penultimo: *in nobis corrumpant*, et postea subsecuntur aliqui quaterni dissimiles, et habet coperturam de cartis grossis incollatis. *[Bo. 168]*.

438. Item unum librum parvum et grossum, in quo continentur themata et distinctiones per ordinem Biblie conscripta, quorum quid quota quanta et qua pagina continetur numero et licteris cuilibet annotatur, qui incipit in secundo folio post themata: *merito nomen*, et finit in penultimo: *numero VIII dixit beatus*, et est in tabulis cohopertis de corio viridi cum duobus clausoriis. *Bo.* ~~[illegible]~~ *246*

Item die mercurii, XXVI mensis madii incepimus scribere:

primo (**439**) librum sermonum super epistolis et evangeliis, scriptum de subtili nota in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *reprobi vero*, et finit in antepenultimo: *de carne metet cor*, et habet coperturam de cartis grossis incollatis.

440. Item librum magistri Alani de arte praedicandi, scriptum de subtili nota in cartis edinis, qui incipit in secundo folio: *sevientes*, et finit in penultimo: *a seculi curis absolutus*, et habet coperturam de cartis grossis incollatis. *[Cf. n. 454; Bo. 210, 221; Be. 197, 206]*.

441. Item sermones festivos, scriptos de subtili nota in cartis edinis, qui incipiunt in secundo folio: *angeli quos ibi plantavit*, et finiunt in penultimo: *corporaliter non refu*, et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

442. Item diversa genera sermonum dominicalium, scriptorum de subtili nota in cartis pecudinis, qui incipiunt in secundo folio: *et quia continet*, et finiunt in penultimo: *exultatione dicit*, et habent coperturam de cartis grossis incollatis.

443. Item sermones dominicales et festivos per anni circulum, in magno volumine, factos per diversos predicantes, scriptos de subtili nota in cartis pecudinis, qui incipiunt in secundo folio: *erit, qui non floris odorem tantum*, et finiunt in penultimo: *advenerit introduxi*, et habent coperturam de cartis grossis incollatis.

444. Item sermones domini Innocentii in aliquibus diebus dominicis et aliquibus festis precipuis, scriptos de competenti nota in cartis pecudinis, qui incipiunt in secundo folio: *terior est miserabilis,* et finiunt in penultimo: *creditur a demo,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis.

f. 529b **445.** Item unum librum, in quo continentur Actus Apostolorum glosati, epistole Petri, Ioannis, Iude et Apochalipsis glosate, scriptum de bona lictera in textu et in glosa in cartis vitulinis, qui incipit in textu in secundo folio: *eis ab Ierosolimis,* et finit in penultimo: *foris canes et vene,* et est in tabulis sine copertura cum uno clausorio.

446. Item quatuor quaternos de magno volumine, in quibus continentur sermones feriales et communes, scriptos de subtili nota in cartis, qui incipiunt in secundo folio: *cithara de qua dicitur,* et finiunt in penultimo: *mulier que cum actione(?),* et non sunt ligati nec habent coperturam.

447. Item quasdam questiones disputatas Parisius, de subtili nota, scriptas in cartis edinis, que incipiunt in secundo folio: *et contra naturam,* et finiunt in penultimo: *provocativam causam,* et sunt in tabulis sine copertura et clausoriis. *[Bo. 241, 242* [284]; *Be. 76].*

448. Item unam Bibliam, de subtili nota scriptam in cartis edinis, que incipit in tertio folio: *tor etiam apud Ebreos,* et finit in penultimo: *dei finit et cecidi,* et est in tabulis cohopertis de corio albo cum quatuor clausoriis de serico et deficiunt ibi interpretationes.

SCRIPTA AD TABULARIUM S. SEDIS SPECTANTIA

Aegidius de Torres *testamentum*, 485.
Alexander IV *recognitatio rocharum*, 483.

Bonifatius VIII *laetitia in eius morte*, 78; - *servitia et expensae*, 130; - *examinationes clericorum*, 356; - *de cruce aurea*, 365; - *commissio Leonardo patriarchae Constantinopol. facta*, 367; - *inventarium thesauri*, 488, 630; - *Iacobus Caietani de Stefaneschis*, 52; - *de eius promotione*, 107; - *constitutiones novissimae additae Sexto* 116; - *recepta Thomae de Trevis*, 582.

Camerinensem (in) episcopum *inquisitio*, 495.
Cartularia, 360, 470.
Clemens IV *negotia Siciliae*, 115; - *processus* c. *Manfredum*, 460; - *inquisitio in episcopum Rutenensem*, 467; - *in episcopum Camerinensem*, 495.

Decimae, 67.

Epistolae, 204.

Fesulana *dioc.*, v. *Rogerius*.
Firmanum (in) episcopum *inquisitio*, 471.
Florentia *hospitale s. Mariae ad s. Gallum*, 361.

Genovefe (in s.) Parisiensis abbatem *inquisitio*, 486.

Honorius IV *inventarium thesauri*, 468.

Ioannes de Toledo *causae communes*, 474.
Insulensis *causa*, 493.
Inventaria thesauri, 254, 362, 468, 472, 488, 496, 630, Be. *coffin. L VI*, v. *huius voluminis* p. 6, not. 10.

Leonardus Constantinopolitanus patriarcha, 367.

Manfredum (c.) *processus*, 460.
Mariae (s.) *hospitale ad s. Gallum*, v. *Florentia*.
Martinus IV *inventarium thesauri*, 468, 478.

Nicolaus III *inventarium thes.*, 468,472.
Nicolaus IV *inventarium thes.*, 362, 468.

Octavianus (Ubaldinus) cardinalis *processus causarum*, 456.

Parisius, v. *s. Genovefa.*

Registrum mandatorum curiae, 473.
Rogerium (in abbatem) monasterii Vallonensis dioc. Fesulanae *inquisitio*, 361.
Rutenensem (in) episcopum *inquisitio*, 467, 479.

Siciliae *negotia*, 115; - *rochae*, 483.

Thomas de Trevis *rationes*, 582.
Triventina *dioc.*, v. *s. Vincentii monast.*

Urbanus IV *negotia Siciliae*, 115; - *causae communes*, 474; - *inquisitio in episc. Rutenen.*, 479; - *quaternus*, 494?

Venaisinus comitatus, 359.
Vincentii (in s.) monasterium in Vulturno Triventinae dioc. *inquisitio*, 99.

LIBRI GRAECI

Anatolicus? *de sphaeris*, 620.
Almagestus v. *Ptolemaeus.*
Archimenides rectius Archimedes, 608, 612.
Aristoteles *physica*, 610; - *de anima*, 618; *praedicamenta*, 615.
Arithmetica, 625.
Alexander *logica*, 628.

Dionysius Areopagita *de coelesti hierarchia*, 599.

Etymologia, 605, 606.

Liber, 600, 609, 611, 616, 623, 627, 629.

Musica (de), 621.

Papias rectius Pappus in *Euclidem*, 604.
Philoponus *in metaphysicam* 613; - *in posteriora*, 614.
Plato *Timaeus*, 598; - *Parmenides*, 597.
Privilegia et litterae, 608.
Ptolomaeus *perspectiva*, 608; - *Almagestus*, 602.

Simplicius *super coelo et mundo*, 601; - *in physicam*, 603, 622; - *in meteora*, 626.
Suidas? 605, 606.

Themistius *de anima*, 618.
Theodosius *de sphaeris*, 620.
Theon *in Almagestum*, 617, 624.

LIBRI IURIS

Autenthica, 304.

Codex, 260, 320, 321, 344.
Corpus iuris civilis, 302, 303.

Decretales, 309, 315, 317, 318, 329, 331, 637.
Decretum, 316, 330.
Digestum novum, 246, 307, 311, 343.
Digestum vetus, 323.

Infortiatum, 304, 310.
Instituta, 306, 314, 321. 640.

Sextus, 46, 134, 315. 641, 642.

Volumen, 322.

LIBRI AD CAPELLAM ET CHORUM SPECTANTES

Antiphonae *aliquae, toni et responsoria*, 584.
Antiphonarium *nocturnum*, 27, 37; - *nocturnale*, 39, 40; - v. *Graduale.*

Benedictiones *episcopales*, 42; - *mensae*, 74; - *altaris*, 75.
Breviarium, 1, 2, 3, 13, 167, 169, 510.

Conducti, prosae, motecta 34, 35.

Diurnale, 179, 328.

Epistolare, 163, 168.
Epistolae et evangelia, 349.
Evangelia anni, 8.
Evangelistale, 171.
Evangelistarium, 180.

Graduale, 29, 38, 41; - Graduale sive antiphonarium diurnum, 14.

Hymnarium, 26, 636.

Lectiones *cum evangeliis et legende sanctorum*, 165.

Missale, 7, (21), 146, 166, 173, 178, 183; - *manuale*, 175.
Motecta, 34, 35.

Orationale ad modum missalis, 4, 162, 177, 182.
Ordinarium, 10, 11, 327, 348; - *antiquum non romanum*, 402.
Ordinarium ad modum missalis, 174.
Ordinarium sive pontificale, 5, 6, (20), 32, 161, 172; - *papale*, 25.
Officia *virginum et martyrum*, 23; - *Corporis domini*, 27, 31; - *Ss. Trinitatis*, 287 not.

Prosae et sequentiae, 22; - v. *conducti*.
Psalterium, 9, 15, 113, 147, 150, 164; - *romanum*, 17, 33, 176, 350; - *romanum antiquum*, 184.

Sequentiae, 22.

Toni, 581; - v. *antiphonae*.

LIBRI SACRAE SCRIPTURAE

Biblia, 393, 448, 459; - *in duobus voluminibus*, 44; - *portatilis*, 70; - *manualis*, 149.
Biblia quaedam insignis, « glosata, interlineata, scripta in littera bona » *in* c. 14 *voluminibus*, 152-161, 12, 47, 133, 145, 148.
Genesis, 148.
Exodus, 47, 148.
Leviticus, 47, 148, 152, 389
Numeri, 152.
Deuteronomius, 152.
Paralipomenon, 153.
Esdra, 125.
Iob, 43, 268.
Psalmi, 147, 270, 276, 325, 466.
Proverbia, 43, 247.
Ecclesiastes, 43, 133.
Cantica, 43, 103, 133, 271.
Sapientiae, 43, 133.
Ecclesiasticus, 43, 391.
Isaias, 154.
Ieremias; 154, 451.
Treni, 154.
Machabaeorum, 153, 267.
Mathaeus, 261, 267.
Marcus, 12.
Lucas, 261.
Ioannes, 12, 129, 267.
Actus apost., 129, 251, 445.
Epistolae s. Pauli, 129, 145, 445.
Epistolae Canonicae, 129, 445.
Apocalypsis, 43, 88, 129, 445.

CAPUT IV.

DE CONFORMATIONE, ORIGINE, INTERITU BIBLIOTHECAE BONIFATIANAE

Qui recensionem, quam modo vulgavi, vel obiter inspexerit, ex ipso librorum numero perspiciet, bibliothecam Bonifatianam inter reliquas sui temporis principem quendam locum obtinuisse. Si enim res ex librorum indicibus [414], qui ad nos pervenerunt, aestimanda est, eam codicum copia a nulla (exceptis Cantuariensi *Ecclesiae Christi* [415] et Sorbonensi [416]) superatam esse arbitror.

Verum etsi fere omnes numero librorum vincebat, plurimis tamen antiquitate codicum erat longe inferior. Nec mirum. Illae enim in antiquissimis monasteriis et ecclesiis cathedralibus, cum his ipsis ortae, longo multorum saeculorum decursu novis in annos auctae sunt incrementis, haec ipso saeculo tertio decimo primum in *curia* est collecta. Nam nihil haec Bonifatiana bibliotheca cum antiquissimo sedis apostolicae *scrinio* habet commune. Hoc enim Ioannes Bapt. de Rossi v. cl. ea quam dixi commentatione [417] omnino confecisse videtur: bibliothecae Lateranensis patriarchii post Honorium III nullum plane vestigium apparere. Atque id quidem *de regestis*, *de tomis charticiis*, *privilegiis*, *protocollis*, quae propius ad tabularium pertinebant, certissime constat. Haec enim exeunte saeculo undecimo a Deusdedit sunt exscripta; regesta autem antiquiora ultimum ab Honorio III ineunte saeculo tertiodecimo sunt adhibita. De libris vero, qui sanctorum patrum ac theologorum scripta continebant, sive de bibliotheca Lateranensi, etiam

[414] Eos accurate recensuit G. Becker, *Catalogi bibliothecarum antiqui.* Bonnae, 1885.

[415] Complexa est 698 volumina, v. eorum indicem in Edwards, *Memoirs of libraries.* I, 122-235.

[416] In annotatiuncula ex antiquiore in indicem anni 1338 translata habetur: « *Anno Domini MoCC nonagesimo fuit istud registrum factum per socios de domo de libris in domo tunc inventis, quorum numerus mille et decem et septem.* » Vide Delisle, *Cabinet des manuscrits de la bibliothèque nationale,* III, 71. — Inventario an. 1338 confecto recensentur circiter 1720 volumina; v. Delisle l. c. II, 180. Itaque bibliotheca « *collegii pauperum scolarium studentium Parisius in theologia* » omnium, quarum indices habeamus, exeunte saeculo XIII fuit longe locupletissima.

[417] *De origine, historia, indicibus scrinii et bibliothecae sedis apostolicae* (in tom. I recensionis codicum Palatinorum latinorum bibliothecae Vaticanae), p. XCI*s.*

ante illud tempus omnis evanuerat certa memoria. Nihilominus probabili coniectura Ioan. Bapt. de Rossi statuere [418] videtur, communi interitu et archivum et bibliothecam Lateranensis patriarchii fuisse distracta, cum gens Frangipanorum, quorum ea fortasse custodiae in *turri chartularia* erant commissa, mortuo Honorio III (an. 1227) ad partes Frederici II deficeret.

Quin etiam, haec ita evenisse, suadet ipsa quoque Bonifatianae bibliothecae conformatio. Talis enim est, qualis saeculo tertio decimo brevi annorum cursu colligi poterat; ex quo certissime concluditur, eo tempore destructa antiqua Lateranensi, novam in curia bibliothecam fuisse constituendam.

Iam vero bibliothecam Bonifatianam eo, quo diximus, modo esse ortam, plura eaque certissima demonstrant argumenta. — Primum enim, in superiore recensione ne unus quidem comparet liber, qui certo ex patriarchio in Bonifatianam sit illatus. Referuntur quidem plures inscriptiones, quibus aliquorum codicum sedes priores indicantur: duo ex ecclesia s. Mariae Novae prope turrim chartulariam sitae, singuli ex basilica Lateranensi, ex Anagniensi et Lucensi s. Frediani ecclesiis, ex monasterio Casinensi provenerant, unus fuerat Gregorii de Genazano [419] thesaurarii Bonifatii VIII [420]. At de scrinio antiquo sanctae sedis ne tenue quidem vestigium.

His optime concinit, quod rari sunt in bibliotheca Bonifatiana libri superioribus saeculis exarati. Neque id mirum. Illi enim summo studio in avitis sedibus custodiebantur ac diris omnibus ii, qui eos inde removerent, devovebantur. Ac revera nullus in superiori recensione describitur codex saeculo undecimo certo antiquior, pauci saeculis undecimo et duodecimo exarati; quin imo longe maior eorum pars, ne dicam fere omnes, vertente tertio decimo saeculo erant conscripti. Hi enim soli, cum apud librarios

[418] L. c. p. XCVIII.

[419] Vide de eo paullo ante p. 4, nota 7.

[420] N. 201 « *Hic est liber sancte Marie nove.* » — N. 461 « *Liber iste est sancte Marie nove de Urbe* ». — N. 504 « *Hic liber est Later*[anensis] *ecclesie, quicunque eum abstulerit vel celaverit vel titulum illum deleverit, anatema sit.* » — N. 294 « *est scriptum in principio dicti libri, quod restituatur ecclesie Ananie.* » — N. 298 « *Iste liber est ecclesie sancti Fridiani Lucani.* » — N. 499 « *Liber fratrum Cassinensium assignatus per Berardum, canonicum basilice principis apostolorum, domino pape.* » — N. 301 « *Iste liber est domini Gregorii de Genaçano domini pape thesaurarii.* »

venales prostarent, per privatorum hominum manus et bibliothecas circumferebantur ac brevi tempore maiori copiâ poterant congeri.

Sagacissime Ioannes Bapt. de Rossi v. cl. notavit [421], regestum Ioannis VIII littera Beneventana saeculo undecimo exaratum, anno 1311 ab auctoribus illius recensionis « *multum antiquum* » habitum esse. Praeterea Codex quidam iuris civilis [422] « multum antiquus, propter antiquitatem totum quasi deletus » et in inventario anni 1295 psalterium quoddam [423] « antiquissimum » appellantur, de quorum aetate non constat. — « *Antiqui* » autem vel « *antiqua notâ* » exarata dicuntur liber « Historiae Scholasticae » Petri Comestoris [424] † 1179, alius Hugutionis [425] † 1210, Honorii Augustodunensis [426] († post 1130), « Liber Censuum [427] » regnante Coelestino III (1191-1198) conscriptus, epistola quaedam Leonis IX [428] (1048-1054), quin etiam Cartularium quoddam Innocentii IV (1241-1254) ac sermones s. Thomae de Aquino († 1274) [429]. Quare hic haud raro libri antiqui appellantur, qui crebra contractatione usuque erant detriti atque absoleti. — Deinde praeter hos libros, quorum aetas ex parte dignosci potest, triginta fere alii [430], de quibus id fieri nequit, eadem ratione « antiqui » dicuntur. — Denique nemo non videt, maiorem recensionis partem exhibere auctores, qui vertente saeculo tertio decimo fuerunt et scripserunt. In his, quae de codicum aetate dixi, Bonifatiana omnino consentit cum bibliotheca Sorbonensi [431], quippe quae simili ratione eodemque fere tempore sit collecta.

421 L. c. p. CIV.

422 N. 260.

423 Bo. 394. Item psalterium antiquum, expositum, de antiquissima littera, quod incipit: *Domine labia mea aperies.*

424 N. 294.

425 N. 96.

426 N. 562.

427 N. 284.

428 N. 185.

429 N. 474 et 410.

430 N. 32, 327, 402 ordinarium; n. 33, 169, 500 psalterium; n. 88 apocalypsis, n. 103 cantica; n. 117 de virtutibus; n. 194, 576 libellus; n. 199 excerpta de ordine romano; n. 201 liber; 202 s. Ambrosius; n. 281 s. Ioan. Chrysostomus; n. 282 Flavius Iosephus; n. 288 Suetonius; n. 298 Damasus; n. 301 Orosius; n. 307, 322, 323 digestum; n. 461 s. Augustinus; n. 470 causae; n. 492 sermones; n. 504 s. Hieronymus; n. 507 Clemens; n. 554, 580 logica vetus; n. 562 formularium.

431 Vide L. DELISLE, *Inventaire des manuscrits de la Sorbonne, conservés à la bibliothèque imperiale* (nationale) *sous les numéros 15176-16718 du fonds latin*, Paris, 1870. (Extrait de la *Bibliothèque de l'école des chartes*, tom. XXXI).

Quin etiam in hoc conveniunt, quod utraque ex omnibus fere disciplinis aliquos continebat auctores. Quod ut apertius pateat, brevi compendio libros secundum singulas disciplinas disponam.

De sacra scriptura bibliotheca Bonifatiana praeter plures biblias alias « portatiles, » alias « manuales » exhibebat unam insignem « glosatam, » « interlineatam » de « bona vel optima nota » circiter quatuordecim voluminibus conclusam; praeterea plurima exemplaria singulorum librorum. — Ex commentatoribus inprimis nominandus Hugo a s. Charo, cuius fere omnia volumina recensentur; praeterea Andreas monachus, Guilelmus de Melitona, Ioannes de Rupella, Stephanus Langton, Petrus Alphonsi, Raynaldus de Piperno, Thomas Cisterciensis.

Ex sanctis patribus aliisque auctoribus ecclesiasticis occurrunt: Ambrosius, Athanasius, Augustinus, Beda, Bernardus, Boetius, Clemens, Damasus, Dionysius Areop., Godefredus Vindocinensis, Gregorius M., Hieronymus, Hildebertus Cenomanensis, Hugo a s. Victore, Innocentius III, Ioan. Chrysostomus, Isidorus, Origenes, Orosius, Petrus Blesensis, Petrus Chrysologus.

Ex « summistis » et « sententiariis: » Aegidius de Columna, Alexander de Hales, Bonaventura, Godefredus Pictaviensis, Guilelmus de Alvernia, Guilelmus Autisiodorensis, Praepositinus Cremonensis, Robertus Courson, Rolandus Cremonensis, Thomas de Aquino.

De moribus et sacramentis tractant Cassianus, Alanus de Insulis, Albertanus, Hugo de Folieto, Gerardus Leodiensis, Galvanus de Levanto, Gilbertus de Tornaco, s. Hildegardis, Honorius Augustodunensis, Ioannes Belet, Petrus Remensis.

De iure canonico et civili disputant: Aegidius de Fuscariis, Azo, Bartholomaeus Brixiensis, Benedictus de Aligniaco, Bernardus Compostellanus, Bernardus de Botone, Bernardus Papiensis, Bonaguida Aretinus, (Brocardica), Dinus, Goffredus de Trano, Guilelmus Durandus, Guilelmus Mandagot, Henricus de Segusia (Ostiensis), Ioannes de Deo, Ioannes Faventinus, Ioannes Gallensis, Ioannes Monachi, Nepos de Montealbano, Tancredus, Raymundus de Penaforte. — Praeterea plurima enumerantur exemplaria singularum partium corporis iuris canonici et civilis, atque imprimis praeter decretales « antiquas » Gregorii IX plures ex aliis collectionibus, quae hanc vel praecesserant ut illa Petri Beneventani vel eam sequebantur, inter quas commemoro illas Innocentii IV, Alexandri IV, Gregorii X.

Ex philosophis recensentur: Avicenna, Aristoteles, Alfarabius, Bartholomaeus de Glanvilla, Guilelmus de Conchis, Robertus Kilwardby.

De historia agunt: (Bonifatius Veronensis), Bonizo Sutrinus, Einhardus, Galfridus Monmutensis, Giraldus Cambrensis, Guido de Columna, Iacobus Caietani de Stefaneschis, Iacobus de Vitriaco, Martinus Polonus, Rodericus Ximenes, Vincentius Bellovacensis. — Vitae sanctorum Eduardi, Ademari, Elisabethae, Eustachii, Francisci, Ludovici regis, Georgii mart., Ioannis Calybitae,

Lamberti, Mariae Oigniacensis, Nicolai, Raymundi abbatis, Stephani, Thomae Becket.

Ex scriptoribus latinis et graecis enumerantur: Cicero, Flavius Iosephus, Lucanus, Macrobius, Ovidius, Palladius, Papias, Plinius, Seneca, Suetonius, Virgilius.

« Artem praedicandi » docent: Alanus de Insulis, s. Antonius Patav., Philippus de Greve, Mauritius, Galfridus de Baro, Guilelmus de Peraldo , Ioannes, de Abbatisvilla, Nicolaus Biard, Petrus de Capua. — Accedunt sermonum plus quam sexaginta volumina.

Ad haereticos et controversias ecclesiasticas spectant: Alanus de Insulis, s. Bonaventura, Cantuariensis, Guilelmus de s. Amore, Henricus de Gandavo, Martinus de Atheca, Odo.

Ex medicis recensetur: Avicenna, Constantinus Africanus, Ioannitius, Maurus Salernitanus.

Ex « dictatoribus: » Bencevene de Spoleto, Bonaiutus de Casentino, Guido Faba, Laurentius de Aquileia, Rolandinus Passageerius, Transmundus.

De rebus « ad curiam » spectantibus tractant: Aegidius de Columna, Albinus, Benedictus presbyter, Cencius Camerarius, Galvanus de Levanto, Ioannes Burgundus, Nicolaus Mangiacoze.

Ex « grammaticis » occurrunt: Ioannes Balbi, Donatus, Hugutio, Ebrardus de Bethune.

Quin ne « romantia » quidem desiderabantur; recensentur enim illa Arturis regis, s. Francisci; ex tribus aliis unum « in provençali, » alterum « in gallico, » tertium « *in romançio gallico cum copertura de serico, facta ad modum repertorii acus.* »

Specialem mentionem exigunt triginta tres codices graeci, qui primam bibliothecam graecam constituebant, cuius ex medio aevo memoria ad nos pervenerit. Quin imo maiori codicum graecorum numero, antequam saeculo quinto decimo litterarum graecarum studium refloruit, nulla, quod sciam, ne Avenionensis quidem romanorum pontificum, fuit instructa [432]. Id nemo mirabitur, qui non ignoret, quam frequens saeculo tertio decimo inter curiam romanam et imperatores Constantinopolitanos intercesserit commercium. Ut taceam legatos, qui frequentes maxime ex fratribus minoribus et praedicatoribus pro unienda ecclesia orientali cum romana Constantinopolim sunt transmissi, nec fratres commemorem eorum, quos dixi, ordinum, qui linguae graecae peritissimi ex conventibus in illis partibus constitutis curiam adibant [433]: unum nominabo Guilelmum de Moerbeka, archiepiscopum Co-

[432] Vide Müntz - Fabre, *La bibliothèque du Vatican au XV siècle*, p. III s.
[433] Vide Salimbene, *Chronicon ed. Parmensis*, pp. 148, 149, 380.

rinthiensem, qui annis 1277-1281 plures libros Graecos, alios Viterbii in ipsa curia, alios Corinthi latine reddidit [434].

Restat ut pauca de librorum facie et cultu adiungam, idque eo magis, quod nulla nobis suppetat recensio codicum manu scriptorum antiquior, quae hac nostra in externo eorum habitu describendo sit accuratior atque diffusior; quare ea haud parum valet ad rem librariam illius temporis illustrandam.

Ut a materia librorum initium sumam, constabant *pellibus* sive *cartis edulinis* vel *edinis, pecudinis, vitulinis*, multo rarius *bombice* sive *bombacio* vel *papiro* (254, 403, 143, 78, 99), nonnunquam *cartis bombacinis et pecudinis* inter se mixtis (143).

Erant autem scripti de licterâ sive notâ — hae enim voces omnino promiscue adhibentur — *bona* (51), *optima* (47), *competenti* (178, 333), *de bona nota communi* (263),*de satis vili* (306), *de mala lictera* (321); — *de lictera grossa* (8), *subtili* (13, 195), *minuta* (91, 126), *subtilissima* (149), *de nota bona et grossa* (2), *de grossa et pulcra* (3), *de bona et subtili* (70), *de subtili nota currenti* (559), quam nunc *cursivam* dicunt, *de minuta et mala lictera* (150); — *de antiqua licterâ* (331), *de antiqua lictera et subtili* (199), *de antiqua et prava lictera* (194); — *de nota competenti et diversa* (289), id est ab aliis et aliis librariis scripti, *de subtili nota et de diversis licteris* (275), *de optima pulcra et continnata lictera subtili tamen* (303), *de antiqua lictera cum ditongis* sive *de lictera Beneventana* (499, Bo. 355). Haud pauci ex libris sacrae scripturae et iuris canonici atque civilis erant *glosati et interlineati* (88).

Scriptis quaternis sive cartapellis (68) agebatur de eis illuminandis et rubricandis. Dicuntur igitur alii quidem libri *bene illuminati et rubricati* (295) alii vero *nec illuminati nec rubricati* (97), in aliis *ex parte deficiebant rubrice* (73); praeterea alii erant *pulcre* (146), *bene* (348), alii *communiter illuminati* (8, 145), alii *pulcherrime illuminati in grossis et parvis licteris* (1), idque *de auro et ausuro* (93, 164); alii denique ornabantur picturis, ut liber Galvani de Levanto, in quo erant *figure pape et cardinalium in principio coronantium imperatorem.* Quod maxime obtingebat libris ad usum *chori* deputatis, ex quibus commemoro psalterium *cum annuntiatione beate Virginis et nativitate Christi etc. usque ad spoliationem inferni depictis pulcerrime de auro et aliis coloribus* (164), deinde *ystoriam beati Eustachii cum lectura*, in qua erant *picte ystorie de auro et ausuro* (286).

Praeterea ii, quos modo dixi, libri *chorales* notabantur *cum suis cifris interius* (593) alii *notâ quadra* (Bo. 267, 287) sive *quadrata* (Bo. 276,

[434] QUÉTIF-ECHARD, *Scriptores ord. praed.*, I, 390 et JOURDAIN, *Recherches critiques sur l'âge et l'origine des traductions latines d'Aristote*[2], chap. II, § 4.

277, 419), *notâ romana* (13, 28, 40), *cum notis romanis in parte* (22), *notâ gallica* (31), alii erant *notati ad modum organi cum multis lineis et notis* (34, cf. Bo. 277); ex libris notatis notâ romana alii erant *notati notâ romana cum quatuor lineis rubeis* (39), *alii notâ romana ad unam lineam rubeam* (40) [435].

A librariis, rubricatoribus, illuminatoribus transmittebantur quaterni ligatoribus in libros compingendi. Ab eis cooperiebantur *de corio* (2), *de samito* (4, 6), *de pelle et alia coperturâ supra de samito* (1), — *coperturâ de pergameno* (65), *de grossa pelle pecudina* (20), *de corio laborato* (29, 386), *coperturâ de grossa pelle duplicata* (89), *de pelle vituli pillosa* (80, 85), *de pelle vituli parum pillosa propter senectutem* (226), *de carta grossa* (76, 122), *de grossis cartis* (442), *de grossa carta duplicata*

[435] Inde a saeculo duodecimo maxime duo modi *notandi* libros *chorales* in more fuisse videntur. Alii enim pergebant in usu neumarum, iam a pluribus saeculis constituto; alii vero subtiliora signa neumarum, quo facilius a cantoribus conspicerentur, in notas quadratas (quadras, quadriquartas) paullatim converterunt. Vide de hac re Coussemaker, *Histoire de l'harmonie au moyen âge.* Paris 1852, p. 184*s* et planche XXXVIII, n. 1; Riemann H. *Studien zur Geschichte der Notenschrift.* Leipzig 1878, pp. 164*s* 167; David E et Lussy M., *Histoire de la notation musicale depuis ses origines.* Paris 1882, p. 97; Ducange, *Glossarium ad scriptores mediae et infimae latinitatis*, voce « *nota.* »

Quid saeculo quartodecimo ineunte nomine notae romanae et gallicae significaretur, nemo hucusque docuisse videtur. Quare iuvat hic observare: primum in recensione anni 1295 duo distingui notarum genera: *quadratas* et *romanas*, in Perusina vero recensione notae *romanae* opponi *gallicam*. Hinc fortasse opinari licet, in hac recensione notam *gallicam* dici eam, quae anno 1295 dicebatur *quadrata.* Id ex eo comprobari videtur, quod liber nota *gallica* notatus (n. 31) contineat officium corporis Christi ab Urbano IV institutum, quo tempore iam plurimum vigebant notae quadratae. Quare notae *romanae* aut alia quaedam species notae quadratae aut quasi quaedam neumarum reliquiae fuisse videntur, maxime cum in recensione anni 1295, n. 260 antiphonarium antiquum notatum notâ romana dicitur. — Non ignoro saeculo nono neumas notas *romanas* ab aliis, ab aliis *franciscas* appellatas esse (vide Ducange l. c.), verum haec testimonia antiquiora sunt, quam ut ad rem nostram possint referri.

Praeterea moneo, saeculo quarto decimo duo fuisse in usu genera notarum, quas mensurales dicunt; unum notarum choralium, quas a Francone de Colonia franconicas quoque appellant; alterum notarum fracturalium (Fracturnoten) sive gothicarum, quem notandi modum Germani dicunt: Hufeisen- oder Nagelschrift; vide Naumann, *Illustrirte Musikgeschichte. Entwickung der Tonkunst aus den frühsten Anfängen bis auf die Gegenwart.* Berlin. pp. 191, 208; Bellermann *Der Contrapunct*[3]. Berlin 1887, p. 57; Iacobsthal, *Die Mensuralnotenschrift des 12 und 13 Ihs.* Berlin 1871.

Denique docent auctores Gallici (David-Lussy l. c. p. 110 et Clement F. *Histoire de la musique.* Paris 1885, p. 280), vertente saeculo quarto decimo (ineunte, David-Lussy l. c.; exeunte, Clement l. c.) in Gallia et Belgio praeter notas quadratas nigras sive plenas in usum venisse alias notas quadratas albas sive vacuas, quas franco-belgicas appellandas censent.

De libris notatis *ad modum organi cum multis lineis et notis* vide Coussemaker l. c. p. 225 et planche XXIV. — Notas sive neumas *ad unam lineam rubeam* vide in Riemann l. c. tab. VII et Coussemaker l. c. p. 164, *ad quatuor lineas rubeas* vide Riemann l. c. tab. IX, n. 2. Ceterum quid de his nominibus sit certo statuendum, earum rerum studiosis ac peritis relinquo discutiendum.

(214, 218), *de carta grossa duplicata et inglutinata* (235), *de cartis incollatis* (233), *de grossa carta pecudina* (21), — alii *coperturâ de grosso corio nigro ad modum tabularum* (42), vel *coperturâ de pelle vitulina pillosa sine tabulis* (63). — Praeterea plerumque libri, quo minus crebro usu contererentur, contegebantur tabulis ligneis, idque ita ut alii tabulas haberent *sine copertura* (10), alii vero *coperturam super tabulis ligneis de corio rubeo* (28), alii essent contecti *tabulis cum copertura de panno lineo* (219), aliis *tabulis cohopertis de tovalia de panno lineo albo* (32), alii *tabulis grossis et captivis* (italice *cattive*) *sine copertura* (208), alii *tabulis cohopertis de corio rubeo extra et intus de panno indico* (459), *tabulis cohopertis de panno tartarico laborato ad compassus rotundos* (599*s*.), — Quin etiam ut ipsis provideretur tabulis, eae erant *bullatae* (506); aliae nimirum ex tabulis *multis bullis desuper* (41) muniebantur iisque *grossis et parvis* (38), plerumque vero erant *quinque bullae in qualibet tabula* (93, 213); recensetur denique liber *cum multis bullis grossis de argento* (44).

Verum nec sic satis libris prospectum videbatur; quare ne pulvere codices tabescerent neve turbate in armariis iacerent, clausoriis aliove modo erant claudendi, ita ut firmiter in se consistentes ordinate disponi possent. *Ligabantur* igitur sive *firmabantur* coperturae vel tabulae ligneae, quibus codices erant contecti, *cum corrigia* (487, 573) vel *cum corrigiis* (339, 387), *cum uno butone* (454, 468), uno tantum *clausorio de çagana viridi* (64), alii *cum duobus clausoriis captivis* (62, 69), vel *satis vilibus* (82); alii ex codicibus habebant *clausoria minima de corio* (12, 46), *clausoria de serico et octone* (165, 167), *clausoria de serico fornita de octone* (180), *clausoria de serico guarnita de octone sive ere* (11, 45, 53, 59*s*.), *clausoria quinque* vel *septem de serico guarnita* sive *fornita de argento* (5, 15, 599, 603), vel *de argento deaurato* (52, 173); recensentur etiam codices instructi *duobus clausoriis de argento* (70), *clausoriis de texuto serico cum membris de argento* (1), *clausoriis de argento, in quibus erant arma Bonifatiana* (2), *duobus clausoriis de serico viridi guarnitis de argento laborato ad nigellum* (146).

Ornabantur denique aliquoties etiam foliorum margines; recensetur enim *summa* quaedam *picta extra in marginibus ad vites* (219), et quoddam *missale depictum in circuitu ad lilia et castra de auro* (146).

De origine bibliothecae Bonifatianae tractaturus hoc imprimis moneo, me eam non ideo Bonifatianam appellasse, quod putarem eam cardinalis Benedicti Caetani pontificatum ineuntis fuisse propriam, neque ex eo quod eius potissimum industria in pontificatu esset collecta, sed ob id solum, quod eius demum principatus limine primum comparuisset atque ita esset descripta, ut accuratior eius notio ad nos perveniret. — Hoc vero extra controversiam positum esse putem, eam librorum collectionem

cum reliquo thesauro a prioribus pontificibus in Bonifatium transiisse. A quo vero potissimum pontifice sit constituta ex certis indiciis non constat; nihilominus quae paullo ante de interitu antiqui scrinii sanctae sedis diximus, suadere videntur, eam inde ab Innocentio III, cuius plurima in ea exemplaria recensentur, ab exiguis initiis parvis sed continuis incrementis ad eam crevisse molem, quam regnante Bonifatio VIII conspicimus. Id enim etiam inde a Bonifatio usque ad mortem Benedicti XI ita contigisse, facile ex indicibus Romano et Perusino inter se collatis elucet.

Qua vero potissimum ratione ea incrementa ceperit, probabili coniectura ex iis statuere possumus, quae paullo post de bibliotheca Avenionensi dicemus [436]. Itaque non omnes libros uno eodemque modo in curiam illatos esse arbitror, sed alios alio. Haud parvam eorum partem ex bibliotheca privata unius vel plurium romanorum pontificum existimo esse derivatam, aliam ex libris constitutam, qui cum praelatorum essent in curia defunctorum, « *iure spolii* » camerae apostolicae addicebantur [437]. Alii libri a suis

[436] Vide in altera huius voluminis parte cap. I, § 2.

[437] Huc fortasse referendum « inventarium rerum cardinalis Gottifredi de Alatrio, an. 1287 confectum » in TABULARIO VATIC., *Archiv. Avenion.*, *Inventaria*, n. 469*a* et in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, (1885) tom. V, pp. 383*s*, 391*s*. — Praeterea huc spectat epistola quaedam Bonifatii VIII ex *Regesto Vatic. (n. 49) an. 4, 5, 6, f. 366*b, *epist. 476 (de curia 58)*, quam hic adiungam:

« *Bonifatius etc. dilectis filiis Gerardo Hugonis, Iohannis Grandonis et Tutio Cocto* « *de Florentia ac ceteris aliis sociis de societate Spinorum nostre camere mercatoribus* « *salutem etc.* — Dudum ad notitiam nostram fide digna relatione perducto, quod quondam « Loffridus dictus Monachus olim prepositus Bariolensis ecclesie, ad romanam ecclesiam « nullo mediante pertinentis, Foroiuliensis diocesis, in partibus illis decesserat intestatus, « quodque pecunia, libri, iocalia et alia bona eius, que ad ipsum pertinebant et ab eo pos- « sidebantur tempore mortis sue a nonnullis de illis partibus occupata erant seu etiam « arestata, venerabili fratri nostro archiepiscopo Aquensi petendi, exigendi et recipiendi « per se vel per alium seu alios nostro et ecclesie romane nomine pecuniam, libros, io- « calia et alia bona predicta concessimus; » *quae bona ab usurpatoribus recuperata cum archiepiscopus mercatoribus curiae atque hi camerae ecclesiae romanae tradidissent pontifex mercatoribus* « plenariam facit quietationem ac refutationem. » Datum Lateran. X kal. decembris an. 6º (22 m. novemb. 1300). — *Inter bona hac ratione in cameram illata praeter insignes pecuniarum summas atque alia iocalia recenset Pontifex:*

« Summam Gaufredi in iure canonico, que incipit in quaterno et capitulo ul- « timo (!) et in ultimo: *unde*.

« Item volumen completum in iure civili, quod incipit in secundo quaterno: « *radicis*, et incipit in penultimo: *quibus modis*.

« Item codicem cum apparatu ordinario, qui incipit in secundo quaterno: *retinere*, « et incipit in penultima petia eiusdem: *annona*.

« Item Roffredum in utroque iure, qui incipit in secundo quaterno: *michi*, et in- « cipit in ultima petia: *pactum*.

auctoribus summis pontificibus sunt oblati, alii ab aliis eisdem dono dati vel haereditate transmissi, alii denique singulari studio ab eis conquisiti ac proprio aere coempti. — Quare, cum ex omnibus fere disciplinis aliqui auctores essent in bibliotheca, eorum tamen plerique non certo consilio erant ex toto numero selecti, sed potius iis, quos dixi modis, quasi casu congesti.

Praeterea in hac librorum collectione diiudicanda id quoque est prae oculis habendum, eam non usibus alicuius collegii virorum doctorum, sibi tantum et litterarum studiis vacantium, nec necessitatibus totius curiae esse destinatam, sed pontificis tantum ac paucorum familiarium cum eo in palatio conviventium. Sane bibliothecam pontificiam quasi publicam habitam esse ex eaque *curialibus* aliisque viris doctis in curia commorantibus commodari coeptum, ante Petrum de Luna [438] (Benedictum XIII) nulla demonstrant certa argumenta. Ex cardinalibus enim aliisque praelatis sua quisque instructus erat bibliotheca. — Si igitur proprium bibliothecae Bonifatianae usum spectaverimus, eam copiosam potius quam tenuem dicemus.

Restat ut de interitu huius bibliothecae agam. Vix quidquam de ea post annum 1339, quo in sacristia superiori ecclesiae s. Francisci Assisii est ultimo recensita, adnotatum inveni. Quod ultimum mihi evolventi libros « *introitus et exitus* » ducatus Spoletani occurrit, eo spectat, quod an. 1345 tectum eius, quam dixi, sacristiae est reconcinnatum [439]. Verum quidem est, Pium IV, cum an. 1565 de archivo generali ecclesiae constituendo ageret, imperasse, ut « *scripta originalia ex civitatibus Avenionis, Bononiae, Perusii, Assisii, Beneventi, Anagniae, Viterbii, Ravennae, Maceratae et quibusve aliis ad Urbem* » deferrentur [440].

« Item quoddam volumen de diversis lecturis, quod incipit in secundo: *ex refectione*, et incipit in penultima linea: *solutio*.

« Item quandam aliam lecturam supro libro codicis, que incipit: *habeat* « *unusquisque*, et incipit in penultimo folio: *precilia* (l. pre alia) *ratione*.

« Item casus Bernardi super decretalibus, qui incipiunt in primo quaterno: « *Rex pacificus*, et incipiunt in ultima carta: *fiat*.

« Item librum sententiarum, qui incipit in secundo quaterno: *esse deum*, « et incipit in ultimo folio: *disserandum* (!) »

438 Vide in altera huius voluminis parte art. II.

439 In Tabulario Vaticano, *Archiv. Avenion.*, *Introitus et exitus ducatus Spoletani* (1345-1350) n. 224, f. 63*b* et Denifle - Ehrle, *Archiv*, I, 304.

440 *Regestum Clementis V, curâ monach. ord. s. Bened. vulgatum.* I, p. 41.

At cum hoc loco tot aliae recenseantur urbes, in quas nihil unquam bibliothecae Bonifatianae sit dilapsum, dubito num Assisium ex eo nominetur, quod Pontifex etiam tunc aliquam illius bibliothecae olim in conventu s. Francisci asservatae memoriam habuerit.

In tanta indiciorum penuria Bonifatianae bibliothecae reliquiae in tribus potissimum locis mihi visae sunt inquirendae, imprimis Assisii, deinde in indicibus bibliothecae Avenionensis, denique in Vaticana.

Quare cum recensionem Perusinam nactus essem, qua sola ex secundorum foliorum initiis et penultimorum extremis verbis, quae bibliothecae Bonifatianae fuissent, certo cognosci poterant, denuo Assisium accessi. Iam si quid ibi ex illa collectione haeserat, id procul dubio in conventu s. Francisci, in quo thesaurus fuerat depositus, atque imprimis in ipsa fratrum bibliotheca erat requirendum; quamquam haec in extrema fere conventus parte, Bonifatiana vero toto fere conventu ab illa seiuncta apud ecclesiam in camera interiori sacristiae superioris asservabatur. — In bibliotheca coenobii autem libri, si qui in eam vertente saeculo decimo quarto vel decimo quinto ex Bonifatiana erant illapsi, facili operâ etiam nunc videbantur posse agnosci. Ex codicibus enim per fratres ab ipsis ordinis primordiis tot saeculorum cursu summo studio conquisitis ac diligenti cura custoditis etiam hac nostra aetate post multiplices iacturas fere septingenti, praetermissis saeculo decimo quinto posterioribus, asservantur. Praeterea praesto est eiusdem bibliothecae fratrum accurata recensio anno 1381 confecta [441]. Denique id mihi eo facilius videbar posse praestare, quod paucis abhinc annis hos codices, cum eos prius turbate asservatos cum Laeto Alessandri v. cl. eius bibliothecae praefecto ordinatius disponerem ac breviter recenserem, ad unum omnes evolvissem.

Itaque imprimis ex Perusina recensione bibliothecae Bonifatianae et ex bibliotheca Assisiensi eos selegi codices, qui cum rariores essent atque in utraque bibliotheca invenirentur, certius videbantur ex Bonifatiana in Assisiensem derivati; prae caeteris insignia illa biblia commemoro fere quatuordecim voluminibus conclusa, deinde summam Praepositini de officiis, Ioannis de Ru-

[441] Continetur cod. 691. De hac recensione ac de tota bibliotheca Assisiensi fusius egi in commentatione, quam inscripsi: *Die historischen Handschriften von s. Francesco in Assisi* in DENIFLE-EHRLE, *Archiv*, I, 470-508; v. imprimis p. 490.

pella de vitiis, commentarios in s. Scripturam eius, quem modo dixi, Ioannis, Guilelmi de Melitona, Stephani Langton etc. — Verum nullus omnino ex his aliisque, quos inspexi, codicibus cum notis in recensione Perusina indicatis convenit. Quare hoc mihi videor posse certo statuere, maiorem aliquam Bonifatianae bibliothecae partem libris conventus s. Francisci non esse adiunctam.

Deinde eadem ratione in bibliothecam Vaticanam et in indices Avenionensis inquisivi; verum haud meliori eventu. Etenim ne unus quidem mihi occurrit liber, quem ex bibliotheca Bonifatiana derivatum esse certo dicere possem [442]. — Quare quonam ea bibliotheca romanorum pontificum, cuius historiam ab anno 1295 ad annum 1345 ex certis monumentis texui, sit dilapsa, fateor me penitus ignorare [443]. Hoc vero non ita dico, ut omnem omnino spem deposuerim, fore ut vulgatis, quae prae manibus habeo, voluminibus, cum commodius multo atque accuratius antiqui indices investigari et cum codicibus Vaticanis a viris clarissimis, quibus ad eos aditus liberior patet, possint conferri, aliquod saltem bibliothecae Bonifatianae vestigium sit emersurum.

[442] Eos libros semper excipio, quos paullo ante (p. 22) an. 1339 Assisio Avenionem transmissos esse dixi.

[443] Iuvat hic notare, sacristiam s. Francisci saeculis quartodecimo et proxime sequentibus nullo unqnam incendio consumptam, nullo hostili incursu invasam, ne anno 1442 quidem, cum reliqua urbs a Piccinino insigni atrocia devastaretur. Vide Cristofani Ant. *Delle storie d'Assisi ll. 6*² II, 294.

PARS ALTERA

DE BIBLIOTHECA AVENIONENSI

ARTICULUS PRIOR

DE BIBLIOTHECAE AVENIONENSIS ORIGINE ET HISTORIA USQUE AD EIUS DISSIPATIONEM AN. 1305-1403

CAPUT I.

DE BIBLIOTHECAE AVENIONENSIS ORIGINE

§ 1. **De curia Avenionensi Romanorum Pontificum.** — Cum post molestissimam undecim fere mensium dilationem (a die 7 m. iulii 1304 ad 5 m. iunii 1305) Clemens V summus pontifex esset renuntiatus, cardinales litteris Perusia ex *conclavi* datis, eum enixe rogarunt atque obtestati sunt, ut quam primum Romam accederet, tot malis quibus tum Italia universa, tum terrae ecclesiae proprio iure subiectae affligebantur, opem laturus atque remedium [1]. At Clemens gravissimis quibusdam ecclesiae necessitatibus in Gallia efficacius provideri posse ratus, cardinales Perusia primum Viennam, deinde Lugdunum accersivit [2]. Id quidem procul dubio non eo fecit consilio, ut curiam in Gallia constitueret, sed eo quo inde ab Innocentio IV pontifices nonnunquam Lugduni, Urbevetere, Viterbii, Anagniae, Perusiae erant commorati. Ex quibusdam enim eius litteris, quae plurimorum scriptorum effugerunt diligentiam, omnino constat, Clementem paullo postquam pontifex renuntiatus est, eo animo Burdigala discessisse, ut Romam

[1] Vide eam epistolam in Labbe-Mansi, *Collectio conciliorum*, XXV, 127.
[2] Baluze, *Vitae paparum Avenionensium*, I, 2, 63.

adiret. Quod enim iam Bonifatio VIII fuerat in votis [3], ut nimirum Lugdunum profectus, regibus Galliae Angliaeque inter se in gratiam restitutis, eorum arma in Christianorum perniciem immaniter saevientia, in Infideles a Terra Sancta expellendos converteret, id sibi Clemens constituerat perficiendum. Quare in litteris Burdigala die 25 m. augusti an 1305 ad Eduardum Angliae regem datis [4]: *Magnitudinem itaque regiam*, inquit, *tum propter intimae dilectionis affectum, quem ad ipsum semper habuimus et habemus, tum propter aliqua salutaria animae tuae commoda, tum etiam propter nonnulla inter te et regem Franciae illustrem pacis et quietis procuranda et ordinanda salutaria, et insuper de Terrae Sanctae passagio, intimis desideriis alloqui cupientes, eandem rogamus et hortamur attende, quatenus, antequam montes transeamus, quos post coronationis nostrae solemnia, apud Viennam circa instantis festi Omnium Sanctorum, auctore domino, celebranda, transire proponimus, ad sanctam romanam ecclesiam sponsam nostram, Deo propitio, accessuri, nobiscum, si modo fieri valeat, tuam a nobis, plus quam exprimere possemus, oblatam praesentiam habeamus* [5]. Quin etiam eum ne postea quidem illam, quam dixi curiae translationem animo concepisse, inde facile patet, quod dum vixit, nullo curiam certo loco in Gallia constituit. Ne Romam proficisceretur, effecerunt imprimis ingentes factionum turbae,

[3] Kervyn van Lettenhove, *Recherches sur la part, que l'ordre de Citeaux et le comte de Flandre prirent à la lutte de Boniface VIII et de Philippe le Bel*, in *Memoires de l'academie royale de Belgique*, 1854, XXVIII, 63*s*.

[4] Prynne, *Antiquae constitutiones regni Angliae sub regibus Iohanne, Henrico et Eduardo I circa iurisdictionem et potestatem ecclesiasticam.* Londini 1672, p. 1068; cf. Wenck, *Clemens V und Heinrich VII*, pp. 42, 169.

[5] Idem fere in litteris die 28 m. novembris 1306 ad eundem regem datis repetit: *Et considerato quod nos propter hoc specialiter et propter negotium Terrae Sanctae, ad romanam ecclesiam sponsam nostram non absque faciliter irreparabili negotiorum dispendio, quae in partibus illis nobis incumbunt agenda, tanto tempore distulimus proficisci, instantissimis fratrum nostrorum cardinalium factis super hoc supplicationibus non admissis, et in terris tibi subiectis duximus remanendum; licet hoc potuissemus decenter aliis commisisse, cum nonnunquam satis maiora, quam sit illius pacis quasi factae completio, per nuntios sedis apostolicae simplices in tuo et in aliis regnis apud clarae memoriae progenitores tuos et alios principes catholicos consueverint expediri.* Vide Rymer, *Foedera ed. 1739*, tom. I, pars 4, p. 66. — Idem in memoriam revocat senescallo Vasconiae die 10 m. augusti 1312: *Non enim mundo extitit incognitum, quod dudum, post nostrae promotionis auspicia ad statum apostolicae dignitatis, in eisdem Vasconiae et aliis citramontanis partibus, - romana urbe inclita nostro et apostolicae sedis domicilio speciali et terris aliis nobis et eidem sedi subiectis, in Italiae partibus constitutis, dimissis - pro pace* inter Angliae et Galliae reges matrimonio solidanda. V. Rymer, l. c., tom. II, pars 1, p. 12.

quibus fere tota Italia ac maxime Roma, avita pontificum sedes, miscebantur; deinde subdolae artes, quibus Philippus Galliae rex Pontificis animum irretitum detinebat; denique ille affectus, quo Clemens ipse in patriam ferebatur. His causis ipsa dilationis diuturnitas novas in dies addebat vires, ita ut quod Clemente pontificatum ineunte difficile visum erat, Ioanne XXII regnante iam fieri vix posse censeretur.

In hac incertissima curiae conditione ac continua exspectatione, de nova colligenda bibliotheca agi vix poterat, maxime cum Perusiae in « *thesauro antiquo* » praesto esset bibliotheca Bonifatiana. Hoc non ita dico, ut nihil librorum putem tunc in curia fuisse. Non enim est dubium quin Clemens, quod tunc apud omnes praelatos moris erat, copiam quandam selectorum librorum secum detulerit. Id paullo inferius certis comprobabo documentis [6]. Verum Clemens, quo erat animo in suos teneriori, moriens de ecclesiae thesauro ita disposuit, ut vix quidquam suo reliquerit successori [7].

Mortuo Clemente an. 1314 die 20 m. aprilis, Ioannes tandem an. 1316 die 7 m. augusti Pontifex renuntiatus, statim de curia Avenione constituenda cogitavit. Eam urbem, quam ab an. 1310 episcopus rexisset, singulari amplectebatur affectu. Ibidem Clemens quoque a m. aprili 1309 usque ad m. septembrem 1311 [8], quandoque in aedibus episcopi [9], plerumque vero in conventu fratrum praedicatorum [10] erat commoratus, non quod eam sibi

[6] Vide huius voluminis p. 561.

[7] De ea dispersione thesauri copiose egi in commentatione, cui titulus: *Der Nachlass Clemens V und der in Betreff desselben von Iohann XXII (1318-1324) geführte Process* in DENIFLE-EHRLE, *Archiv*. V, 1-158; cf. huius voluminis, p. 561.

[8] Cf. DENIFLE-EHRLE, *Archiv*, III, 360.

[9] Id certo contigit exeunte anno 1310, quo Clemens Avenionem reversus, timens, ne legati a Philippo Pulchro Galliae rege missi contra se simile quid, ac olim contra Bonifatium VIII Anagniae, machinarentur, primum ad aedes episcopi divertit. Id discimus ex litteris a legatis ad Philippum die 24 m. decembris an. 1310 datis, in quibus: *Papa*, inquiunt, *Avinioni non descendit in domo predicatorum, in qua morari consueverat, sed in domo episcopali, que est in forciori parte ville. Familia cardinalium amicorum vestrorum exiverunt nobis obviam; nullus de familia pape, camerarii vel marescalli exivit. Mirati fuimus, quia mutabat domum, cum nullam causam iustam eum habere sciremus, nisi quod aliqui dicebant, quod hoc faciebat ob adventum nostrum. Quod verum fuisse visum fuit aliquibus pro eo, quia audita ambassata nostra ibidem in domo episcopali, tercia descendit ad domum predicatorum.* V. BOUTARIC, *Clément V, Philippe le Bel et les Templiers* in *Revue des questions historiques* (1872) XI, 23-39 et WENCK, *Clemens V und Heinrich VII*, pag. 173.

[10] BALUZE, *Vitae pap. Avenion.*, I, 15. Vita 1ª (Ioannis canonici s. Victoris): « In principio veris (1309) venit papa de Burdigala, ubi hiemaverat, Avenionem, ibique in domo

sedem curiae selegisset, quippe qui fere toto sui principatus tempore, spe redeundi in Italiam nunquam deiectus, hospes varias Galliae meridionalis urbes peragraret; sed quod eam urbem per se satis amplam et Italiae ac comitatui Vindascino (Venaisino) vicinam [11], muneri suo obeundo aptiorem censeret.

Ioannes incommoda continuae illius peregrinationis sub Clemente expertus, quibus negotia curiae procrastinabantur, praeterquam quod suae dignitati haud satis erat provisum, paullo postquam Lugduni *triregno* esset accinctus (die 5 m. sept. 1316), die 2 m. octobris [12] Avenionem est ingressus.

Sedem ac domicilium sibi selegit « domum episcopalem [13] » quam paullo ante (an. 1310) episcopus amplificaverat [14]. Has aedes ut usibus curiae accommodaret, Ioannes eas egregie reconcinnavit, adiuncta ecclesia s. Stephani [15], multis operibus *turris thesauri et camerae domini nostri, consistorii, audientiae contradictarum, gardaraubae, domorum trulhatii* aliisque plurimum auxit atque egregiis picturis, *pavimentis* affabre depictis aliisque ornamentis decoravit.

Curiâ hac ratione in stabili atque idonea sede constitutâ tum artes, tum litterarum studia refloruerunt. Hoc ut maiori studio fieret, effecit, quod « *thesauro novo* » a Clemente collecto Montiliis et Carpentorati, « *antiquo* » sive Bonifatiano Lucae [16] maxima ex parte dispersis, de novo colligendo impense fuit agendum.

fratrum praedicatorum pro se diligenter parata habitans, longo tempore in eadem urbe mansit. » — Ea *domus* ad Rhodanum in occidentali parte urbis sita, unus ex *sollemnioribus* ordinis conventibus habebatur; qui anno 1850 cum ecclesia ei adnexa destructus locum cessit illi parti urbis prope portam s. Dominici, quae nunc viis *Rue Annanelle, Rue du Rempart-de-l'Oulle, Rue Calade* (sive Ioseph Vernet) concluditur. Tenuia quaedam conventus rudera etiam nunc exstant in viis *Rue s. André* et *Rue s. Thomas d'Aquin.* Sic in inferiori parte domus in via a s. Andrea dicta conspicitur porta lapidea, cuius parti superiori insculptum est: *Aula canonisationis s. Thomae de Aquino;* non quod in ea *canonisatio* sit peracta, cum in ecclesia eius conventus fuerit celebrata, sed ne eius rei intercidat memoria.

[11] Comitatus Vindascinus ab anno 1274 ut *terra ecclesiae romanae specialis* administrabatur per rectores a summis pontificibus ad id praestitutos. Urbs Avenionensis, in comitatu Provinciae sita, ineunte saeculo quarto decimo erat regum Siciliae, a quibus an. 1348 a Clemente VI, solutis octoginta florenorum millibus empta, terris ecclesiae romanae proprio iure subiectis est adiuncta.

[12] Baluze, *Vitae pap. Avenion.*, I, 134, 185.

[13] Baluze, l. c., I, 236: « Hic (Benedictus XII) primus coepit construere palatium apostolicum Avinione in loco, ubi solebat esse palatium episcopale, in quo dominus Ioannes residere consuevit. »

[14] V. Duhamel L., *Les origines du palais des papes.* Tours (1883), p. 16, 50, 52.

[15] V. Duhamel, l. c., p. 16.

[16] V. Denifle-Ehrle, *Archiv*, I, 235*s.*

Atque in ea re Ioannes ita studiosum se exhibuit, ut gestorum eius minus aequi aestimatores id ei haud raro vitio vertant. — Ex his facile patet, bibliothecae Avenionensis certiora initia a pontificatu Ioannis XXII esse repetenda.

Verum ne ipse quidem Ioannes propositum studiumque revertendi Romam unquam deposuit. Id iam ex eo suadetur, quod curiae Avenione ita providit, ut ea illic ad tempus constituta videretur. Nec enim novum de integro sibi palatium exstruxit, sed satis habuit, ut aedes episcopi curiae usibus concinnaret; nec episcopo Avenionensi domo sua pulso aliam sibi propriam comparavit. Quin etiam annis 1331-1334 studiose cum Romanis, Bononiensibus, Galliae rege tractavit de curia primum Bononiam transferenda, ex qua urbe, postquam Lombardiam Tusciamque pacasset, subinde Romam peteret. At ne rem perficeret, tum officia atque artes regis Galliae effecerunt, qui nullum non movit lapidem, ne Pontifex ex eius se subduceret custodia [17]; tum maxime turbae eo ipso tempore Bononiae ab hominibus factiosis excitatae [18].

Benedictus ab ipsis suis regiminis exordiis maiori etiam studio quam Ioannes de curia egit Romam reducenda. *In primo enim*, ut verbis antiqui cuiusdam auctoris [19] utar, *consistorio, quod habuit, scilicet XII kalendas ianuarii, mandavit reparari ecclesiam Romanam sancti Petri, item ecclesiam Lateranensem et alias ecclesias, et palatia ibidem desolata; et ad fabricam donavit quinquaginta millia florenorum.* Adiungit alter eiusdem temporis auctor [20]: *Ipse etiam papa eodem tempore* [21] *deliberavit transferre curiam suam ad partes Italiae moramque suam facere in civitate Bononiensi, dummodo ipsum debite et honorifice eius incolae et cives vellent recipere et tractare sibique obedientiam vellent praestare et fidelitatem servare; et hoc ipse dixit in publico consistorio voluitque, ut divulgaretur ubique, praesertim in partibus Italiae supradictis. Volensque experiri et scire, an ita facere vellent, misit ad dictam civitatem certos nuntios suos ad eis intimandum huiusmodi voluntatem, intentionem et deliberationem*

[17] V. Raynaldus, *Annales* ad an. 1332, n. 1 *s.* et ad 13.
[18] V. paullo post not. 22.
[19] Vita 3ª Benedicti XII apud Baluze, *Vitae pap. Avenion.*, I, 219 *s.*
[20] Vita 1ª eiusdem l. c., I, 199.
[21] Intelligit exordia eius regiminis.

suam, deditque eis in mandatis, ut si ipsi viderent dictorum civium voluntatem conformari pro mansione sua, ibidem palatium praepararent, librataşque pro cardinalibus dividerent et ordinarent.

Nuntii vero huiusmodi illuc accedentes, invenerunt civitatem praedictam ad hoc male fore dispositam, cum adhuc cives ipsius essent in rebellione et inobedientia contra Romanam ecclesiam, prout etiam erant tunc fere omnes aliae terrae, ad eandem ecclesiam in illis partibus pertinentes, quae non diu ante suum legatum [22] *vituperose et violenter expulerant de civitate memorata. Quod dicti nuntii videntes, redierunt Avinionem papaeque retulerunt, qui de hoc doluit.*

Sed videns, quia tunc aliud facere non poterat, mutato proposito deliberavit manere in Avinione in dicta curia sua. Incepitque ibi a solo aedificare palatium in loco, ubi tunc erat domus episcopalis et tandem huiusmodi aedificium quasi quandiu vixit, continuavit, in tantum quod suo tempore et per eius ministerium factum est palatium dictum valde sollemne miraeque pulchritudinis in mansionibus et immensae fortitudinis in muris et turribus, prout hodie luculenter apparet.

Demum pro tempore ordinavit, quod episcopus Avinionensis haberet pro mansione sua ac in recompensam alterius, in cuius loco et solio dictum palatium erat aedificatum, domum, quae nunc episcopalis appellatur, quae est valde notabilis et sollemnis.

Atque hic diligenter est observandum, *palatio* a Ioanne XXII concinnato, etsi fortasse commoditati curiae, at nequaquam eius saluti atque incolumitati fuisse prospectum; ac proinde novas aedes a Benedicto, non vano magnificentiae studio, sed prudenti consilio fuisse constitutas. Aedificia enim a Ioanne circa *palatium* episcopi exstructa, tum inter se erant dissita, tum iis carebant operibus, quibus contra hostium incursus commode possent defendi. Hoc igitur imprimis Benedictus in novo constituendo palatio spectabat, ut sedem provideret curiae, in qua posset secura consistere. Quare illud omni ex parte clausit ac muros omnes externos certe sex palmos latos *buquetis*, *barbacanis*, *merletis*, omni denique munitionum genere, quae tunc erant in usu,

[22] Is erat Bertrandus de Poyeto, cardinalis Ostiensis; v. Raynaldus ad an. 1334, n. 17 et Baluze, l. c., c. 177.

instruxit abundantissime. Adde turres altissimas ita dispositas, ut omni ex parte et vigilum prospectus et *balistarum* ac *spingalarum* iactus hostes longius etiam arcerent. Quare hac in re Benedictus et qui ei proxime successerunt pontifices tanta usi sunt industriâ, ut Froissartus [23], earum rerum peritissimus sane aestimator, *palatium* ab eis constitutum non dubitaret dicere: *la plus belle et la plus forte maison du monde et la plus aisie à tenir, mais que ceulx, qui dedens seroient enclos, euissent vivres.*

Opus a Benedicto XII alacriter incoeptum, Clemens VI et Innocentius VI continuarunt studiose ac feliciter perfecerunt. Quare eorum temporibus videbatur curia Avenione validas egisse radices. At Deus aliud providerat. Qui enim Innocentium VI proxime secuti sunt Urbanus V et Gregorius XI, quum primum per conditionem Italiae vel aliqua ratione licuit, delicias palatii Avenionensis cum squalore et ruinis avitae sedis Romanae magnis animis commutarunt.

Atque haec de curia Romana pro tempore, quo in ea constituta est bibliotheca Avenionensis, breviter dicta sufficiant.

§ 2. **Proferuntur documenta, quibus origo bibliothecae Avenionensis illustratur.** — Sequitur iam, ut statuamus, quâ potissimum ratione a Ioanne XXII eiusque successoribus maxima illa sit collecta copia librorum, quibus Avenione aedes pontificiae erant instructae. Ac primum quidem breviter dicam, alios fuisse pretio soluto coemptos, alios iussu et pecunia pontificum in ipsa curia vel alibi exaratos, alios eisdem dono datos vel testamentis legatos, alios, cum pontificum essent ante pontificatum proprii, ab eis curiae fuisse assignatos; longe maiorem denique partem iure spolii in thesaurum esse illatos.

Antequam haec singulatim persequar et comprobem, ea proferam documenta, ex quibus fere omnia, quae sum dicturus, sunt elicienda, ut eo facilius ad ea legentes possim remittere. Proponam ea in duas classes distributa; in quarum priore ex *registris* atque ex libris *introitus et exitus camerae apostolicae* ea componam, quae ad libros iussu pontificum coemptos vel exaratos spectant; in altera vero de libris agam ex *reservationibus* et *spoliis* in cameram apostolicam illatis.

[23] *Chroniques ed. Kervyn de Lettenhove*, tom. 16, p. 129. — Idem iisdem fere verbis habes paullo ante p. 134 ex vita 1ª Benedicti XII apud BALUZE, l. c., I, 199.

I. Excerpuntur quaedam ex « registris » et ex libris « introitus et exitus camerae apostolicae. »

1. Ex *registris* [24].

Tempore Ioannis XXII (1316-1334).

1. [25] Dilecto filio Iohanni de Grandisono, archidiacono Nottingamie in ecclesia Eboracensi. — Libellum [26] pro parte tua nobis noviter presentatum gratanter accepimus, quem nimirum eo gratiorem habemus, quo promptius non pauca ad salutem edificantia, sub unius voluminis collecta compendio legentis offert aspectui, que non absque laboris tedio, difficulter haberent alibi sparsa queri. Tuum itaque munus huiusmodi acceptabile reputantes, liberalitatem inde tuam condigna gratiarum actione prosequimur, in oportunitatibus tuis tibi, prout res exegerit et cum deo licebit, apostolicum libenter impensuri favorem. — Datum Avinione, VIII° kal. augusti *[an. 1° aut 2°]* (25 iul. an. 1317 aut 1318). — *[Regesta Vatic. Ioannis XXII (n. 109) secret. an. 1ⁱ et 2ⁱ, tom. 1, f. 80*b, *epist. 342].*

Dilecto filio magistro Rigaudo de Asserio iuris civilis professori, canonico Aurelianensi, capellano et nuncio nostro. — Cum dilectus filius frater Nicolaus Trevetinus de ordine fratrum predicatorum, magister in theologia, de mandato nostro circa cuiusdam licteralis operis [27] compositionem intendat, ecce nolentes opus ipsum, ad cuius perfectionem afficimur, ex defectu sumptuum intermicti quomodolibet vel differri, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem magistro presentes tibi licteras assignanti vel suo certo nuncio pro eodem, de pecunia camere nostre usque ad summam . . marcarum, necessarias tam factas quam faciendas pro opere memorato ministres expensas. Nos enim quicquid per ipsius magistri licteras te sibi propterea ministrasse constiterit, in tuo faciemus raciocinio acceptari. — Datum XV kal. februarii *[an. 1° aut 2°]* (18 ian. 1317 aut 1318). — *[L. c. f. 128*a, *epist. 532].*

Venerabili fratri episcopo Maioricensi [28]. — Biblie glosate librum in octo voluminibus scriptum ex tua nobis liberalitate transmissum

[24] Explicanda sunt compendia scribendi, quibus indico bibliothecarum recensiones, quas paullo post vulgabo. **Ur.** indicat recensionem bibliothecae Avenionensis iussu Urbani V, **Gr.** iussu Gregorii XI confectas; **Pen.** recensionem bibliothecae a Petro de Luna (Benedicto XIII) in castro Peniscolae constitutae.

[25] Has quatuor epistolas habes non sine mendis vulgatas in Thomas A., *Extraits des archives du Vatican pour servir à l'histoire littéraire du moyen-âge* in *Mélanges d'Archéologie et d'histoire*, II, 453, 454, 460; IV, 9.

[26] Eius libros recenset Tanner, *Bibliotheca Britannico-Hibernica*, p. 338. Quemnam ex eis Ioanni obtulerit, non liquet.

[27] Cum plurimos commentatus sit libros, incertum de quo hic agatur; cf. Quétif-Echard, *Scriptores ord. praed.*, I, 562.

[28] Guillelmus de Villanova 1304-c.1318 aut Raimundus de Corsavino 1319-c.1321.

grata mente recepimus, de quo fraternitati tue eo uberiores graciarum referimus actiones, quo magis per donum huiusmodi nostris affectibus placuisti. *(Caret certa temporis nota, sed circa annum 3^{m} (1319) videtur scripta). — [L. c. (n. 110) secret. ab an. 1° ad 4^{m}, tom. 2, f. 62*a, *epist. 938 (293)].*

Dilecto filio Nicolao Dominici de Perusio [29], phisice professori. — Libellum de Regimine Sanitatis [30] per te nobis scriptum et transmissum per dilectum filium Franciscum archipresbiterum ecclesie Perusine, gratanter accepimus, in cuius traditione composita (!) [31] periti artificis commendamus ingenium et in eius compositione solicitum zelum devotionis immodice actione prosequimur gratiarum. — Datum Avinione VIII kal. septemb. an. 7° (25 augusti 1323). — *[L. c. (n. 111) secret. 6^{i} et 7^{i}, tom. 3, f. 328*b, *epist. 1326].*

Bernardo episcopo Lodovensi. — Librum Speculi Sanctoralis partem terciam continentem nobis a tua fraternitate transmissum recepimus leta manu, studiosam, quam adhibere curasti super eo diligenciam, multipliciter commendantes in domino tibique super missione illius graciarum actiones uberes referentes. Et ecce quod peticiones pro parte tua per exhibitorem libri predicti oblatas admisimus ad favorabilis exauditionis affectum. — Datum Avinione, XV kal. iulii. — *[L. c. (n. 115), secret. an. 13^{i} et 14^{i}, tom. 8, f. 395*a (121*a*), *epist. 1694].*

Bernardo [32] episcopo Lodovensi. — Librum intitulatum Quartam partem Speculi Sanctoralis [33], quem nobis tua fraternitas destinavit, animo leto suscepimus, tue sollicitudinis studium laboriosis vigiliis adhibitum in opere dicti libri, plurimum in domino commendantes, et tam de ipso quam de aliis tribus partibus eiusdem Speculi per te similiter antea nobis missis, eidem fraternitati tue graciarum actiones uberes exsolventes. — Datum Avinione, XII kal. augusti, an. 13° (21 iul. 1329). — *[L. c. f. 125*b, *epist. 740].*

Tempore Benedicti XII (1334-1342).

2. Dilecto filio Bertrando Cariti [33a] archidiacono Augi in ecclesia Rothomagensi. — Cum quondam Stephanus de Molinis clericus Parisius residens, anime sue salutis obtentu, nobis et ecclesie romane in suo ultimo testamento legaverit libros suos, nos volentes, quod viginti quatuor volumina librorum huiusmodi tam sacre theologie quam iuris canonici et

[29] Eius nec VERMIGLIOLI *(Biografia degli scrittori Perugini)* nec PADELETTI *(Contributo alla storia dello studio di Perugia)* nec AD. ROSSI *(Docum. per la storia dell'univ. di Perugia* in *Giornale di erudizione artistica*, tom. IV, V, VI) meminere.

[30] Plures commentationes eo titulo inscriptae circumferuntur.

[31] Videtur legendum: *in cuius compositione periti artificis commendamus ingenium et in eius traditione solicitum zelum devotionis immodice actione prosequimur gratiarum.*

[32] Cf. DELISLE, *Notice sur les mss. de Bernard Gui*, p. 425.

[33] Litteras, quibus Bernardus singulas partes pontifici obtulit, vide in DELISLE, l. c., pp. 420, 424.

[3] Vide de eo DENIFLE-EHRLE, *Archiv*, I, 289, 307.

civilis facultatum, repositorum, ut intelleximus, Parisius in quadam archa, sigillis dilectorum filiorum Bertrandi de Peberaco prioris monasterii sancti Martini de Campis Parisiensis, ordinis Cluniacensis, per priorem soliti gubernari, et officialis Parisiensis signata, fideliter ad nostram cameram, ut possimus de illis, quod nobis expedire videbitur, ordinare utilius et liberius, transmittantur; discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus vocatis priore et officiali predictis, eosdem libros nomine nostro recipiens ad prefatam cameram mittere tute et fideliter non postponas. Volumus autem, quod tam executores testamenti dicti Stephani quam alios, quorum interest, de predictis libris, cum eos receperis, absolvere nostro nomine valeas plenius et quitare, inde confici faciendo duo consimilia publica instrumenta, quibus libri consignentur predicti; quorum quidem instrumentorum altero penes assignantes libros predictos dimisso, reliquum ad eandem cum ipsis libris procures cameram destinare. — Datum Avinione, XVI kal. ianuarii, anno 7°. (17 decembris 1341). — *[Regesta Vatic. Benedicti XII (n. 136) secret. an. 7i, f. 92*b, *epist. 226].*

Tempore Clementis VI (1342-1352).

3. Venerabili fratri Guillelmo episcopo Casinensi [33b]. — Relatibus percepimus fide dignis, quod unus fardellus de libris et scripturis factis et compositis per dampnate memorie Michaelem de Cesena hereticum suosque complices et sequaces et rebus aliis in eodem fardello plicatis, post obitum clare memorie Sancie [33c] regine Sicilie, in sacristia monasterii de Neapoli ordinis sancte Clare, inter quedam alia per eandem reginam ibidem deposita, repertus extitit et per dilectas in Christo filias.. abbatissam et sorores eiusdem monasterii conservatur. Cum autem in eisdem libris et scripturis nonnulla tangentia Ludovicum de Bavaria hereticum et scismaticum manifestum et alia hereticalia et erronea contineri verosimiliter presumantur; *mandat eidem, ut illos libros* « sub suo sigillo » *ad curiam transmittat.* — Datum Avinione, V idus augusti, an. 5° (9 m. aug. 1346). — *[Regesta Vatic. Clementis VI (n. 140) secret. an. 5i, f. 82*b, *epist. 339].*

*Alterâ epistolâ abbatissae et sororibus eius monasterii iniungitur, ut libros illos tradant episcopo Casinensi — [L. c. f. 83*a, *epist. 340].*

4. Venerabili fratri Odoni episcopo Pafensi [33d], *scribit pontifex, destinasse se ad Armenos* venerabilem fratrem nostrum Antonium episcopum Gaietanum [33e]

[33b] Episc. Casinensis (Monte Cassino) 1345-1353.

[33c] De necessitudine, quae inter eam et Spirituales Fraticellosque intercessit, fusius disserui in commentatione, cui titulus: *Die Spiritualen, ihr Verhältniss zum Franciscanerorden und zu den Fraticellen* in Denifle-Ehrle, *Archiv*, IV, 82 *s.*

[33d] Paphos in Cypro, rexit eam ecclesiam 1340-1351.

[33e] Antonius Aribandi, ord. min., 1341-1344 (!), in quo corrigendus Ughelli.

et dilectum filium Iohannem electum Coronensem [33f]. Cum itaque nonnulli prelati eiusdem regni Armenie instanter duxerunt postulandum, ut eis decretum et decretales, quibus romana ecclesia utitur, ut ipsi se possent super eis conformare, cum ea (!) mittere dignaremur: petitionem velut deo gratam ac tam eis quam fidei predicte utilem exaudire volentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si libri decreti et decretalium tam antiquorum quam sexti libri et Clementinarum apud te sint, apti tamen et ydonei, ad cameram nostram spectantes, eisdem episcopo et electo libros huiusmodi ad eosdem Armenos deferendos [33g] per ipsos studeas assignare. Si vero tales libri apud te non fuerint et reperiantur in partibus illis venales, *iubet ut eos pecunia camerae apostolicae comparet et legatis tradat.* Porro si forsan huiusmodi libri tecum non essent aut commode in partibus illis non reperirentur venales, nobis, quantocius comode poteris, significare procures, ut nos hic haberi et eisdem Armenis destinari, sicut nobis expedire videbitur, faciamus. — Datum Avinione, IIII idus septembris, anno 5° (11 sept. 1346). *[L. c. f. 116* a, *epist. 495].*

5. Venerabili fratri Petro episcopo Valentino [33h]. — Operibus Tullii [33i], que apud te fore didicimus, ad exemplar diebus aliquibus indigentes, fraternitatem tuam actente rogamus, quatinus, quecunque habes de operibus ipsis, velis nobis copianda concedere ac per latorem presencium mictere vel illa facere copiari, copiam cum originalibus ascultatam fideliter et correctam celeriter transmissurus. — Datum Avinione, III nonas augusti, anno 10° (3 aug. 1351). — *[L. c. secret. an. 10i, f. 44* a*].*

Tempore Urbani V (1362-1370).

6. Dilectis filiis collegio scolarium domus sancti Marcialis Tholosan. [33j] salutem etc. — Ut studio iuris canonici et civilis, cui ex ordinatione ac provisione felicis recordationis Innocencii pape VI, predecessoris nostri, fundatoris

[33f] Ioannes Scarlatto c. 1346-1348, translatus Pisam † 1362. — De his duobus episcopis *euntibus ad infideles* iuvat adiungere, quae de eis in libris *camerae apost.* referuntur: « Die III m. septembri [1346] solvimus reverendo patri Anthonio episcopo Gayetano et « domino Iohanni electo Coronensi euntibus ad partes Armenie de mandato domini nostri « pape pro fide Christi ibidem predicanda pro stipendiis suis, taxatis ad V florenos pro die « quolibet, videlicet cuilibet eorum Vc florenos; et residuum debent recipere in regno Chipri « a domino Pafensi, quamdiu *[i. e. quando]* erunt ibidem, propter hoc - M florenos. »

[33g] Vide Raynaldum ad an. 1346, n. 67.

[33h] (Valence) Petrus de Chastellus 1342-1350 (!), in quo supplenda *Gallia christiana*, XVI, 324.

[33i] Vide paullo post plurima Ciceronis opera in recensione bibliothecarum Gregorii XI et Castri Peniscolae. — Francisco Petrarcae quoque, clarissimo illi poetae, Clemens VI dedit in mandatis, ut sibi egregia quaedam operum Ciceronis exemplaria conquireret; vide Francisci Petrarcae, *Epistolas de rebus familiaribus ed.* I. Fracassetti, lib. 7, epist. 4, tom. 1, p. 366.

[33j] De historia huius collegii die 1 m. sept. 1851 constituti vide Denifle, *Die Universitäten des Mittelalters bis 1400*, I, 339; praeterea vide paullo post § 3.

vestre domus, deputati estis, tanto vigilantius intendatis, quanto maiori librorum copia fueritis communiti, venerabilis fratris nostri Audoyni, episcopi Ostiensis[33l], dicte domus curam habentis, supplicationibus inclinati, libros descriptos inferius, qui fuerunt predecessoris eiusdem, antequam esset ad apicem summi apostolatus assumptus, vobis damus, concedimus et donamus, volentes et decernentes, quod iidem libri in armario seu libraria dicte domus perpetuo debeant conservari nec possint quomodolibet alienari seu extra domum ipsam alicui commodari; contrarium vero facientes penis in constitucionibus dicte domus super custodia librorum ipsorum domus editis decernimus subiacere. — Nomina si quidem et descriptiones dictorum librorum sunt hec: imprimis (1) codex, qui incipit in secundo folio textus: *fuerunt cum fiducia*, et finit in penultimo folio: *precedensque dignitas.* — (2) Item digestum vetus, quod incipit in secundo folio: *in inicio civitatis nostre*, et finit in penultimo folio: *ut sola vendi.* — (3) Item digestum novum, quod incipit in secundo folio: *plurimos*, et finit in penultimo folio: *non adversa.* — (4) Item inforciatum, quod incipit in secundo folio: *ovium fetusque pecorum,* et finit in penultimo folio: *secutus iam.* — (5) Item volumen, quod incipit in secundo folio: *ut proprium,* et finit in penultimo folio: *nisi prius.* — (6) Item lettura Cini, que incipit in secundo folio: *non autem ad eius augmentum,* et finit in penultimo folio: *non sic.* — (7) Item decretales, que incipiunt in secundo folio: *tam parvulis quam adultis,* et finiunt in penultimo folio: *de omnibus.* — (8) Item decretum, quod incipit in secundo folio: *torum,* et finit in penultimo folio: *et apta monachis.* — (9) Item sextus liber, qui incipit in secundo folio: *diciis et in scolis*, et finit in penultimo folio: *citra regulas iuris consilii.* — (10) Item Clementine, que incipiunt in secundo folio: *sub bulla nostra*, et finiunt in penultimo folio: *provincie.* — (11) Item Innocentius, qui incipit in secundo folio: *ne valet*, et finit in penultimo folio: *et s. de restitutione.* — (12) Item speculum iuris, quod incipit in secundo folio: *iuris tacita*, et finit in penultimo folio: *nimis ff. de.* — (13) Item rosarium, quod incipit in secundo folio: *in XX libres,* et finit in penultimo folio: *et mensura de primo.* — (14) Item lettura Archidiaconi super VI libro, que incipit in secundo folio: *sua XX q. 1*, et finit in penultimo folio: *v. qui es ex.* — Nulli ergo etc. nostre dacionis, concessionis et donationis ac constitutionis infringere etc. — Datum Avinione, kal. februarii, an. 1° (1 m. febr. 1362). — *[Regesta Avenion. Urbani V, tom. 5, f. 545*a *et Regesta Vatic. Urbani V (n. 252), indulta I, f. 76*b, *epist. 258].*

7. Urbanus episcopus servus servorum dei dilecto filio Guillelmo de Lardato canonico Agennensi, apostolice sedis nuntio, salutem et apostolicam benedictionem. — Discretioni tue per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus omnes libros iuris canonici et civilis, quos nunc habes et

[33l] Audoinus Alberti, Innocentii VI fratris filius, an. 1353 cardinalis renuntiatus, † 1363.

in futurum usque ad triennium a data presentium computandum, te habere contigerit de bonis quorumcumque prelatorum seu clericorum defunctorum per sedem apostolicam reservatis, dilecto filio Stephano abbati monasterii sancti Victoris Massiliensis, proventuum ecclesie romane in partibus Italie debitorum pro nobis et ipsa ecclesia receptori generali, et in eius absentia dilectis filiis Astorgio Cayraco de Monasteriis et Bernardo Guidonis beate Marie in platea Florentina prioratuum prioribus, gubernatoribus domus nostre pauperum scolarium, quos nostris sumptibus in Bononiensi studio retinemus [33m], ad civitatem Bononiensem ad usus scolarium dicte domus destinare procures, gentes camere nostre de hiis, que feceris in premissis redditurus per tuas litteras certiores. — Datum Avinione, IIII kal. maii, pontificatus nostri anno 3° (29 apr. 1365). — *[Tabularium Vatic. Instrumenta miscel. 28 april. 1365, n, 18]*.

Tempore Gregorii XI (1370-1378).

8. Dilectis filiis guardiano et conventui fratrum ordinis minorum Barchinonensium salutem etc. — Postillam super bibliam a quondam Pontio Carbonelli [33n] ordinis vestri editam a multisque commendatam, audivimus in vestri conventus libraria existere duplicatam. Quare discretionem vestram hortamur, quatinus unam ex huiusmodi postillis per dilectum filium Iohannem de Latone, custodem custodie Barchinonensis dicti vestri ordinis,

[33m] Vide DENIFLE, l. c., p. 215.

[33n] Vide paullo post in recensione bibliothecae Castri Peniscolae n. 138; quare Gregorius id, quod petierat, videtur esse assecutus.

De hac expositione saeculo XVII° inter Alvam et Astorgam ord. min. et Echardum ord. praed. acriter est disputatum, cum ille *Catenam auream*, quae nomine s. Thomae de Aquino insignita iam diu omnium terebatur manibus, Pontio tribueret. Vide imprimis QUÉTIF-ECHARD, *SS. ord. praed.*, I, 327. — Non dubito, quin Pontius, cuius commentationes petiit Gregorius, sit is, qui an. 1334 minister provincialis Aragoniae, in condendis constitutionibus Caturcensibus Benedicto XII astitit; vide *Cronologia historico-legalis ord. min.* Neapoli 1650, p. 46. — Iam alias monui, Pontium Carbonellum a WADDINGO (ad an. 1288, n. 33, an. 1297, n. 35) perperam cum Pontio Potugati confundi; vide DENIFLE-EHRLE, *Archiv*, II, 300. Sine ullo vel probabili iudicio post Waddingum aliosque etiam NIC. ANTONIUS *(Bibliotheca hispana vetus* ² II, 95) Pontium putat fuisse s. Ludovici Tolosani praeceptorem. Neque enim in vita neque in testamento huius sancti *(Acta Ss.* 16 aug. n. 60) ulla Pontii occurrit mentio.

De opere ipso haec WADDINGUS *(Ss. ord. min. ed. Romana* 1806, p. 200): *Commentaria in universa biblia, ad singula loca collectis sanctorum patrum sententiis, ita ut non inepte opus nuncupari possit:* Catena ss. patrum in universam s. scripturam. *Habetur manu scripta, octo tomis satis magnis distinctum in bibliotheca Toletana fratrum minorum.* His adiungit IOANNES A S. ANTONIO *(Bibliotheca Franciscana universa.* Matriti 1732, II, 490): *Haec Waddingus, et merito. Impresentiarum enim asservantur ibidem, suntque tomi novem; licet nonus super Apocalypsim initio careat, incuriaque bibliopegi confuse conglutinatus habeatur, non in scriniis bibliothecae, sed in arca quadam una cum aliis tomis.* Timeo, ne haec volumina misere perierint, cum conventus regius s. Ioannis (s. Iuan de los Reyes) an. 1808 a Gallis Hispaniam invadentibus expilaretur; vide DENIFLE-EHRLE, *Archiv*, I, 147.

latorem presentium vel per alium, quam cito commode poteritis, nobis mittere procuretis, quam seu eius precium, si eam nobis retinere placuerit, vobis restitui faciemus. — Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis, XVIII kal. maii, anno 4° (14 apr. 1374). — *[Regesta Vatic. Gregorii XI (n. 270) secret. an. 4^i, f. 29*b*]*.

9. Dilecto filio Raphaeli de Turre canonico Ianuensi apostolice sedis nuncio salutem etc. — Quia commissimus dilecto filio Bernardo de Pergamo ordinis fratrum predicatorum professori, Ianue commoranti, quod in civitate Ianuensi pro nobis scribi faciat certos libros, volumus et tue discretioni precipiendo mandamus, quod, cum pecunia in hiis expendenda non debeat esse magna nec notabiliter illa, ad que pecunie per te recepte et recipiende per alias nostras seu gencium camere nostre sunt licteras deputate (!), pecuniam oportunam pro huiusmodi libris diversis vicibus, sicut comodius poteris, non obstantibus quibuscunque nostris vel dictarum gencium mandatis contrariis, prefato Bernardo studeas assignare. — Datum Novis Avinionensis diocesis, X kal. augusti, anno 4° (23 iul. 1374). — *[L. c. f. 46*b*]*.

10. Venerabili fratri.. [33o] episcopo Vercellensi salutem etc. [34]. — Pervenit ad nos, quod liber seu volumen, qui vocatur Trogus Pompeius [35], ubi historie parcium orientalium diffuso lepore contexte (199*b*) feruntur, in Vercellensi urbe repertus est, quique alias ibi consuevit haberi; et quia dictus liber nimium est sensibus nostris acceptus et longe acceptior, si eum presencialiter haberemus, fraternitatem tuam rogamus interne, quatinus circa invencionem ipsius absque mora impendere studeas operam efficacem, eumque ut speramus inventum, ad nos per fidelem delatorem non differas destinare, nobis proinde plurimum placiturus. — Datum Novis Avinionensis diocesis, V idus augusti, anno 4° (9 aug. 1374). — *[L. c. f. 99*a*]*.

11. Dilecto filio Bernardo Cariti [36] canonico Parisiensi, apostolice sedis nuncio salutem etc. — Discretioni tue tenore presencium iubemus expresse, quatenus in loco Serbone Parisius perquiri facias diligenter in librariis eius pro libris Tullii Ciceronis [37], scriptis in cedula presentibus interclusa. Et si quidem eos vel aliquos aut aliquem eorum inveneris, prout alias scimus inventos esse, illos facias pro nobis per intelligentes scriptores illico exemlari et exemplatos, quam prius poteris, ad nos per fidelem delatorem destinare procures; cautus ut in illis nullam commictas negligenciam vel defectum. — Datum Novis Avinionensis diocesis, III idus augusti, anno 4° (11 aug. 1374). — *[L. c. f. 199*b*]*.

[33o] Ioannes Fieschi (1377 renuntiatus cardinalis) 1348-1385.

[34] Vide Pastor, *Geschichte der Päpste seit dem Ausgang des Mittelalters*, I, 623 s.

[35] Huc pertinet fortasse n. 1012 Bibliothecae Castri Peniscolae; vide paullo post.

[36] Vide paullo ante p. 137.

[37] Cf. paullo ante ~~p. 139, n. 29~~.

12. Dilecto filio Guillelmo [38] sancti Angeli diacono cardinali, in nonnullis terris Italie nostro et romane ecclesie in temporalibus vicario generali salutem etc. [39]. — Satis displicenter accepimus dilectum filium Franciscum Petrarcam [40] tam preclarum moralis sciencie lumen noviter ab hac luce subtractum. Verum quia hoc est omnibus naturale, postquam illo caremus, libros eius habere nimium affectamus. Circumspectionem itaque tuam hortamur attente, quatenus de libris eius per fidelem investigatorem inquiri facias diligenter, potissime de Africa, eglogis, epistolis, invectivis, libris de vita solitaria et aliis, que ipsum ex precipuo dei dono, miro lepore audivimus texuisse, illosque pro nobis per scriptores intelligentes facias exemplari et exemplatos cures ad nos per fidos delatores illico destinare. — Datum Novis Avinionensis diocesis, III idus augusti, anno 4° (11 aug. 1374. — *[L. c. f. 199*b*]*.

13. Dilectis filiis Francisco Borele priori prioratus ecclesie sancte Eulalie de Campo et Petro de sancto Amancio hospitalario Dartuse, officialibus venerabilis fratris nostri.. Barcinonensis episcopi salutem etc. — Ad audienciam nostram fide digna relatione perducto, quod dilectus filius Franciscus Vitalis, prefati episcopi notarius, quendam librum Raimundi Lul in pergamenis et vulgari cathalanico scriptum, assignatum eidem Francisco in custodiam per vos et dilectum filium Nicolaum Eymerici, ordinis predicatorum professorem, inquisitorem heretice pravitatis, in quo errores scripti plurimi perhibentur, apud se habet; discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus statim visis presentibus, absque alicuius more dispendio, prefatum librum ad manus vestras receptum, ad nos per fidelem et ydoneum portitorem mictere procuretis; cauti ne ullam in his commictatis negligenciam vel defectum. — Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis, III kal. octobris, anno 4° (29 sept. 1374). — *[L. c. f. 201*a*]*.

14. Dilectis filiis.. rectori et scolaribus collegii nostri Bononiensis salutem etc. [41]. — Destinantes vobis unam glosatam bibliam in pluribus voluminibus atque concordancias in nostro collegio Bononiensi, ad opus et usum studentium in eodem presencium pariter et futurorum perpetuo remansuras, universitati vestre per apostolica scripta mandamus districtius iniungentes, ut predictas bibliam et concordantias ad opus et usum predictos per incathenacionem vel alias studeatis cum debita diligencia conservare. — Datum Avinione, VII kal. decembris, anno 5° (25 nov. 1375). — *[L. c. (n. 271) secret. an. 5*ⁱ*, f. 239*b*]*.

[38] Guilelmus Nouelletus an. 1371 cardinalis renuntiatus, a Bononiensibus in carcerem coniectus ac paullo post e civitate expulsus † 1390.

[39] Vide Theiner, *Codex diplom. sedis apostolicae*, II, 559.

[40] Plurima eius opera vide paullo post in indice Bibliothecae Castri Peniscolae. — Quanti pontifices Avenionenses Petrarcam fecerint, vide in Körtinc G., *Geschichte der Litteratur Italiens im Zeitalter der Renaissance*. Bd. I, *Petrarcas Leben und Werke*, p. 200; cf. paullo ante p. ~~139, not. 29~~.

[41] Vide Theiner, l. c., II, 570. — Cf. paullo ante p. 140.

15. Dilecto filio Bartrando (!) abbati monasterii sancti Laurentii in Campo provincie Romandiole, pro nobis et ecclesia romana thezaurario salutem etc. — Destinatis tibi dudum parte nostra [42] certis librorum voluminibus cum speciali mandato, quod ea corrigere faceres atque nonnulla alia tunc tibi specificata fieri procurares, lapsisque postmodum plurimorum temporum curriculis, admiramur [43], quod mandatum nostrum huiusmodi executioni mandare nobisque dicta volumina remictere tamdiu neglexisti. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, ut quicquid exinde feceris, nobis studeas indilate tuis scriptionibus nunciare, et ea, quam citius correcta atque facta fuerint, super quo diligenciam adhibeas oportunam, nobis mictere, dilatione et excusatione cessantibus quibuscunque. — Datum Avinione, VII kal. decembris, an. 5° (25 nov. 1375). — *[L. c. f. 240*a*]*.

2. Ex libris *introitus et exitus camerae apostolicae.*

Tempore Ioannis XXII (1316-1334).

1. Die XI [44] mensis decembris [**1316**] anno domini M°CCCXVI tradidi magistro Bartholomeo Grassi pro quibusdam decretalibus emptis pro domino nostro summo pontifice, quos dixit esse in duobus voluminibus, de mandato domini mei domini Avinionensis electi [45] - XLV flor. auri.

Die prima mensis ianuarii [**1317**] anno a nativitate domini M°CCCXVII° pro duodenis pergamenorum edulinorum pro libris domini nostri, novem de ipsis singulis precio XII sol., et VI de ipsis singulis precio X sol., tradidi Philippo de Avinione - VIII, lib. VIII sol. parve monete. — Item pro ligatura trium librorum domini nostri - II flor. auri. — Item pro illuminatura nongentarum litterarum cum parafis necessariis decretalium domini nostri - X sol. parve monete.

Die XXI mensis februarii tradidi magistro Guillelmo Galteri [46] pro quadam biblia empta in partibus Francie pro domino nostro - LX flor. auri.

Item eidem magistro Guillelmo Galteri tradidi pro quadam alia biblia empta pro eodem domino nostro - XXIII flor. auri, IIII sol. parisienses. — Item eidem pro apostillis Thome super bibliam emptis pro domino nostro - XXX flor. auri.

Die VI mensis marcii tradidi fratri Guillelmo de Broa [47] pro satisfaciendo scriptoribus domini nostri - XV flor. auri [48].

[42] Fortasse legendum: *ex parte nostra.*

[43] Ms. *admirantur.*

[44] N. 16 habet XXI.

[45] Cardinalis Iacobus de Ossa.

[46] Die 31 m. febr. 1317 solvuntur ei XXIII flor. auri *pro expensis factis cum duabus equitaturis de Flandria usque Parisius et de Parisius usque Avinionem.* Tabularium Vatic., *Archiv. Avenionen. Introitus et exitus*, n. 13, f. 39*b*.

[47] Vide eo paullo post p. 147, n. 63.

[48] Hoc aliquoties repetitur, ita ut a die 11 m. decemb. 1316 usque ad diem 22 m. maii 1317 receperit LX lib., XV flor., CCXXXI sol.

Die XII mensis aprilis solvi de mandato domini nostri fratri Guillelmo Duranti [49], lectori fratrum predicatorum Burdigal., pro libris infrascriptis, emptis per prefatum dominum nostrum - LXX lib. turonensium parvorum in LXXXXVII flor. auri IX sol. VIII den. turonensium parvorum; florino pro XIIII sol. IIII den. dicte monete computato.

Videlicet pro libro scripto phisicorum fratris Thome [50]. — Item pro metaphisica eiusdem. — Item pro scripto Egidii [51] super librum de anima *[Gr. 79]*. — Item pro scripto methaurorum [52] magistri Petri de Alvernia [53]. — Item pro scripto de celo et mundo fratris Thome super primum et secundum et partem tercii cum supplemento Petri de Alvernia super totum residuum. — Item de anima fratris Thome. — Item de sensu et sensato eiusdem. — Item de memoria et reminiscencia eiusdem. — Item de sompno et vigilia magistri Petri de Alvernia. — Item de generatione fratris Egidii. — Item de iuventute et senectute magistri Petri de Alvernia. — Item de morte et vita eiusdem. — Item de motibus animalium eiusdem. — Item pro scripto phisonomiam [54] fratris Egidii. — Item de bona fortuna eiusdem. — Item pro scripto fratris Thome super librum ethicorum. — Item super librum politicorum eiusdem super primum et secundum eiusdem et partem tercii cum supplemento magistri Petri de Alvernia super totum omne residuum. — Item pro scripto fratris Egidii super librum rethoricorum.

Item questiones de veritate fratris Thome. — Item questiones de malo eiusdem. — Item questiones de potencia dei eiusdem. — Item pro expositione eiusdem super Boecium de trinitate. — Item questiones eiusdem de anima. — Item de virtutibus in communi eiusdem, de correctione fraterna eiusdem. — Item de virtutibus cardinalibus eiusdem. — Item de unione Verbi incarnati eiusdem. — Item de spiritualibus creaturis eiusdem. — Item questiones de anima coniuncta et separata fratris Bernardi de Trilia ordinis predicatorum cum quibusdam questionibus eiusdem. — Item pro primo et secundo fratris Thome super sententias. — Item quelibet XI fratris Thome. — Item pro quodam tractatu de usuris. — Item pro distinctione predicamen- f. 28a
torum secundum magistrum Henricum [55]. — Item de unitate et uno secundum eundem. — Item de inchoatione formarum cuiusdam fratris predicatoris de Anglia [56]. — Item de unitate forme cuiusdam fratris

[49] Videtur is fuisse Guil. Durandi, qui an. 1315 constitutus est prior conventus Burdigalensis, lector theologiae an. 1316 in conventu s. Emiliani et an. 1319 in conventu s. Iuniani. Vide Douais C., *Les frères prêcheurs en Gascogne au XIIIme et XIVme siècle.* Paris 1885, pp. 152, 273, 417.

[50] S. Thomas de Aquino.

[51] Aegidius de Columna, ord. s. Aug.

[52] Lege *Meteorum.*

[53] Rector universitatis Parisiensis an. 1275, canonicus Parisiensis. — Vide Quétif-Echard, *Scriptores ord. praed.*, I, 489.

[54] De libris physiognomiarum.

[55] Fortasse Henricus de Gandavo, archidiaconus Tornacensis † 1293.

[56] De inchoatione et unitate formarum a plurimis magistris ord. praed. paullo post mortem s. Thomae de Aquino est disputatum.

eiusdem ordinis. — Item tractatus fratris Roberti [57] eiusdem ordinis de tempore. — Item tractatus fratris Alberti [58] eiusdem ordinis de finali iudicio et antichristo. — Item tractatus fratris Roberti [59] eiusdem ordinis de relationibus — Item tractatus de unitate forme fratris Egidii de Valenchinis [60] eiusdem ordinis. — Item IIII[or] folia cuiusdam quolibet fratris Iohannis de Pachavo [61] ordinis fratrum minorum.

Die XVIII mensis aprilis solvi mandato domini nostri fratri Guillelmo Duranti, lectori fratrum predicatorum Burdigal. pro prima parte summe fratris Thome de Aquino, item pro prima parte secunde summe eiusdem, item pro secunda secunde eiusdem, item pro ultima parte eiusdem, item pro summa contra gentiles eiusdem emptis per ipsum dominum nostrum — LXXXXVII flor. auri IX sol. VIII den. turonensium parvorum; floreno pro XIIII sol. IIII den. dicte monete quolibet computato.

Die II mensis maii tradidi fratri Guillelmo de Broa [62] pro satisfaciendo scriptoribus et illuminatoribus domini nostri et ligatoribus librorum — XVII lib. parve monete.

Item die XX mensis iulii solvi fratri Petro de Godorio et fratri Ia-
n. 16, f. 30b cobo Burgensi de ordine beate Marie de Carmelo Avinion. pro libris infrascriptis venditis per priorem dicti ordinis domino nostro — LXV libr. turonensium parvorum in LXXXX flor. auri, IIII sol. turonensium parvorum.

Videlicet vendidit dictus prior Policratum et Vegetium de re militari, in uno volumine. *[Ur. 627]*.

Item Augustinum de civitate dei contra Fa[u]stum. Item Hugonem de sacramentis, Augustinum contra Iulianum contra Maximum, Richardum de potestate ligandi et solvendi. Crisostomum de eo, quod nemo leditur ab alio, in uno volumine.

Item originalia Dionysii et Ancelmi in uno volumine. *[Ur. 382]*.

Item Augustinum super Genesim ad litteram, de pollutione nocturna, sermo de laude caritatis, de trinitate, de doctrina christiana, de disciplina christiana, de vera religione, de libero arbitrio, de correctione et gratia, de perfectione iusticie hominis, de quantitate anime, sextus musice, de immortalitate anime, de sortilegiis, in uno volumine.

Item librum retractationum, de gratia novi testamenti, de moribus ecclesie et Manicheorum, de vera religione, de gratia et libero arbitrio, de perfectione iusticie, de natura et gratia, de predestinacione sanctorum, de

[57] Eius argumenti et tituli tractatus Aegidio de Lessinia attribuitur a Quétif-Echard, *Scriptores ord. praed.*, I, 371.

[58] Hic tractatus potius Ioanni Parisiensi iuniori tribuendus videtur; cf. Denifle, *Quellen zur Gelehrtengeschichte des Predigerordens* in Denifle-Ehrle, *Archiv*, II, 226.

[59] Robertus Kilwardy, archiep. Cantuariensis et cardinalis; cf. Denifle-Ehrle, *Archiv*, II, 236.

[60] Aegidius de Lessinia (Lessines) in Belgio, fortasse Valencenis ordinem ingressus.

[61] Ioannes Peckham, archiep. Cantuariensis.

[62] Vide paullo post p. 147, not. 63.

bono preseverancie, epistola quedam Fulgencii, enchiridion, de doctrina christiana, in uno volumine. *[Gr. 71]*.

De istoriis animalium. — Ambrosium de officio ministrorum. — Opus Guidonis. — Logicam novam et veterem. — Alphabetum narracionum.

Die ultima iulii pro libro declamationum Senece cum expositione empto pro domino nostro solvi fratri Guillelmo de Broa: - XIX lib. turonensium parvorum. *[Gr. 1343]*. — Item pro libro tragediarum Senece cum exposicione empto pro domino nostro solvi eidem - XII lib. turonensium parvorum *[Gr. 848]*. — *[*TABULARIUM VATIC., *Archiv. Avenion. Introitus et exitus camerae apost. an. 1316, n. 13* et *n. 16, f. 29]*.

2. Die X mensis octobris solvi fratri Guillelmo Durandi de ordine predicatorum pro opusculis fratris Thome emptis pro domino nostro — XX flor. et V sol. turonensium parvorum. f. 117a

Die XXI mensis novembris pro libris infrascriptis emptis pro domino nostro, scilicet summa de casibus cum apparatu, *[Ur. 1330]*. f. 117b

Disceptatio inter Athanasium patriarcham Alexandrinum catholicum et Fotinum, Sabellium et Arrium presbyterum hereticum coram Probo iudice et sententia ipsius Probi iudicis. — Item flores ex dictis sanctorum — Tractatus Gregorii Nasareni. — Item de Gregorio et Basilio episcopis Cappadocie. — Regula sancti Basilii episcopi. — Prefatio Gelazii secundi pape super regula sancti Augustini. — Item regula sancti Augustini. — Item regula sancti Benedicti. — Item regula sancti Macharii. — Item regula fratrum minorum et expositio eius duplex domini Nicholai pape tertii et domini Gregorii pape noni. — Abusiva seculi secundum sanctum Ciprianum, in uno volumine. *[Pen. 714]*.

Item geometria, arismetica et quibusdam aliis, in uno volumine.

Item Almagesto. — Item libris Plinii, libris Damasceni et postillis fratris Thome. — Item ecclesiasticis i(n)storiis. Pontificale — solvi in summa fratri Guillelmo de Broa [63], qui de mandato domini nostri dictos libros emerat de camerario domini Hostiensis [64], ut dixit — LXXXXVI flor.

Die IIII martii [1318] traditi fuerunt per cameram fratri Raymundo Bos penitentiario domini nostri pro quodam libro epistolarum beati Ieronimi empto pro domino nostro per eum — XVI flor. auri.

Die IIII mensis eiusdem iulii solvi et tradidi Raymundo triginta librarum (!) de Avinione de mandato domini nostri pro quadam biblia, que quondam fuerat domini Garini prioris sancti Remigii et dicto Raymundo per ipsum priorem in pignore tradita et per dictum Raymundum domino nostro f. 118a

[63] Ibidem f. 117*b*: « Die XVI mensis decembris (1317) tradidi reverendo patri domino GUILLELMO DE BROA (de la Broue ord. praed. † 23 m. iulii 1323) predicto electo nunc Caturcensi pro satisfaciendo scriptoribus domini nostri XX flor. auri. » — Hinc corrigendi, qui eum an. 1316 electum putant.

[64] Nicolaus de Albertis, ord. praed. card. episc. Ostiensis 1303-1321.

pape restituta et assignata — XXIIII lib. turonensium parvorum, quas super ipsa biblia dictus Raymundus mutuaverat dicto priori. — *[L. c. n. 16]*.

3. Anno a nativitate domini M°CCC°XX° die XXVIII mensis ianuarii [**1321**] solvimus domino Philippo de Revesto [65] recipienti pro domino *[Guilelmo]* episcopo Caturcensi predicto, videlicet pro libro vocato racionali empto precio viginti sex flor. auri, et pro libro philosophie naturalis precio triginta flor. auri, et pro libro philosophie moralis viginti flor. auri, emptis pro domino nostro papa per dominum episcopum supradictum — LXXVI flor. auri. — *[L. c. n. 40 f. 90*a; *n. 41, f. 47]*.

4. Die IX mensis augusti pro quodam libro moralium Iob empto a domino Guillelmo Ebrardi canonico Dignensi et Ebredunensi precio XXI lib. VI sol. turonensium parvorum pro domino nostro papa, de mandato ipsius domini nostri dicto canonico recipienti per manus Bertrandi Ebrardi fratris sui, civis Avinionensis dictum precium, videlicet XXI lib., VI sol. turonensium parvorum in XXVI sol., VIII den. turonensium grossorum cum o longa et XII den. viennensium.

Praeterea is, quem paullo ante dixi, Guilelmus episcopus Caturcensis recepit « pro satisfaciendo scriptoribus librorum, quos dictus dominus episcopus facit fieri pro domino nostro papa, et aliis necessariis pro dictis libris » *a die 4 m. septembris 1321 usque ad diem 16 m. maii 1322 — 532 flor. auri. — [L. c. n. 41, f. 47*b*]*.

5. Die IX mensis decembris [**1322**] pro viginti quinque sexternis summe Copiose, quam scribit Iohannes de Tholosa scriptor Tholosanus pro domino nostro papa, videlicet pro labore scripture solvimus dicto Iohanni — XXV lib. turonensium parvorum in XXXII sol. turonensium grossorum cum o longa, XII den. viennensium; singulis grossis pro XIX den. obolorum viennensium computatis.

Die XIX mensis iunii [**1323**] pro triginta quinque sexternis scribendis de summa Hostiensis, que dicitur *Copiosa*, pro domino nostro papa, cuius partem scribit magister Iohannes Baconi scriptor Anglicus, habitator Avinionis et residuam partem scribit Iohannes de Tolosa scriptor supradictus; solvimus et tradidimus domino Philippo de Revesto, canonico sancti Agricoli Avinionensis recipienti pro dicto Iohanne Baconi — XXXV lib. turonensium parvorum in XLIII sol. IX den. turonensium grossorum cum o rotunda; singulis grossis pro XVI den. turonensium parvorum computatis. — *[L. c. n. 54, f. 90]*.

[65] L. c. n. 16, f. 118*a* habes sub diebus 26 m. maii et 5 m. augusti 1318: tradidi domino Caturcensi recipienti per manus domini Philippi prioris de Gigonhano; — tradidi domino episcopo Caturcensi recipienti per manus domini Philippi scriptoris domini; cf. ibid. f. 141*b* s. ubi in solutione vadiorum m. aprilis 1318 primum comparet; vide paullo post § 2.

6. Die III mensis septembris tradidimus reverendo patri domino Guillelmo dei gratia episcopo Caturcensi, qui facit scribi et ordinari libros pro domino nostro papa per diversos scriptores, recipienti per manus domini Bernardi de Pereto capellani sui pro satisfaciendo dictis scriptoribus et pro necessariis aliis pro dictis libris solvendis — C flor. auri.

Die XXIX mensis ianuarii [**1324**] pro salario magistri Iacobi scriptoris, qui scripserat librum vocatum Martinianam *[Gr. 1368]*, pro domino nostro papa, in quo libro sunt XXVI sexterni, solvimus eidem Iacobo — XIX libr. XVIII sol. VI den. turonensium parvorum in XXV sol. V den. turonensium grossorum cum o longa, XII den. turonensibus parvis.

Die II mensis maii pro duobus libris emptis precio LX flor. auri a dominis Georgio de Yporegia Lincolniensis et Petro domini Iacobi Verulamensis ecclesiarum canonicis, executoribus testamenti condam magistri Iohannis de Verulis domini pape notarii, et receptis per ipsum dominum nostrum papam, videlicet libro Cassiodori super psalterium *[Ur. 199]* et quinque summis dictaminum sub uno volumine; solvimus dictis executoribus pro se et domino Bindo de Senis notario domini pape coexecutore eorum recipientibus — LX flor. auri. — *[L. c. n. 57, f. 80]*.

7. Die XII mensis septembris tradidimus reverendo domino Iohanni dei gratia episcopo Riviensi [66] recipienti per manus magistri Petri de Glanderiis canonici s. Aredii Lemovicensis diocesis pro satisfaciendo scriptoribus librorum domini nostri pape et aliis necessariis pro scripturis et libris ipsius domini nostri - C flor. auri.

Die XXVI mensis februarii [**1325**] pro quodam libro sive volumine vocato *Originali beati Augustini*, empto pro domino nostro per dominum R*[aimundum]* [67] episcopum Ventimiliensem et sibi tradito precio XII flor. auri, solvimus dicto domino episcopo dictum precium in X agnis auri, IIII sol. viennensium, singulis agnis pro singulis florinis auri et IIII sol viennensium computatis. — *[L. c. n. 66, f. 73*b et *n. 58, f. 163*b et *n. 65, f. 58*b*]*.

8. Die X mensis novembris pro quodam libri volumine, videlicet libro Dionisii cum commento abbatis [68], empto pro domino nostro precio XII flor. auri, solvimus domino Raimundo episcopo Vigintimiliensi mandato ipsius domini nostri — XII flor. auri.

Die XIIII mensis martii [**1326**] pro quadam apostilla super libro Dionisii empta de mandato domini nostri pape et pro eo per dominum episcopum Vigintimiliensem, pretio V flor. auri, solvimus dicto domino episcopo — V flor. auri. — *[L. c. n. 70, f. 79*a et *n. 72, f. 52*a et *n. 73, f. 51*a*]*.

[66] Ioannes de Texandria (Tissanderie) ord. min., episc. Riviensis (Rieux) 1324-1347.

[67] Ord. min. 1320-1327 (28), translatus Ventias (Vence) 1327-1334 et inde Niciam (Nizza) 1334-1335.

[68] Thomae Vercellensis.

9. Die XI mensis februarii [1328] pro ligatura XXV librorum continencium litteras apostolicas regestratas, quos magister Iohannes de Parisius ligator librorum ligaverat pro domino nostro in palacio eiusdem domini nostri, solvimus eidem ligatori pro salario, postibus et aliis necessariis pro ligatura predicta — XII lib. viennensium in IIII^{or} lib. valoysiorum nigrorum. — *[L. c. n. 84, f. 54*a et *n. 86, f. 62*a*]*.

10. Die XXX mensis iulii [1329] de anno a nativitate domini millesimo CCCXXIX pro libris infrascriptis emptis diversis preciis pro domino nostro papa a fratre Hugone de Meianello et fratre Bertrando de Monte Esquino de ordine Cisterciensi et conventus Montis Candelii diocesis Albiensis, videlicet pro libro de proprietatibus rerum [69] precio IX flor. auri — et libro originalium Augustini precio VI flor. auri — et pro libro quolibet Godofredi de Fontibus precio II flor. cum dimidio — et pro libro expositionum Bede super Proverbiis precio unius flor. cum dimidio — et pro libello Bede — et libello florum Bernardi [70] precio VIII den. turonensium grossorum, solvimus dictis fratribus — XIX flor. auri VIII den. turonensium grossorum cum o rotunda. — *[L. c. n. 92, f. 61*a et *n. 100, f. 72*a*]*.

11. Die III mensis aprilis [1330] anno domini M°CCC°XXX° pro duobus libris, uno de verbis domini et de verbis apostoli *[Ur. 63]* et alio de ovibus et pastoribus et mendacio et opere monachorum Augustini *[Ur. 116]* emptis a fratre Iohanne de Biterris procuratore ordinis sancti Augustini pro domino nostro, solvimus dicto procuratori de mandato dicti domini nostri — XX florenos auri.

Die XXIII mensis iunii pro novem sexternis et quatuor foliis pergamenorum emptorum et pro scriptura eorundem de libris diversis beati Augustini, quos libros scribi fecerat et fieri procurator ordinis sancti Augustini pro domino nostro papa et de mandato eiusdem, solvimus dicto procuratori — VI sol. I den. turonensium grossorum cum o rotunda, VII den. valosios.

Die IIII mensis augusti tradidimus reverendo patri domino Iohanni dei gratia episcopo Rivensi, qui facit libros fieri pro domino nostro papa, pro scripturis et libris factis et faciendis pro ipso domino et solutionibus fiendis scriptoribus dictorum librorum — C flor. auri, quam pecuniam recepit dictus episcopus per manum domini Petri Calveti capellani sui. — *[L. c. n. 98, f. 73*a et *n. 29, f. 58*a*]*.

12. Die XVII mensis aprilis [1331] pro quodam missali de ordinatione officii romani empto a Nerio Vitalis librario curie romane, precio XVI flor. auri, pro usu hospicii domini nostri pape et de mandato eiusdem, solvimus

[69] Bartholomaei de Glanvilla, ord. praed.
[70] I. e. excerpta e libris s. Bernardi.

sibi — XVI flor. auri. Fuit acomodatus dictus liber de mandato domini nostri fratri Petro de Corvaria [71].

Die XVI mensis maii pro scriptura quindecim quaternorum libri compositi per fratrem Alvarum Pelagii penitenciarium super statu et planctu ecclesie, scriptorum pro domino nostro, solvimus Philippo de Revesto scriptori domini nostri pape — VI libr. coronatorum in VII regalibus auri, VIII sol. coronatorum. — *[L. c. n. 108, f. 67]*.

13. Anno domini millesimo CCC°XXXI° die XXIX mensis septembris pro ligatura duorum regestrorum camere domini nostri pape et unius libri thesaurarie ac trium librorum domini nostri, videlicet Copiose Ostiensis, Speculi et Concordanciarum, solvimus magistro Iohanni de Parisius — XLVIII sol. coronatorum. f. 57*a*

Die ultima mensis octobris tradidimus domino Iohanni episcopo Rivensi, recipienti per manus domini Petri Calveti capellani sui, pro satisfaciendo scriptoribus librorum domini nostri pape — LXXX flor. auri.

Die XII mensis decembris pro scriptura libri compositi per fratrem Alvarum Pelagii penitenciarium domini pape super statu et planctu ecclesie, quod dominus noster mandavit scribi, solvimus domino Philippo scriptori domini nostri — IX libr. XII sol. coronatorum in XIIII sol. IX den. turonensium grossorum cum o, III den. coronatorum.

Die XIII ianuarii [1332] pro quatuor duodenis pergamenorum edulinorum maxime forme emptorum per dominum Philippum de Revesto scriptorem domini pape, pro transcribendis sermonibus factis per dominum nostrum papam, solvimus dicto domino Philippo — IIII sol. turonensium grossorum cum o rotunda. f. 57*b*

Die XXI mensis ianuarii pro quodam libro sentenciarum empto de mandato domini nostri pape solvimus fratri Stephano Galteri de ordine predicatorum — X flor. auri. — *[L. c. n. 32]*.

14. Anno et loco quibus supra proxime [die XXIIII mensis februarii] frater ~~Gregorius~~ de Bergoglio ordinis heremitarum sancti Augustini, qui quendam libellum, qui dicitur *Tabula in omeliis sancti Augustini super evangelio sancti Iohannis [Ur. 128]*, composuerat pro domino nostro papa et dictum libellum tradiderat dicto domino nostro pape, recepit et se habuisse et recepisse recognovit de pecunia camere domini nostri pape a predicto domino camerario [72] de mandato facto eidem domino camerario per dominum nostrum papam, ratione dicti libelli, quinquaginta florenos auri; testes sunt domini

[71] Tenebatur is tunc cum fratre Thoma Valeys Anglico magistro in theologia ord. praed. propter quaestionem de visione beatifica condemnato aliisque in *carcere hospitii papalis*, idque ita ut pro Petro III sol., pro Thoma II sol., pro reliquis X den. in dies expenderentur; vide libros *introitus et exitus camerae apost.* n. 136, f. 76*b*, 78*b*; n. 119, f. 50*a*; n. 108, f. 60*a*, 64*a*, 83*a*, 85*b* s.

[72] Gasbertus archiepiscopus Arelatensis.

Guido Radulphi prepositus Forcalquerii et Gasbertus de Montelauduno canonicus Turonensis. — *[Registra Avenion. Clementis VI, tom. 18]*.

15. Die XXI mensis aprilis pro scriptura duorum librorum, quorum unus vocatur *Promptuarium* et alius *Itinerarium sancti Clementis [Ur. 573]*, quos dominus noster papa facit scribi, solvimus domino Philippo de Revesto, scriptori et familiari ipsius domini nostri pape — XX sol. turonensium grossorum cum o rotunda.

Die XXIII maii pro scriptura unius libri vocati *Tabula sancti Augustini super Genesim ad litteram [Ur. 140]*, et pergamenis et illuminatura dicti libri solvimus fratri Georgio de Bergulio de ordine heremitarum sancti Augustini pro domino nostro papa et de mandato domini nostri pape — X sol. turonensium grossorum cum o rotunda.

Die XXVII mensis predicti maii [73], cum frater Helyas de Nabili [74] magister in theologia de ordine fratrum minorum obtulisset domino nostro pape apostillam super biblia in tribus magnis voluminibus editam per fratrem Nicolaum de Lira dicti ordinis, magistrum in theologia, dominus noster papa volens dicto fratri Helye facere elemosinam pocius quam gratis absque satisfactione recipere dictos libros, nobis mandavit sibi tradi centum flor. auri; quare de mandato ipsius domini nostri tradidimus ex causa predicta dicto fratri Helie — C flor. auri.

Die XX mensis iunii pro quodam libro logicali empto pro domino nostro per dominum Raymundum [75] episcopum Venciensem precio L sol. coronatorum, solvimus dicto domino episcopo dictum precium in III sol., X den. turonensium grossorum cum o, II den. coronatorum. — *[Archiv. Avenion. Introitus et exitus camerae apostol. n. 32, f. 57*b*]*.

16. Die mensis septembris pro scriptura librorum infrascriptorum, videlicet libri epistolarum Ieronimi ad Damasum, item libri expositionum Remigii [76] super epistolis Pauli *[Ur. 534]* tradidimus domino Philippo de Revesto scriptori domini nostri pape - XX sol. turonensium grossorum cum o rotunda.

Die XXI mensis decembris de mandato domini nostri domino camarario facto traditi fuerunt fratribus infrascriptis, quia pro domino nostro papa certa scribebant de originalibus in relevamen expensarum suarum et ad emendum papirum pro scriptura XX flor. auri; videlicet fratri Stephano Ruffi lectori et Bernardo Batuti de ordine predicatorum cuilibet — X flor. auri. — *[L. c. n. 119, f. 58*a; *n. 120, f. 62*a; *n. 124, f. 75*a; *n. 132, f. 53*a*]*.

17. Die II mensis ianuarii [1333] de mandato domini nostri pape fuerunt traditi fratri Iohanni Bres de ordine predicatorum, recipienti per manus fratris

[73] Idem sub die XXVII maii an. 1332 legitur in *Reg. Aven. Clemen. VI*, tom. 18, f. 426*b*.

[74] Is an. 1342 cardinalis est renuntiatus.

[75] Vide paullo ante p. 149, n. 67.

[76] Remigii Autisiodorensis.

Armandi [77] lectoris et magistri curie, qui frater Iohannes faciebat certam scripturam pro ipso domino nostro in relevamen expensarum suarum — XII flor. auri.

Die XIX mensis ianuarii pro correctione facta cuiusdam libri vocati *Mamotreti* et additionibus ibi positis ac pro pergamenis et scriptura, illuminatura et ligatura totius libri, pro domino nostro soluti sunt fratri Iohanni de Monte de ordine sancti Augustini — XXX flor. auri.

Die XXII mensis martii pro duobus libris, videlicet uno vocato *Tabula Boetii [Ur. 831]*, et alio vocato *Liber vocabulorum biblie* [78], quos compilaverat frater Georgius de ordine sancti Augustini pro domino nostro, solvimus eidem fratri de mandato ipsius domini nostri — IIII flor. auri.

Die XXVIII mensis maii de mandato domini nostri pape fuit subrogatus dominus Iohannes Durandi scriptor ipsius domini nostri domino Rivensi episcopo in officio administrationis pecunie ministrande scriptoribus librorum dicti domini nostri pape et ad recipiendum pecunias a camera et solvendum scriptoribus predictorum librorum dicti domini nostri et emendum pergamenas pro ipsis; et pro predictis scripturis tradidimus dicto domino Iohanni — L den. regales auri, de quibus et aliis, que ipsum continget recipere a dicta camera promisit reddere ipsi camere debitam rationem. — *[L. c. n. 119, f. 58]*.

18. Die VI mensis septembris pro quodam libro sancti Ambrosii vocato *Examerон*, empto de mandato domini nostri a domino Henrico de Arendone doctore legum, rectore ecclesie de Scaldone Lincolniensis diocesis, precio IIII flor. auri, soluti sunt eidem pro domino nostro — IIII flor.

Die XIX mensis octobris pro quodam libro vocato *Tabula librorum Dionisii [Ur. 843]*, quem dominus noster habuit a fratre ~~Gregorio~~ de ordine Augustinorum, soluti sunt de mandato ipsius domini nostri dicto fratri G. — V flor. auri. — *[L. c. n. 136, f. 60*a; *n. 131, f. 73*a; *n. 137, f. 63*a*]*.

19. Eisdem die et loco *[die XXIX* octobris*]* et dicto domino thesaurario et testibus predictis presentibus frater Georgius de Bergolio ordinis sancti Augustini recepit et se habuisse et recepisse recognovit de pecunia camere domini pape a predicto domino camerario pro uno libro vocato *Tabula librorum* Dionysii, quem librum fecerat fieri pro domino nostro papa — quinquaginta florenos auri, de quibus se habuit pro contento. — *[Registra Avenion. Clementis VI, tom. 18]*.

20. Die XIII mensis ianuarii [1334] pro tribus libris, videlicet de ape [79], et Guilliberti [80] super Cantica Canticorum et libro Avicenne de f. 60a

[77] ARMANDUS DE BELLOVISU, ord. praed. magister s. palatii 1327-1333; cf. QUÉTIF-ECHARD, *Scriptores ord. praed.*, I, 584.

[78] In registris Avenion. Clementis VI, tom. 18, f. 456*a* habetur: « alius *[liber]* est aliqualis doctrina super accentuatione certorum librorum, quos libros fecerat fieri *[fr. Georgius]* pro domino nostro papa. »

[79] THOMAE CANTIPRATANI, ord. praed.

[80] GILBERTUS PORRETANUS.

sufficiencia, pro domino nostro papa soluti sunt de mandato eiusdem Recuperio stationario — VIII flor.

f. 60b Die XXVI mensis februarii pro quodam libro scripto [81] ad Iulianum comitem et sancti Basilii ad religiosos et beati Ieronimi super Ezechielem in uno volumine *[Gr. 392]*, emptum per dominum nostrum, soluti sunt de mandato domini nostri pape domino Henrico Daharondone (de Harondone) doctori legum de Anglia — XII flor. auri.

Die IX mensis martii de mandato domini nostri pro duobus libris magni voluminis tabula originalium et tabula philozophie, estimatis LX flor., et pro elemosina XL flor., quos dominus precepit dari fratri Henrico custodi provincie Saxonie de ordine *[fratrum minorum]*, soluti sunt dicto fratri pro domino nostro — C flor. auri. — *[Archiv. Avenion. Introitus et exitus camerae apostol. n. 136]*.

Tempore Benedicti XII (1334-1342).

21. Anno domini MCCCXXXV, die XIX mensis augusti [1335] pro scripturis infrascriptis factis tempore felicis recordationis domini Iohannis pape XXII, de quibus non fuerat satisfactum, videlicet pro scriptura XVIII peciarum libri dicti Pentateucon, et scriptura quinque peciarum libri Actuum Apostolorum et Apocalipsis, et XXV peciarum summe Gaufridi [82], et VI peciarum tabule moralium Iob, et XVI peciarum libri Prophetarum, et XV peciarum libri Evangeliorum, et XX quaternorum tabularum super epistolis Augustini et Ieronimi, et aliis minutis scripturis, et illuminatura et ligatura scripturarum predictarum et pargamenis necessariis pro scripturis predictis solvi domino Philippo de Revesto, canonico ecclesie sancti Agricoli Avinionensis, olim familiari dicti domini Iohannis, qui pro ipso domino Iohanne dictas scripturas fecerat fieri — LXVI lib. XII sol. coronatorum in CII flor. auri VI sol. coronatorum, singulis florenis pro XIII sol. coronatorum computatis.

Die IIII mensis octobris, cum dominus Arnaldus Ysarni cambrerius [83] domini nostri pape tradidisset magistro Iohanni scriptori, qui scripserat questionem domini nostri, pro correctione librorum et quasdam alias scripturas V flor. auri V sol. V den. coronatorum, et solvisset eciam pro VI duodenis pergamenorum necessariorum pro scripturis domini nostri XL sol. VII den. coronatorum, solvi eidem domino Arnaldo — V flor. auri XLV sol. XI den. coronatorum in VIII flor. auri VI sol. XI den. coronatorum, singulis de tribus (octo) florenis pro XIII sol. coronatorum computatis. — *[L. c. n. 146, f. 100a]*.

[81] S. Augustini.

[82] Goffredus de Trano.

[83] I. e. cubicularius.

22. Die XXII m. februarii [1336] pro ligatura duorum magnorum librorum continentium omelias sanctorum Gregorii, Augustini, Ambrosii et Ieronimi et quorundam aliorum sanctorum, et pro IIII^or postibus et duabus pellibus mutoninis necessariis pro coperiendis dictis libris necnon pro ligatura duorum magnorum librorum papireorum, in quibus continentur rationes domini Arnaldi de Verdala super negociis per ipsum gestis tempore felicis recordationis domini Iohannis pape XXII, solvi magistro Iohanni de Tullo ligatori librorum — II sol. IIII^or den. turonensium grossorum II flor. auri IIII den. turonensium grossorum. f. 115a

Die XXII mensis iulii pro vadiis trium magistrorum in theologia, qui examinant scripta domini nostri pape, videlicet fratris Pastoris [84] de ordine minorum, fratris Bernardi Oliverii de ordine heremitarum sancti Augustini, fratris Guillelmi de Rivopullo [85] monachi monasterii de Populeto Cisterciensis ordinis, deputatis atque datis pro quolibet ipsorum die quolibet medio floreno auri, scilicet a die crastina festi beati Iohannis Baptiste usque ad diem XXIII mensis iulii inclusive, quod tempus continet XXVIII dies, solvimus fratri Iohanni Prima conversi monasterii Bulbonensis pro ipsis procuratorio nomine recipienti — XLII flor. auri.

Aliae solutiones « pro vadiis predictorum magistrorum » *occurrunt diebus XIII m. aug., XIII m. sept., I et XXII m. oct. — Inde solus nominatur frater Pastor. — [L. c. n. 150 (olim 208), f. 115*a, *127*b*].*

23. Die mensis XXV aprilis [1337] pro vadiis fratris Pastoris ordinis minorum, qui examinat scripta domini nostri pape, sibi debitis videlicet de mense decembris pro VII diebus et pro mensibus ianuarii et februarii et de mense martii pro VII diebus et de mense aprilis pro XV diebus incluso die presenti, que tempora continent in universo LXXXVIII^to dies, dato sibi pro quolibet die medio floreno auri, solvimus fratri Iohanni Prime magistro marestalle domini pape, procuratori suo — XLIIII flor. auri. f. 90a

Aliae solutiones die VII m. aug. et die VIII m. oct. — Simili ratione die X m. decemb. solvuntur a die I sept. « pro vadiis fratris Remigii sacre pagine professoris, » *medio floreno auri pro quolibet die computato — LI flor. auri. — [L. c. n. 162 (olim 214), f. 90*a*].*

24. Die IIII mensis februarii [1337] magistro Andree de Belvaco illuminatori Romanam curiam sequenti pro III^M IX^c parafellis et VIII^c L litteris parvis et XXIX litteris aureis per ipsum in quibusdam libris domini nostri pape factis, ad rationem millenarii parrafellorum V sol. cor., et ad rationem centenarii IIII sol. IX den. cor. litterarum parvarum, et ad rationem cuiuslibet littere auree III den. cor. solvimus — LVIII sol. VII den.

[84] Is paullo post renuntiatus est episcopus Assisiensis, deinde archiepiscopus Ebredunensis, demum an. 1350 cardinalis, † 1356.

[85] Is die I m. octobris eiusdem anni Tolosam profectus est; cf. l. c. f. 128*a*.

obolorum coronatorum in IIII flor. auri VI sol., VII den. obolorum coronatorum, singulis florenis pro XIII sol. cor. computatis. — *Vide alias eiusmodi solutiones, f. 83*b, *84*a.

Die VI mensis marcii facto computo cum fratre Iohanne Engilberti monacho ordinis Cisterciensis, domini pape cubiculario de expensis per ipsum factis et administratis ac solutis scriptoribus, qui scribunt libros domini nostri, videlicet Rabani Mauri super Matheum, postilla eiusdem domini nostri Benedicti super Matheum, IIII^or libros magistri Alexandri [86] super sententias, Iohannem Ravennatis et nonnullos alios; et reperto per rationes suas, quod solverat dictis scriptoribus a die XXVII mensis aprilis an. dom. M°CCCXXXVI usque ad diem XX mensis februarii an. dom. M°CCC°XXXVII° II^cXXVIII flor., solvimus dicto fratri Iohanni ipsam summam — II^cXXVIII flor.

Eidem pro eadem re 6 m. ian. [1338] — CCCL flor., III den. turonensium grossorum, XII den. coronatorum.

Die XXI mensis decembris pro tribus libris Galieni et medicine emptis de mandato domini nostri pape per dominum Gaufridum episcopum Regensem [87] ab executoribus bone memorie domini B. episcopi Albiensis [88] solvimus eidem — L flor. — *[L. c. n. 164, f. 84*a *et n. 162, f. 83*a*]*.

f. 100a **25.** Die XXVI mensis ianuarii [1338] de mandato domini nostri pape fratri Nicolao de Assisio ordinis fratrum minorum conventus Avinionensis in recompensationem laborum per ipsum impensorum pro scriptura librorum domini nostri, tradidimus - XXX flor. auri.

Die XXII mensis februarii de mandato domini nostri pape pro emendis una biblia, breviario, doctrinali et grecismo [89] ac aliis a*[u]*ctoribus gramatice et nonnullis aliis libris mittendis fratribus ordinis minorum de vicaria Catayensi iuxta Tartaros, tradidimus fratri Gonsalvo Trestarna Ispano de provincia Castelle dicti ordinis - XXXV flor.

f. 90a Die XXXI iulii magistro Andree de Belvaco illuminatori librorum Romanam curiam sequenti, videlicet pro ligatura unius passionarii antiqui precio II sol., illuminatura unius libri sermonum domini nostri cum volumine de visione simul cum pelle alba, in quo erant XXX littere auree parve, precio cuiuslibet III den.; erant etiam tam versiculi quam paragrafi II^M, precio VI den. pro centenario; II^c littere florite, precio III sol. valesiorum pro centenario; pro ligatura trium librorum copertorum pellibus albis, precio LII sol., solvimus eidem in summa - LXXIX sol. coronatorum. — *[L. c. n. 170]*.

26. Die XI mensis octobris [1339] soluti sunt Firmino Bartholomei scriptori, qui scribit in opere postillarum domini pape, pro rasura

[86] Putem intelligi Alexandrum de Alexandria ord. min., quem aliqui, ut eum ab Alexandro de Hales distinguerent, *iuniorem* appellabant.

[87] Godefredus Rabety, episc. Regiensis (Riez) 1334-1348.

[88] Bernardus de Camiet. episc. Albiensis 1336-1337.

[89] Ms. *gressimo.*

VI duodenarum pellium de capretis - V sol. in obolis albis regis Roberti, singulis obolis pro XII den. cum obolo computatis.

Die XIX mensis predicti (novembris) soluti sunt magistro Andree Belvacensi illuminatori librorum curiam Romanam sequenti pro illuminatura et rebus infrascriptis per eum factis in libris domini pape, videlicet primo pro LX litteris aureis parvis, ad rationem III den. pro littera qualibet - XV sol. — Item et pro V^{c}XXIII (523) litteris floritis, ad rationem III sol. valesiorum pro centenario - XIX sol. VII den. — Item et pro XIII^{c} tam verciculis quam paragrafis, ad rationem VI den. pro centenario - VII sol. — Item et pro reparatura cuiusdam libri sermonum et pro ligatura V peciarum in dicto libro ligatarum cum postibus reponendis - IIII sol. — Item pro ligatura cuiusdam libri papirey, coperti pelle alba - VIII sol. — Item pro ligatura cuiusdam libri et emptione II pellium pargamenorum cum II serratoriis et corrigiis de serico, qui liber incipit: *Interim vidistis, quia dictum est antiquis*, et loquitur de X preceptis - X sol. — Quorum summa est in universo - LXIII sol. VIII den. in obolis albis regis Roberti de XII den. cum obolo. — *[L. c. n. 178, f. 95*a et *n. 177, f. 90*a*]*.

27. Anno quo supra [1340] et die XX mensis ianuarii facto computo cum fratre Iohanne Engilberti domini nostri pape cambrerio de scripturis infrascriptis dominum nostrum papam tangentibus, factis et scriptis per scriptores infrascriptos et solutis per eundem fratrem Iohannem eisdem scriptoribus a die XIII mensis ianuarii de anno domini millesimo CCC°XXXIX° usque ad presentem diem prout sequitur. f. 90*a*

Et primo dixit, se solvisse magistro Yterio scriptori pro XIX sexternis et III foliis operis domini nostri pape super Matheum quarti voluminis per eundem factis et scriptis, ad rationem unius flor. auri cum uno turonensi grosso argenti pro sexterno quolibet - XX flor. auri, X den. turonensium grossorum. — Item et pro IX pargamenis pro complendo volumine predicto - IIII den. cum dimidio turonensium grossorum. — Item et pro extensura et ligatura voluminis predicti - VII den. turonensium grossorum. — Item et pro duobus coriis coloris rubei et viridis pro dicto libro - IIII den. turonensium grossorum. — Item pro fibulis ornatis de serico et clavis - I den. cum dimidio turonensium grossorum. — Item pro corrigiis de serico - IIII den. turonensium grossorum.

Item eidem magistro Yterio pro duobus sexternis et uno folio sermonum domini nostri - II flor auri, III den. turonensium grossorum. — Item pro XV pargamenis pro scribendis sermonibus predictis - VII den. turonensium grossorum.

Item eidem magistro Yterio, qui scripsit Ylarium super Matheum in duobus sexternis et III foliis maioris formae, ad rationem XVI den. turonensium grossorum pro sexterno quolibet - III flor. auri.

Item magistro Firmino scriptori pro XII sexternis maioris forme operis domini per ipsum scriptis super Matheum quinti voluminis, ad

rationem unius flor. auri cum dimidio pro sexterno quolibet - XVIII florenos auri.

Item magistro Galtero scriptori, qui scribit Rabanum super Iohannem pro III sexternis maioris forme - IIII flor. auri. — Summa omnium predictorum est - XLVII flor. auri, XLI den. turonensium grossorum, que summa fuit dicto fratri Iohanni soluta per dictum dominum Iacobum de Broa thesaurarium in L flor. auri V den. turonensium grossorum in VIII sol. IIII den.; singulis de III flor. auri pro XII den. turonensium grossorum computatis, aliis florenis in sua specie remanentibus.

f. 91a Die XX mensis iulii soluti sunt magistro Andree de Bennays illuminatori librorum pro illuminatura cuiusdam voluminis, in quo continetur consilia generalia, Rabanus super Geremiam et Ylarius super Matheum, in quo volumine sunt CXIIII littere de pinzello [90] per eum facte, ad rationem II den. valoziorum pro qualibet littera, valosio quolibet pro III den. monete currentis computato - LVII sol. monete currentis. — Item et pro duobus millibus III^{c} litteris floritis factis etiam per eum in dicto volumine, ad rationem III sol. valoziorum pro centenario, quolibet valosio ut supra computato - X lib. VII sol. monete currentis. — Item e pro IIII^{M} *[4000]* litteris parvis etiam factis per eum in dicto volumine, ad rationem VI den. coronatorum pro centenario, coronato quolibet pro III obolis monete currentis computato - XXX sol.; — in summa pro omnibus predictis - XIIII lib. XIIII sol. monete currentis. Et fuit sibi ut premittitur soluta in IIII flor. auri IX lib. IIII sol. monete currentis, singulis florenis pro XVII sol. VI den. monete currentis computatis.

Die V mensis septembris soluti sunt magistro Andree de Bennays illuminatori librorum pro illuminatura cuiusdam libri vocati Godalh [91], qui quondam fuit domini Guiraudi episcopi Agatensis [92]; videlicet primo ML litteris floritis, ad rationem IIII sol. pro centenario - XLII sol.; et pro VIII litteris partitis, ad rationem IIII den. monete parve pro littera qualibet - II sol. VIII den.; et pro una littera de pincello, precio XII den.; et pro VI^{c}LII verciculis, ad rationem VII den. pro centenario - III sol. III den.; et pro ligatura dicti libri - I flor. auri; — in summa pro omnibus predictis - I flor. auri XLVIII sol. XI den.

f. 91b Die VII mensis octobris soluti sunt magistro Andree de Bennays illuminatori librorum pro illuminatura cuiusdam libri quinti voluminis super evangeliis sancti Mathei operis domini nostri, videlicet pro LV litteris de auro ad rationem II den. valosiorum pro littera qualibet - IX sol. II den. valosiorum; et pro VII^{c} litteris floritis, ad rationem III sol. valosiorum pro centenario quolibet - XXI sol. valosiorum; et pro MII^{c} *[1200]* versiculis et paragrafis, ad rationem VI den. coronatorum pro centenario quolibet - VI sol. coronatorum; et pro ligatura dicti libri - I flor. auri — in summa

[90] Similem, licet minus exactam, descriptionem habes in Delisle, *Cabinet des manuscrits de la bibliothèque nationale de Paris*, I, 490*s*.

[91] Fortasse Adam Goddam, rectius Wodham ord. min.

[92] In *Gallia christiana VI*, 688 dicitur Geraldus III episc. Agathensis (Agde) electus 1332.

pro dictis omnibus - XXX sol. II den. valosiorum VI sol. coronatorum I flor. auri, que summa fuit, ut premittitur, dicto magistro Andree soluta in IIII flor. auri V den. turonensium grossorum argenti; singulis valosiis pro III den. et coronatis pro II den. monete currentis computatis.

Die VIII mensis novembris soluti sunt magistro Andree de Bennays illuminatori librorum pro illuminatura cuiusdam voluminis vocati *Expositio sancti Ambrosii super epistolas Pauli* et *Rabanus super Ieremiam;* et primo pro XXX litteris aureis, precio II den. valosiorum pro littera qualibet, valosio quolibet pro III den. monete currentis computato, valent XV sol. dicte monete; — et pro II^c^ litteris floritis, precio III sol. valosiorum pro centenario, quolibet valosio ut supra computato, valent XVIII sol.; — et pro MII^c^ tam versiculis quam paragrafis, precio III den. valosiorum pro centenario, valent, valosio ut supra computato, - IX sol.; et pro ligatura dicti voluminis - I flor. auri — in summa tam pro illuminatura quam ligatura - I flor. auri, XLII sol. monete parve. f. 92a

Eadem die (22 m. decembris) soluti fuerunt magistro Andree de Bennays illuminatori librorum pro illuminatura cuiusdam libri Mathei quinti voluminis [93], videlicet pro VI litteris de pinzello per eum factis, ad rationem II den. valosiorum pro littera qualibet, valent, computato valosio pro III den., - III sol. — et pro II^c^ litteris floritis ad rationem III sol. valosiorum pro centenario, valent, valosio ut supra computato, - XVIII sol.; — et pro VI^c^ tam versiculis quam paragrafis ad rationen III den. valosiorum pro centenario, - valent IIII sol. VI den.; et pro ligatura dicti libri - I flor. auri — in summa pro predictis - I flor. auri XXV sol. VI den. — *[L. c. n. 185].*

Die XII mensis augusti dati fuerunt fratri Iohanni de Sampinhi monacho monasterii Urcicampi Noviomensis diocesis ordinis Sisterciensis, qui de mandato sui abbatis missus fuit cum quibusdam libris domino nostro pape, videlicet pro expensis per eum factis pro predictis libris adportandis cum uno saumerio et uno equo cum famulo [94] - XXI lib. VIII sol. monete predicte. — *[L. c. n. 185].* f. 135a

28. Die X mensis februarii [1341] soluti fuerunt religioso viro fratri Iohanni Engilberti cambrerio domini nostri pape, recipienti nomine notariorum seu scriptorum inferius nominatorum, pro scripturis per eos factis pro domino nostro papa a die XX mensis ianuarii de anno domini M°CCC°XL usque ad presentem diem [1340-1341]; — et primo pro LIIII sexternis maioris forme in pergameno, scriptis per magistrum Galterium Alamannum super Iohannem, Ieremiam et Cantica, de assencione beate Marie virginis ac Hugonem de sancto Victore super contemplatione anime, super psalterium ac archa Noe et super didascalon de studio legendi et in- f. 82b

[93] Procul dubio pars « operis domini nostri » i. e. Benedicti XII.

[94] Solvebantur ei in itinere singulis diebus 10 sol., Avenione commoranti 12 sol.

stitutione novitiorum, ad rationem XVI den. turonensium grossorum argenti pro sexterno quolibet - LXXII flor. auri.

Et pro XXVII sexternis maioris forme scriptis per magistrum Guillelmum Prepositi super epistolas Pauli et consiliorum, ad rationem XVI den. turonensim grossorum argenti pro sexterno quolibet - XXXVI flor. auri.

Et pro XXIIII sexternis maioris forme factis per magistrum Iohannem Soffredi super Augustinum de corpore Christi et cathegorie ac canones, ad rationem XVI den. turonensium grossorum argenti pro sexterno quolibet - XXXII flor. auri.

Et pro XVI sexternis factis per magistrum Firminum super Matheum quinti voluminis, ad rationem unius flor. auri cum dimidio pro sexterno quolibet - XXIIII flor. auri; — et pro IIII sexternis maioris forme etiam factis per magistrum Firminum ad rationem II flor. auri pro sexterno quolibet - VIII flor. auri.

Et pro XX sexternis maioris forme factis per dictos scriptores super IIII voluminibus operis domini nostri super Matheum, ad rationem I flor. auri pro sexterno quolibet - XX flor. auri.

Item pro ligatura quorundam librorum domini Rothomagensis cardinalis [95], videlicet Ambrosii super *Beati immaculati* et super evangelium beati Luche et super epistola ad Romanos et Corintios *[Gr. 369]* - I flor. auri; — et pro ligatura cuiusdam libri Hugonis de [96] meditatione super *Magnificat*, de claustro anime - XVI den. turonensium grossorum argenti; — et pro ligatura cuiusdam libri Ricardi [96] super *Quare fremuerunt* et pluribus aliis psalmis et de contemplatione Beniamin maioris et super *Missus est* et super somnium Nabugadanazor *[Gr. 291]* - I flor. auri; — et pro ligatura cuiusdam alterius libri Augustini contra Iulianum et annotationum (?) in Iob et contra Felicem Manicheum de substancia dilectionis - VIII den. turonensium grossorum; — et pro ligatura alterius libri Rabani super Ieremiam et Matheum *[Gr. 258]* - VIII den. turonensium grossorum; — et pro ligatura alicuius alterius libri Origenis super quinque libris Moysi et super epistolas Pauli - XVI den. turonensium grossorum. — Summa omnium predictorum est - CXCVI flor. auri, que summa fuit dicto domino fratri Iohanni soluta in IIᶜ flor. auri, singulis de IIII flor. pro XII den. turonensium argenti computatis, aliis florenis in sua specie remanentibus.

Die V mensis aprilis soluti fuerunt magistro Andree de Bennays illuminatori librorum pro illuminatura cuiusdam libri vocati *Tractatus beati Gregorii et Ieronimi;* videlicet pro XIII litteris aureis, ad rationem IX sol. pro centenario - XX sol. III den.; et pro IIIIᶜ verciculis et paragrafis, precio IX den. pro centenario - III sol.; — et pro IIᶜXXV litteris floritis ad rationem IX sol. pro centenario - XX sol. III den.; — et pro ligatura dicti libri et copertura eiusdem de corio viridi - XX sol.

[95] Petrus Rogerii de Malomonte, qui paullo post renuntiatus est Clemens VI.

[96] De s. Victore.

Die XXVI mensis maii soluti fuerunt magistro Andree de Bennays illuminatori librorum pro illuminatura duorum voluminum operis domini super Matheum et Hugonem de sancto Victore; et primo pro LX litteris aureis, precio VI den. pro littera qualibet - XXX sol.; — et pro LXV litteris partitis, precio IIII den. pro littera qualibet - XXI sol. VIII den.; — et pro MII^{c}XXII litteris floritis, ad rationem IX sol. pro centenario quolibet - V lib. X sol.; — et pro VII^{M} verciculis et paragrafis, precio VII sol. VI den. pro miliari quolibet LII sol. VI den.; — et pro ligatura cuiusdam voluminis tabule domini nostri super Matheum - XII sol.; — in summa pro predictis - XI lib. VII sol. III den. parve monete.

Die XXVIII mensis iunii soluti fuerunt magistro Andree de Bennays illuminatori librorum pro illuminatura cuiusdam libri operis domini nostri super Riccardum et Hugonem de sancto Victore; et primo pro LXVII litteris aureis, precio VI den. parve monete pro littera - XXXIII sol. VI den.; — et pro MIIII^{c} litteris floritis, precio IX sol. pro centenario quolibet - VI lib. VI sol.; — et pro IIII^{M} tam verciculis quam paragrafis, precio VII sol. VI den. pro miliari - XXX sol.; — in summa pro predictis - IX lib. IX sol. VI den. in obolis albis argenti regis Roberti, singulis pro XV den. computatis.

Die XIII mensis decembris soluti fuerunt magistro Andree de Bennays illuminatori pro ligatura cuiusdam libri domini nostri super quodam libro magistri Hugonis de sancto Victore, in quo sunt XLVI sexterni et copertura cum firmatoriis de serico et postibus - XXX sol. monete *[parve]*. — *[L. c. n. 192* et *n. 190, f. 80* et *n. 191, f. 82]*.

29. Anno quo supra [**1342**] die XXIX mensis ianuarii soluti sunt fratri f. 80a
Iohanni Engilberti, cambrerio domini nostri pape pro sexternis infrascriptorum per certos scriptores scriptis.

Et primo pro XLII sexternis maioris forme super Richardum, Hugonem de sancto Victore et Matheum sexti voluminis pro domino nostro papa, ad racionem XVI den. III grossorum argenti pro sexterno quolibet - LVI flor. auri, et pro medio sexterno dicti operis unum florenum auri.

Et pro scriptura, pergamenis et illuminatura XII sexternorum tabule operis domini nostri super quinto volumine super Matheum - XIIII floreni auri.

Et pro uno sexterno vocabulorum - I flor. auri. — Et pro IX foliis finis operis magistri Riccardi scribendis - I flor. auri. — Et pro subscriptione Hugonis, in quo sunt XLIIII sexterni - I flor. auri.

Et pro scriptura IIII sexternorum super questione de visione et XII questionibus et sermonibus domini nostri pape - IIII flor. auri; — in summa in omnibus predictis - LXXVIII flor. auri.

Die XIX mensis aprilis soluti fuerunt magistro Andree de Bennays illuminatori librorum pro illuminatura sexti libri super exposiciones evan-

gelii secundum Matheum; videlicet pro XXXVI litteris aureis, ad racionem VI den. pro littera qualibet - XVIII sol. — et pro V^cL (550) litteris floritis in eodem libro, ad racionem IX sol. pro centenario quolibet - XLIX sol. VI den. — et pro MV^c (1500) paragrafis et versiculis in eodem libro, ad racionem IX den. pro centenario quolibet - XI sol. III den.; — et pro ligatura et tensura et copertura cum IIII firmaturis de serico - XXX sol.

Et pro ligatura cuiusdam alterius libri scripti in papiro, coperti pelle alba X sol.; — in summa pro predictis V lib. XVIII sol. IX den. in obolis albis regis Roberti, singulis pro XV den. computatis.

f. 86b Die prima mensis iunii soluti fuerunt fratri Iohanni Engilberti penitenciario domini nostri pape, recipienti nomine magistri Firmini scriptoris pro VII sexternis cum dimidio factis per eundem magistrum Firminum super Matheum bone memorie domini Benedicti pape XII a die XVIII mensis februarii proxime preteriti usque ad diem obitus dicti domini Benedicti ad racionem XVI den. turonensium grossorum pro sexterno quolibet; et pro XIII figuris faciendis super Ezachielem (!) - III flor.; — in summa pro omnibus predictis - XIII flor. auri. — *[L. c. n. 194* et *n. 191, f. 72]*.

Tempore Clementis VI (1342-1352).

30. Die IX februarii [1343] solvimus Galtero canonico sancti Thome Argentin. scriptori concordanciarum domini nostri pro XVI duodenis pergamini ad rationem pro qualibet duodena unum flor., valent XVI flor. — *[L. c. n. 208* et *n. 220, f. 114*b*]*.

31. Die IX mensis iunii [1346] computavit reverendus pater dominus Petrus dei gratia episcopus Crassensis de scripturis factis a die promocionis domini nostri pape Clementis VI in modum, qui sequitur.

Et primo computat solvisse pro concordanciis biblie, in quibus sunt LXXXIX sexterni, tam pro pergamenis, rasura ipsorum, quam pro scriptura, illuminatura, ligatura, correttura et extensura in summa - III^cXXVII flor. XII sol. VI den.

Item pro quodam libro Rabanus super libris Levitici, Machabeorum et Apocalipsis, super Canticis Canticorum; Aymone super Apocalipsi *[Gr. 262]*, in quo libro sunt XLIIII sexterni, tam pro pergamenis, rasura, scriptura, illuminatura, quam correttura et ligatura in summa - CII flor. XII sol. II den.

Item pro prima parte milleloquii [97], in quo sunt XLV sexterni, tam pro pergamenis *[etc. ut paullo ante]* - LXXXIX flor. III sol. VIII den.

Item pro tabula super manipulo sanctorum, in qua sunt sexterni XXV, in pergamenis *[etc.]* - LXVI flor. XV sol. VI den.

[97] Bartholomaei de Carusis ord. s. Aug. episcopi Urbinatis, Clementi VI inscriptum.

Item pro tabula super epistolis Augustini et aliis pluribus libris, in qua sunt XXXVII sexterni, pro pergamenis *[etc.]* - XCII flor. XVI sol. VI den.

Item pro quodam libello de vita beatorum Martini et Brici et pluribus aliis epistolis, in quo sunt V sexterni, pro scriptura *[etc.]* - XI flor. XXII sol. I den [98].

Item pro scriptura VI sexternorum de libris Ioachim, tam pro scriptura *[etc.]* - XII flor. VI sol.

Item pro cronica Euzebii, Ieronimi et aliorum super Apocalipsi, in qua sunt XXV sexterni, pro pergamenis *[etc.]* - LIIII flor. XIII sol. IIII den.

Item pro quodam volumine, in quo sunt XV libri de trinitate, in quo sunt XV sexterni, in pergamenis *[etc.]* - XXXII flor. VII sol.

Item pro quodam volumine de sermonibus domini nostri pape, in quo sunt XXXVII sexterni, tam pro pergamenis *[etc.]* - LXXXII flor. V sol. VI den. — Summa omnium et singulorum premissorum fatta reductione de pecunia ad florenos, qui sunt sibi soluti - VIII^c^LXXI flor. XVIII sol. III den. — *[L. c. n. 248, f. 123*a*; n. 243, f. 129*a*; n. 247, f. 130*a*]*.

32. Die II mensis septembris [**1346**] solvimus Roberto Carpentarii clerico pro scribendo uno provinciali [99] in pargamena, continente nomina omnium ecclesiarum cathedralium et titulorum dominorum cardinalium - XX. sol.

Die XXIIII mensis octobris computavit dominus Iacobus Garnoti de rebus infrascriptis prout sequitur; et primo computavit pro illuminatura II breviariorum domini nostri; videlicet pro CXLIIII litteris deauratis magnis, ad rationem XVIII den. pro qualibet, valent - X lib. XVI sol. — Item pro V^c^ litteris parvis ad rationem III den. pro qualibet, valent - VI lib. V sol, — Item pro XLVIII litteris magnis factis in alio opere sine auro, sed solum cum azurio et rubro, ad rationem II den. pro qualibet littera - VIII sol. — Item pro CCL litteris parvis factis in dicto opere cum azurio et rubro, ad rationem II sol. pro centenario - V sol. — Item computat solvisse pro pergameno - XXII sol. VII den. — Item pro scriptore, qui scripsit officia nova in dictis II breviariis domini nostri - IIII flor. IIII grossos, — Item pro ligatura unius breviarii ac ligatura et reparatione alterius breviarii domini nostri IIII flor. IIII sol. — Summa omnium premissorum - XXII flor. XLIII sol. VII den. parve IIII grossorum turonensium, que fuerunt sibi soluta in XXIIII flor. III sol. VII den. — *[L. c. n. 243, f. 129*b*]*.

33. Die IX mensis novembris [**1352**] frater Petrus, Vasionensis [100] episcopus, domini nostri Clementis pape VI confessor, pro infrascriptis scripturis prout sequitur.

[98] In n. 248, f. 123*a*: XI flor. XXII sol. I den.

[99] Liber provincialis Romanae ecclesiae.

[100] Anno 1351 solvebantur eidem episcopo pro scriptoribus singulis mensibus quinquageni fere floreni.

Et primo computat solvisse pro libro Senece scripto pro prefato domino nostro, videlicet pro primo volumine, in quo sunt XXXVI septiman*[e]*, in quibus sunt XXIII duodene pergamenorum maioris forme, precium cuiuslibet duodene florenus cum dimidio, valent - XXVII flor. — Item pro qualibet de [101] XVIII duodenis in rasura III sol. [102] VI den. valent - LXIII sol. — Item pro quolibet de XXXVI sexternis in scriptura, videlicet textus et glosa II flor. - LXXII flor. — Item in illuminatura, videlicet in XVIII milibus CLVII paragrafforum, pro quolibet miliari X sol., valent - IX lib. XVIII den. — Item in litteris magnis tam partitis quam floretatis - VII flor. XI sol. — Item pro quolibet de XXXVI sexternis in correctura VIII sol. XI [103] den., valent - XV lib. VI sol. — Item pro ligatura eiusdem voluminis - III flor. XII sol. — Summa pro primo volumine - CIX flor. XXVIII lib. XIII sol. VI den.

Item in secundo volumine eiusdem sunt XXXV sexterni [104] cum dimidio, in quibus sunt XVII duodene et IX pelles pergamenorum maioris forme, precium cuiuslibet duodene I flor. cum dimidio, valent - XXVI flor. XV sol. — Item pro quolibet de XXXV sexternis cum dimidio in scriptura II flor., valent - LXXI flor. — Item pro qualibet de XVII duodenis et IX pellibus in rasura III sol. IX den., valent - LXVI sol. VI den. obolos et pogese. — Item pro XVII millibus VI^{xx} [105] et uno paragraforum, pro quolibet M X sol. IX den., valent - IX lib. IIII sol. — Item pro magnis litteris tam partitis quam floretatis - VI flor. IX sol. III den. — Item pro quolibet de XXXV sexternis cum dimidio in correctura VIII sol. IX den., valent - XV libr. X sol. VII den. obolos. — Item in ligatura eiusdem voluminis - III flor. XII sol. — Summa pro secundo volumine - CVII flor. XXIX lib. XVII sol. V den. pict*[aviensium]*.

Item in scripto Alberti, quod vocatur ystoria Aristotelis de animalibus [106] sunt XLIII sexterni, in quibus sunt XXI duodena cum dimidia pergamenorum maioris forme, precium cuiuslibet duodene I flor. cum dimidio, valent - XXXII flor. VI sol. — Item pro quolibet de XLIII sexternis in scriptura I flor. cum dimidio, valent - LXIIII flor. XII sol. — Item pro quolibet de XLIII sexternis in correctura IX sol., valent - XIX lib. VII sol. — Summa - XCVI flor. XX lib. V sol.

Item in textu ystorie de animalibus sunt XVII sexterni, in quibus sunt VIII duodene cum dimidia pergamenorum, precium cuiuslibet duodene I flor. cum dimidio, valent - XII flor. XVIII sol. — Item pro quolibet de XVII sexternis in scriptura I flor. cum dimidio, valent - XXV flor. XII sol. — Item pro quolibet de XVII sexternis in correctura IX sol., valent - VII lib. XIII den. — Summa - XXXVII flor. IX lib. III sol.

101 Ms. *die.*

102 Ms. *III sol. in summa.*

103 N. 265 habet: VIII.

104 N. 165 habet: XXXV septim. sexterni.

105 17, 120. Ut enim etiam nunc gallice dicunt: « quatre vints » 80, sic olim dicebant: « sexies vicena » 120.

106 Fortasse Ur. 43.

Item sunt scripte tam collationes quam sermones de novo facte per dominum nostrum papam post alios magnos sermones, qui sunt in uno magno volumine III librorum; in quibus quidem collationibus seu sermonibus de novo factis sunt X sexterni, scriptura cuiuslibet I flor., valent - X flor. — Item sunt in eodem V duodene pergamenorum, precium cuiuslibet XXX sol., valent - VII lib. X sol. — Summa - X flor. VII lib. X sol.

Item pro ponendo lanternas in XXVII voluminibus de novo scriptis, a tempore, quo dominus noster fuit papa usque nunc, tam pro cedulis scriptis, quam depinctione armorum suorum, quam etiam pro salario operariorum - VIII flor. XV sol. IIII den.

Item pro ponendo cedulas cum depinctione armorum domini nostri in posteriori parte omnium librorum [107], quos tempore cardinalatus et antea habebat usque modo, in universo - VII flor. XIII sol. IX den.

Item pro ligatura libri moralium super Iob et pro secunda secunde sancti Thome, quorum postes erant fracte et pro parvo libro, in quo dicuntur hore beate Virginis III flor. XIII sol. - Pro ligatura libri Ioachim de seminibus scripturarum et pro ligatura questionum sancti Thome, in universo II flor. XVIII sol. — Item pro ligatura libri Originis [108] super Penthetacon et super Canticis Canticorum I flor. XII sol. — Item pro ligatura libri, in quo dominus noster dat indulgentiam sive benedictionem populo - XIIII sol. [109].

Item pro ligatura magni breviarii tam pro serico, quam pro aliis necessariis - III flor. XII sol. — Item pro signaculis de sirico cum botonibus in IIII voluminibus breviariorum positis et pro signaculis positis in parvo libro beate Marie antedicto - II flor. XVIII sol. VI den. — Item pro firmaturis de argento eiusdem libri de novo factis - I flor. III sol.

Item pro portando et reportando libros, quando dominus noster papa ivit penultima vice ultra pontem [110] - IX sol. VIII den.

Item pro ligatura IIII voluminum concordanciarum de franddititionibus [111] - II flor. XII sol.

Item in libro, qui vocatur *Exameron Basilii Cesarensis episcopi*, sunt IIII sexterni, scripura cuiuslibet unum flor., valent - IIII flor. — Item in alio, qui vocatur *Exameron Bede*, sunt X sexterni, scriptura cuiuslibet I flor., valent - X flor. — Item *[in]* istis ultimis II libris, qui sunt in uno volumine, sunt VII duodene pergamenorum minoris forme, precium cuiuslibet duodene

[107] De uno ex his libris, qui etiam nunc cum sua « cedula » in BIBLIOTHECA NATIONALI PARISIENSI asservatur, vide Ur. 892.

[108] Ur. 449.

[109] Fortasse ad hanc indulgentiam referenda sunt: *Ultima aprilis* [1357] *pro III anulis in cathedra domini nostri pape ad deportandum eum ad fenestram pro indulgencia*, (l. c. n. 282, f. 155*b*). — *Pro LX frachiis positis in fenestra, in qua datur indulgencia*, (l. c. n 248 (1347), f. 147*b*).

[110] Id est Villam Novam in altera ripa Rhodani.

[111] N. 265 fradditionibus.

XXII sol. VI den., valent - VII lib. XVII sol. den. — Item pro illuminatura eorumdem librorum in universo - IIII flor. XII sol. — Item pro ligatura - II flor.

Pro locione duarum mapparum altari serviencium et pro duabus albis pro domino nostro papa tam pro savone quam pro aliis - XI sol. — Summa - XLIX flor. XVI lib. I sol. IX den.

Summa totalis omnium premissorum - IIII^{c}VIII flor. CXI lib. X sol. VIII den. pict*[aviensium]*. — Que pecunie summa fuit eidem soluta in V^{c} flor. XXII sol. VIII den. pict., singulis de XCII flor. pro XXIIII sol. computatis, reliquis IIII^{c}VIII in specie sua remanentibus, pro quibus receperat a camera, prout in expensis libri camere pontificatus an. 10° continetur, summas infrascriptas, videlicet: die XXII mensis iunii C flor., die XXIX mensis octobris C flor., die IX mensis februarii LXXX flor., die XVIII mensis maii LXXX flor., et sic restat, quod debentur sibi et soluti fuerunt dicta die IX mensis novembris, inclusis C flor. sibi ultra predictas summas mutuatis die III octobris proxime preteriti, CXL flor. XXII sol. VIII den. oboli. — *[Archiv. Avenion. Camerae apostol. rationes n. 462, f. 325*a *et Introitus et exitus camerae apostol. n. 265, f. 143*a*]*.

Tempore Innocentii VI (1352-1362).

34. Item [die ultima aprilis **1353**] magistro Rostagno Berqui pro CLXXXIIII dietis fusteriorum, qui operati fuerunt in faciendo armarios in camera thesauri et in camera, que est iuxta thesaurariam pro tenendo libros... Item pro fusta empta a Petro Gauterii tam pro armariis de novo factis in camera thesaurarie, que est supra cameram domini nostri pape, et in camera parva, que est contigua thesaurarie pro libris tenendis... *[L. c. n. 269]*.

35. Die IX mensis septembris [**1354**] soluti fuerunt Iohanni Annoti clerico commoranti Avinione pro scribendo in pergameno tabulam provincialem [112] cum summis (?) serviciorum pro camera apostolica necessariorum - V flor. [113]. — *[L. c. n. 272, f. 213*a*]*.

36. Die eadem [30 mensis septembris **1356**] facto computo cum domino Petro episcopo Tholonensi [114] de duabus serraturis pro armariis librorum parve librarie [115] parvi tinelli et pro faciendo scribi et illuminari psalmum

[112] Vide paullo ante p. 163, not. 99.

[113] Paullo post adiunctus est alius florenus ex « ordinatione camere, quia non contabatur. »

[114] Vide paullo post p. 176.

[115] Sitne « parva libraria » camera illa iuxta thesaurariam, de qua paullo ante n. 34 mentio facta est? — Vide praeterea l. c. n. 282 (1357), f. 154*a*: *Item pro XXXIII cannis*

« *Letatus sum* » cum orationibus de pace pro quibusdam oratoriis pro missali domini nostri pape et pro natis dicte librarie, repertum est sibi deberi prout in alio libro continetur - LVI sol. et I flor. valent - III flor. VIII sol. — *[L. c. n. 280, f. 97*b*]*.

37. Die ultima m. martii [**1357**] soluti fuerunt Petro de Lemovicis [116] quos tradiderat et solverat Alano Laudebri clerico Briton. pro scripturis et libris factis super statuta civitatis et episcopatus Avinionensis in pergameno, ut remaneant semper in camera thesaurarie, ipso manualiter recipiente - VII flor. XX sol.

Die XX mensis novembris soluti fuerunt Bartoloto de Parisius illuminatori habitatori Avinionensi pro illuminatura et ligatura unius speculatoris et unius voluminis pro domino nostro et unius libri continentis statuta civitatis Avinionensis et alterius decimarum pro camera thesaurarie, ipso recipiente manualiter - VI flor. — *[L. c. n. 282, f. 233]*.

38. Die eadem [30 m. novembris] facto computo cum domino Petro episcopo Toloniensi de quodam libro super ceremoniis curie romane continentem XVIII quaternos et VIII folia per eum facto fieri, ad rationem pro quolibet quaterno IIII sol., valent - LXXII sol.; item pro ligatura et illuminatura - XII sol. — repertum est sibi deberi - IIII lib. IIII sol.; valent - III flor. XII sol., singulis florenis pro XXIIII sol. computatis. — *[L. c. n. 283, f. 115*b*]*.

39. Die XXV [m. iunii **1358**] solvi Bartholomeo illuminatori, habitatori Avinionensi pro illuminando unum librum sacramentorum Iudeorum [117], qui est in camera thesauri, ad relationem domini Arnaudi de Moleriis - II flor.

Die XXIIII iulii soluti fuerunt ad relationem domini Arnaldi de Moleriis Herveo de Vico clerico Leonensis diocesis, qui scribit certas epistolas et cronicas in camera thesaurarii, videlicet pro tribus quaternis, ad rationem pro quolibet XVIII sol., ipso recipiente manualiter - LIIII sol. — *[L. c. n. 284, f. 92*a*; n. 286, f. 236]*.

IIII palmis quadratis de taulamento pro armariis ad tenendum libros factis in turri magna iuxta thesaurariam parvam. — Deinde l. c. n. 286 (1358), f. 156*b*: *Pro II saralhis casse in camera domini thesaurarii, in qua ponuntur libri palatii Avinionensis.*

[116] In libris introitus et exitus camerae apost. n. 282 (1357), f. 259*a* recensetur *Petrus de Lemovicis scriptor domini nostri.*

[117] Plurimos libros contra iudaeos vide in *inventario* Gregorii XI, n. 1343 *s.*

Tempore Urbani V (1362-1370).

40. Die [8 m. aprilis **1363**] soluti fuerunt ad relacionem domini Raymundi abbatis monasterii Psalmodiensis Francisco de Laude librario romanam curiam sequenti pro scriptura sex parvorum librorum pro tinello domini nostri pape ad dicendum gratias et quibusdam aliis scripturis extractis per ipsum Franciscum de pontificali domini nostri pape, necessariis pro sacra (!), ipso Francisco manualiter recipiente - VI flor. fort. — *[L. c. n. 300, f. 184*a *et n. 304, f. 183*a*]*.

41. Die XXIIII maii soluti et traditi fuerunt de mandato, quo supra, domino Bonopari domini nostri pape subdiachoni pro emendis libris pro pauperibus studentibus mittendis per ipsum dominum nostrum papam Bononie ad studendum, Iohanne de Valleta scutifero ipsius domini subdiachoni pro ipso manualiter recipiente - III^{c} flor. camere. - *Alia solutio VI^{c} flor.* — *[L. c. n. 306, f. 96*a, *97*b*]*.

42. Die XI mensis novembris [**1364**] soluti fuerunt Francisco de Laude taxatori librorum in curia romana commoranti pro copiando, illuminando et ligando parafium vadiorum ordinariorum familiarium et officialium domini nostri pape pro usu thesaurarie, ipso manualiter recipiente - III flor. sentencie [118]. — *[L. c, n. 308, f. 78*b*]*.

f. 229b **43.** Die VIII mensis ianuarii [**1365**] soluti fuerunt domino Gaufrido Monachi presbitero Baiocensis dyoc., qui copiavit quedam statuta collegii sancti Marthyalis Tholosani, que fecit dominus felicis recordationis dominus Innocencius papa VI, que idem dominus noster *[Urbanus V]* papa vult videre pro collegio sive conventu, quod intendit facere in Montepessulano [119], ipso manualiter recipiente - II flor. camere, XII sol.
f. 230a Die XXVIII dicti mensis aprilis soluti fuerunt de mandato domini nostri pape Bruno dicto Mens clerico domini cardinalis Vabrensis [120] pro expensis factis et solutis per episcopum Assisii pro scripturis scriptis contra Grecos de mandato quo supra, videlicet papiro, scriptura XIIII sexternorum pergamene, labore scriptorum, bina illuminatura, ipso Bruno manualiter recipiente - X flor. ad grayletum, XVI sol. — *[L. c. n. 311 et n. 308, f. 995*a, *120*a*]*.

[118] Distinguendi ab florenis camere.

[119] Legimus enim in vita 1*a* Urbani (Baluze, *Vitae paparum Avenion.* I, 395): « In Mon-« tepesulano, ubi specialiter solet vigere scientia medicinae, instituit unum collegium duo-« decim scholarium, qui studerent in dicta facultate, et in ipsa haberent residere; pro « quorum sufficienti sustentatione redditus certos acquisivit et ordinavit. » — Vide p. 139 huius voluminis et paullo post n. 47.

[120] Guilelmus Bragose, episcopus Vabrensis, renuntiatus cardinalis an. 1361.

44. Die XVII mensis [aprilis] soluti fuerunt Octobono de Goano de Ianua pro portu, naulo et vectura certorum librorum missorum apud Bononiam [121] pro scolaribus, quos ibidem dominus noster papa tenet, ipso manualiter recipiente pro Francisco Maulatini de Ianua - XXXIIII flor. camere. — *[L. c. n. 302, f. 56*a*]*.

45. Die XXIX dicti mensis augusti [**1366**] soluti fuerunt de mandato domini nostri pape dominis Iohanni Carrerie, Iohanni Rosseti et Iohanni Lardati domini nostri pape scriptoribus facientibus inventarium privilegiorum et regestrorum ac licterarum ecclesie romane [122] de mandato predicto, qui fecerunt usque nunc per XXVI dies, ista die inclusa, finitis, ad rationem pro quolibet qualibet die VIII sol. valent - CXV lib. IIII sol. — *His adiungitur* « dominus Iacobus de Syrano, licentiatus in decretis, » *cui singulis diebus solvuntur XII sol. — Alie solutiones notantur n. 320, f. 49*a, *die 21 m. decembris 1366; f. 90*a, *die 9 m. aprilis 1367; f. 109*b *die 31 m. maii. — [L. c. n. 318, f. 123*a*]*.

46. Eadem die [10 octobris] soluti fuerunt Antonio de Sexto de Mediolano stationario habitatori Avinionensi pro quibusdam decretalibus in uno volumine ab ipso emptis pro scolaribus, quos dominus noster papa tenet in studio, ad relationem domini Bernardi de s. Stephano cubicularii domini nostri pape, ipso Antonio recipiente manualiter - XX flor. ad grayletum. — *[L. c. n. 302, f. 101*a*]*.

47. Die XXI dicti mensis [decembris] soluti fuerunt de mandato domini nostri pape magistro Raimundo Salayronis medico domini nostri pape [123] pro certis libris medicine, quos de dicto mandato emit pro studentibus, quos idem dominus noster papa tenet in Montepessulano [124] in medicina studentibus, Poncio de Malobosco scutifero ipsius magistri Raimundi pro ipso manualiter recipiente - XVI flor. ad grayletum. — *[L. c. n. 320, f. 49*a*]*.

Tempore Gregorii XI (1370-1378).

48. Die XV iulii [**1374**] computavit frater P*[etrus]* Amelii socius domini episcopi Appamiarum, confessoris domini pape de quibusdam scripturis et aliis expensis per ipsum factis pro domino papa ut sequitur: et primo com-

[121] Vide paullo ante p. 140, n. 7 et p. 143, n. 14. — L. c. f. 43. Die 23 m. sept. 1364 satisfit *pro portu X balarum de libris, quos dominus noster mictit pro studentibus in Bononia.*

[122] Cf. DENIFLE, *Die päpstlichen Registerbände des 13 Ihs und das Inventar derselben vom I. 1339* in DENIFLE-EHRLE, *Archiv*, II, 46.

[123] Vide MARINI, *Degli archiatri pontificj*, I, 82*s*.

[124] Vide paullo ante n. 43.

putavit solvisse pro X sexternis, quos scribi fecit de secretis secretorum et certis aliis, dando pro quolibet sexterno IX grossos - VII flor. VI gross. — Item pro rasura IIII duodenarum pergamenorum X s., pro litteris aureis et illuminatura ac ligatura dicti libri - III flor. XII sol. — *[Archiv. Avinionen., Rationes receptorum et expensorum camerae apostol. n. 466].*

49. Die XVIII dicti mensis augusti soluti fuerunt Guillelmo de Gresilha clerico Carnotensis dioc., qui scripsit et extraxit de libro censuali camere apostolice quendam tractatum [125] disputationis olim facte inter nonnullos Latinos et Grecos in partibus Grecorum et copiavit quendam rotulum continentem possessiones emptas per dominum papam ab illo de paternis, dicto clerico recipiente manualiter - II flor. communes XII sol. — *[L. c. n. 339].*

50. Die VIII dicti mensis [martii **1375**] soluti fuerunt fratri Petro Amelii socio domini R*[aymundi]* episcopi Appam*[iarum]* pro solvendo certis scriptoribus plures libros domini pape scribentibus, de quibus debet idem frater Petrus computare, ipso manualiter recipiente - L flor. communes. — *Idem recentur die 28 m. maii.*

Die IIII dicti mensis [iunii] soluti fuerunt Salamoni de Augentaria Iudeo pro rasura XXV duodenarum pergamenorum mediocris et minorum formarum pro libris, quos facit fieri dominus Petrus de Chassanhis pro domino nostro papa, ipso Iudeo manualiter recipiente - II flor. camere.

Die VIII huius mensis [novembris] soluti fuerunt domino Petro episcopo Senogaliensi pro expensis, quas fecit pro quodam libro vocato *Tabula originalium* pro domino nostro papa, domino episcopo manualiter recipiente XVII flor. communes. — *Idem recensetur die 26 m. octobris.*

Die eadem [26 m. novembris] soluti fuerunt domino Nicolao de Auximo secretario et protonotario domini pape pro VII raysmis papiri, quas fecit apportari de Fabriano pro usu sue secretarie - XIIII flor. camere. — Item pro duobus libris scriptis in greco et latino, quos de mandato domini pape fecit scribi. - XVIII flor. camere. — *[L. c. n. 342].*

Tempore Clementis VII antipapae (1378-1394).

51. [Die 8 m. novembris **1390**]. Item magistro Michaeli Buticularii scriptori, qui scribit unum missale pro domino nostro papa in deductionem laboris sui X flor. currentes; valent VIII flor. camere, XVI sol.

[125] Vide librum censuum in TABULARIO VATIC. armar. XXXV, vol. 18, in quo ff. 358*b*-373*a* leguntur acta et disputata a fratribus Hugone et Petro ord. praed. et fratribus Haimone et Radulpho ord. min. cum Graecis, ad quos eos Gregorius IX an. 1232 ablegaverat. Deinde ff. 573*a*-578*b* sequitur epistola patriarchae Niceni ad Gregorium IX. Habes

[Die 10 m. novembris 1390]. Item magistro Iohanni de Tholosa illuminatori librorum in deductionem eorum, que sibi debentur pro illuminatione unius missalis, quod facit fieri dominus noster papa XX flor. currentes, valent XVII flor. camere, IIII sol. [126].

Die XV dicti mensis [martii 1391] fuerunt soluti fratri Hugoni Tornatoris monacho priori de Bureriis pro pergamenis factura et illuminatura IIII^or parvorum librorum per ipsum factorum pro capella domini nostri pape XII flor. currentis, valent X flor. camere, VIII sol. [127].

[Die 12 m. octobris 1391]. Item Richardo Fabri scriptori, qui scribit pro domino nostro papa unum librum vocatum *De animalibus Alberti Magni* in deductionem laboris sui III flor. currentes, valent II flor. camere, XVI sol. — *[L. c. n. 367]*.

52. [Die XIX m. decembris]. Item Richardo Fabri scriptori, qui scribit librum Alberti Magni pro domino nostro papa pro suis expensis faciendis - II scuta auri, valent, quolibet pro XVII grossis computato - II flor. camere, XII sol. — *[L. c. n. 369]*.

53. [Die 14 m. ianuarii 1393]. Item Iaffeto Iudeo, qui religavit duo f. 72*b*
parva missalia domini nostri, ipso manualiter recipienti - II flor. currentium, valent I flor. camere, XX sol.

[Die 14 m. iunii]. Item Gauterio de Rodis illuminatori librorum, qui f. 117*b*
illuminat certos libros ecclesie ymaginibus pro domino nostro papa, in deductionem eorum, que sibi debentur - X scuta auri, valent, quolibet pro XXXIIII sol. computato - XI flor. camere novos, X sol.

[Die 14 m. iunii]. Item XII scriptoribus e tribus notatoribus, qui scri- f. 118*b*
bunt et notant libros pro una ecclesia Celestinorum [128], quam dominus papa fundare intendit, pro scripturis et notationibus per ipsos factis in septimana proxime preterita et presenti - XXXV flor. currentes et VIII sol. valent - XXVIII flor. camere novos, VIII sol.

[Die 6 m. iulii]. Item magistro Iohanni de Tholosa [129] illuminatori pro f. 130*a*
solvendo *[sexdecim]* scriptoribus et notatoribus, qui faciunt libros Celestinorum, quos dominus noster papa vult mittere apud Anessiacum Gebennensis diocesis - XXV flor. currentes, valent - XX flor. camere novos [130]. — *[L. c. n. 370]*.

haec monumenta typis impressa in QUÉTIF-ECHARD, *SS. ord. praed.*, I, 911 *s.* et in LABBÉ-MANSI, *Collectio conciliorum*, XXIII, 279 *s.*

[126] Cf. Archiv. Avenion. *Rationes receptorum et expensorum camerae apostol.* n. 367, f. 79*b*, 126*b*, 157*a*; n. 370, f. 60*b*.

[127] Cf. l. c. n. 367, f. 173*b*; n. 370, f. 69*a*.

[128] Clemens e comitibus Gebennensibus oriundus singulari affectu prosequebatur Coelestinos; cf. BALUZE, *Vitae pap. Aven.*, I, 538.

[129] F. 132*b*: « Item uxori magistri Iohannis de Tholosa illuminatori, que religat libros, pro duobus parvis libris religandis pro camera apostolica - XII sol. »

[130] Cf. l. c. n. 370, f. 122*ab*, 136*a*, 137*b*, 139*b*, 141*b*, 142*b*, 151*a*.

Tempore Benedicti XIII antipapae (1394-1423).

54. Die XII dicti mensis [ianuarii **1396**] fuerunt soluti Bernardo de Fita clerico Auxitane diocesis pro tribus copiis inventarii yocalium domini nostri pape penes certos mercatores Avinionenses in pignore existentium per ipsum scriptis - II flor. camere. — *[L. c. n. 372].*

55. Item dedi [die 1 m. novembris] XI flor. currentium, VII grossos duobus Iudeis scribentibus ebraicam litteram in Pugione.

Item dedi pro pergamenis ad complendum unum librum Pugionis, in quo deficiebant certa caterna e pro libro evangeliorum, quem dominus noster mandat scribi - III scut.

[In fine m. ianuarii **1397**]. Item dedi Iudeo legatori librorum pro ligando et cooperiendo tres libros Pugionis [131], registrum Gregorii, unum Catolicon, unum digestum vetus et pro ponendis firmaliis in Mare ystoriarum - VII flor. currentium.

Item pro ligando Martinianam et alium librum - I flor.

Item [23 m. mai] solvi pro illuminatura libri de consideratione ad Eugenium cum deauratura et ligatura - XVIII flor. currentes. — Item solvi pro pergamenis dicti libri in diversis vicibus - V flor. IX grossos.

Item dedi Guillelmo scriptori pro una fopalanda de mandato domini nostri - XIII flor. currentes. — Item dedi Guillelmo scriptori pro glassa, incausto et calamis - I flor.

Item eciam solvi pro quinque duodenis pergamenorum et VII pellibus pro psalterio breviarii, quod dominus noster mandat scribi per Guillermum - VI flor. currentes, III grossos.

Item [16 m. augusti] in crastinum assumptionis beate virginis solvi pro XXX firmaliis latoni pro XXX libris apostill*[atis]* biblie cum aliis expensis factis in ponere ea in dictis libris e pro ligatura parvi Pugionis *[Gr. 1654]* IX francos.

Item solvi pro illuminatura evangelistarii, qui fuit scriptus in camera mea - IX flor. IIII grossos. — Item pro ligatura dicti libri cum clausoribus - II flor., qui valent in francis - IX francos grossos. — *[Rationes camerae in 8o].*

§ 3. **Ex documentis allatis illustratur origo bibliothecae Avenionensis.** — Imprimis moneo, quae paullo ante excerpsi et vulgavi documenta, fortasse non omnia omnino esse, quae de re nostra in tot *registrorum* ac *camerae apostolicae* voluminibus con-

[131] Is a plerisque Raimundo Martin ord. praed. attribuitur. — De hoc insigni exemplari vide paullo post in recensione Gregorii XI n. 1653, ubi de eo accuratius agam.

tineantur, et procul dubio nec omnia, quae ad constituendam bibliothecam Avenionensem acta sunt, litteris esse consignata nec omnia in libros relata ad nos pervenisse. Volumina *expensarum* quidem, quae ad rem nostram spectent, quantum impedito nonnihil eorum usu fieri potuit, fere omnia evolvi; e *registris* vero ea tantum sum expiscatus, quae ex aliorum schedis ad meam notitiam devenerant. Nihilominus quae attuli mihi sufficere videntur, ut quibus potissimum viis et rationibus insignis illa librorum copia sit congesta, perspiciamus.

Atque ex *registris* quidem discimus, libros alios alio consilio a pontificibus esse conquisitos. Scripta enim Michaelis de Caesena et Raimundi Lull [132], cum multis essent conspersa erroribus, ne ex eis simplicium animi inficerentur, ad *cameram* transmitti, iusserunt. Alios libros ad sua nutrienda studia e longinquis etiam terris maxima industria conquisierunt [133], cuius rei imprimis litterae Gregorii XI praeclara sunt indicia ac quasi quaedam aurora renati amoris illius scriptorum latinorum subtilitate et elegantia insignium, ob quem quae secuta est aetas ab humanitatis nomine appellatur.

Aliis litteris mandant, ut quidam libri pro bibliotheca describantur et corrigantur [134], aut libri sibi testamento legati ad curiam transmittantur [135]; aliis pro libris sibi dono datis debitas agunt gratias [136]. — Verum quanto magis pontifices Avenionenses eruditione et scientia excellebant, tanto studiosius ingeniorum culturam in alios diffundebant, idque maxime in iuvenes, qui in spem ecclesiae adolescebant. Quod quo potiori facerent eventu, praeclara in pluribus studiorum *universitatibus* constituerunt collegia, imprimis Montispessulani, Tolosae, Bononiae [137] eaque optimorum librorum copia instruxerunt. Qua in re excelluit b. Urbanus V. Is, *ut daret ceteris* — verbis utor antiqui cuiusdam scriptoris [138] — *addiscendi materiam et opportunitatem, quandiu vixit in papatu suis expensis tenuit mille studentes in*

[132] Vide nn. 3, 13; cf. Argentré, *Collectio iudiciorum*, I, 254.
[133] Vide nn. 5, 8, 10, 11.
[134] Vide nn. 9, 15.
[135] Vide n. 2.
[136] Vide n. 1.
[137] Vide nn. 4, 6, 7, 14; cf. p. 168, nn. 41, 43; p. 169, nn. 44, 47.
[138] Vide vitam 1am in Baluze, l. c. I, 395.

diversis studiis, ex quibus cum aliqui iam erant provecti aut alias deficiebant, illorum loco alios continuo subrogavit; libros necessarios tam eis quam aliis pluribus, quos scivit studio esse intentos ipsisque indigere, etiam ministravit. — Atque haec quidem pontificum liberalitas ideo quoque est commemoranda, ut explicemus, quo pacto aliis libris in tales usus destinatis atque aliis in eorum locum illatis, bibliotheca Avenionensis sit paullatim renovata [139].

Sequitur ut ex iis, quae attuli ex libris expensarum, breviter, colligam, quae ad originem atque administrationem bibliothecae pertinent. Ut a ratione administrandae bibliothecae initium sumam, revocandum imprimis in memoriam ex iis, quae in priori parte fusius sum prosecutus, bibliothecam cum reliqua supellectili palatii partem aliquam thesauri constituisse atque ideo ad provinciam thesaurarii sive camerarii spectasse. Id de bibliotheca Bonifatiana quidem omnino constat; verum etiam de Avenionensi fere idem statuendum videtur. Facile quidem concedo, in ea iam manifesta quaedam apparere indicia eius administrationis, quae saeculo XV vertente Romae in bibliotheca Vaticana est usu constituta. Non me fugit, a quibusdam auctoribus bibliothecarios Avenionensis bibliothecae recenseri. Quin etiam inter epistolas a Francisco Petrarca, clarissimo illo poeta, de rebus familiaribus scriptas quaedam [140] legitur, quae etiam in recensione a Fracassetti adornata missa dicitur circa mensem novembrem 1347 Ponte

[139] De aliis libris simili ratione ad Carthusianos tum Villam novam prope Avenionem (Ville-neuve-les-Avignon) tum ad domum de Pomeriis dioec. Gebennensis transmissis, vide partem alteram huius operis.

[140] Francisci Petrarcae, *Epistolae de rebus familiaribus et variae ed.* I. Fracassetti, lib. 7, epist. 4; tom. I, p. 366: « Scio quidem et memini quid me de ipsius Ciceronis libris « in ordinem redigendis et quarundam, ut dicere soles, veluti scintillarum lumine decla- « randis, saepe rogaveras; demum quo ineluctabiles preces essent, ut Romanus Pontifex, « qui fervoris tui conscius hanc generosam bibliothecae suae custodiam ita tibi credidit, ut « olim nostri principes Iulius Caesar Marco Varroni, Caesar Augustus Pompeio Macro et « rex Aegyptius Ptolemaeus Philadelphus Demetrio Phalereo commisisse noscuntur, curam « prorsus tuo ingenio dignam, — ut Romanus inquam Pontifex digredienti mihi suum hac « in re modestissime indicaret animum effecisti..... Totum in hoc vertitur, quam mihi in « illis, quos poscitis emendatis codicibus reperiendis fortuna faverit. Nosti enim expertus « saeculi nostri crimen, quanta sit rerum talium penuria, cum tamen inutiles et superva- « cuae, imo vero penitus damnosae funestaeque divitiae tantis curis ac laboribus aggre- « gentur. Quod in me erit, studium indefessum ac diligentiam adhibebo. » — Quo tempore, data videatur epistola vide, notam ad interpretationem italicam in *Lettere di Fr. Petrarca delle cose familiari, volgarizzate da* G. Fracassetti, II, 177.

Sorgiae Iohanni episcopo Tricastino [141]. In ea summus pontifex bibliothecae suae custodiam Ioanni credidisse dicitur. Ac sane, auctore Ioanne, Pontifex Petrarcae redeunti in Italiam dedit in mandatis, ut operum Ciceronis codices quam maxime emendatos conquireret.

Nihilominus de hac re nonnihil cautius mihi loquendum esse videtur. In iis enim, quae hucusque prolata sunt, documentis bibliothecarii nomen non occurrit; qui autem librarii appellantur, stationarii erant, qui libros a scribis suis exaratos vel ab aliis coemptos venales tenebant, de quorum officiis in statutis universitatum multa referuntur. Praeterea iis viris, qui a quibusdam bibliothecarii Avenionenses habentur, non ea tribuuntur munera, quae bibliothecariorum sunt propria. Quare ab hac appellatione mihi abstinendum esse censui, quoad certiora proferantur testimonia.

Ex monumentis, quod ego quidem sciam, hoc unum mihi certo constare videtur, scribis ad libros bibliothecae exarandos conductis praefectos esse quosdam ex praelatis curiae, qui eis praesiderent eisque pecuniâ a *camera* receptâ stipendia solverent. Stabile id munus fuisse inprimis ex iis elucet, quae in libris de Ioanne Durandi referuntur: *Die XXVIII m. maii (1333)*, inquiunt, *de mandato domini nostri pape fuit subrogatus dominus Iohannes Durandi, scriptor ipsius domini nostri, domino Rivensi episcopo in officio administrationis pecunie administrande scriptoribus librorum dicti domini nostri pape et ad recipiendum pecunias a camera et ad solvendum scriptoribus predictorum librorum domini nostri et emendum pergamenas pro ipsis* [142]. Habes igitur stabile officium in eo situm, ut qui eo fungatur, *faciat fieri libros domini nostri* (n. 11), *satisfaciat scriptoribus et illuminatoribus domini nostri et ligatoribus librorum* (n. 1) *et pro aliis necessariis*

[141] Moneo ex ipsis registris Vaticanis constare, episcopos Tricastinos fuisse Hugonem 1328-1348; eo mortuo Guilelmum, qui prius fuerat abbas s. Taurini dioc. Ebroicensis a die 24 m. aug. 1348 usque ad diem 4 m. nov. 1349; Guilelmo die 4 m. novembr. 1349 Lexovium translato Ioannem a die 7 m. nov. 1349 usque ad an. 1361. Hic die 6 m. apr. 1349 electus erat episcopus Grassensis atque inde octo mensibus post translatus Tricastinum, qua in re corrigenda est GALLIA CHRISTIANA III, 1146. Ab aliis Ioannes Coti, ab aliis Ioannes Peyroleri nominatur. — Ex his elucet, aut epistolam Petrarcae, de qua agitur, post annum 1347 datam aut alii aut Ioanni nondum episcopali dignitate insignito missam esse.

[142] Vide paullo ante p. 153, n. 17.

pro dictis libris (n. 7). Praeter haec praefecti scriptorum munera, hoc unum inveni in libris expensarum recensitum, *libreriâ* sub Innocentio VI commodius dispositâ praefectum *computum fecisse* inter alia *de duabus serraturis pro armariis librorum* (n. 36). Denique moneo, ipsum munus satisfaciendi scriptoribus eorum praefecto non ita proprium fuisse, ut non etiam aliis tribueretur; saepissime enim scriptoribus iisque, a quibus empti erant libri, satisfiebat per alios quoque; ut tantum praecipuos commemorem, per Philippum de Revesto et fratrem Gregorium de Bergolio [143].

Restat iam ut eos, quos dixi, scriptorum praefectos recenseam. Fuerunt igitur sub Ioanne XXII (1316-1334):

1. Frater Guilelmus de Broa ord. praed., an. 1317 electus episcopus Caturcensis, ab an. 1316 usque ad an. 1324. Recipiebant eius nomine pecuniam a camera Bernardus de Pereto eius capellanus et Philippus de Revesto familiaris et scriptor domini nostri;

2. Ioannes de Texandria episcopus Riviensis (1324-1347) a die 12 m. sept. 1324 [144] usque ad diem 28 m. maii 1333; utebatur interdum Petri Calveti operâ capellani et familiaris sui et alterius ex suis familiaribus Petri de Glanderiis canonici s. Eredii dioc. Lemovicensis (l. c. n. 66, f. 73*a*);

3. Ioannes Durandi scriptor domini nostri a die 28 m. maii 1333 usque ad mortem Ioannis XXII (4 dec. 1334);

sub Benedicto XII (1334-1342):

4. Frater Ioannes Engilberti ord. Cisterc. domini papae cubicularius (sive cambrerius) et poenitentiarius [145] ab an. 1337 usque ad an. 1342;

sub Clemente VI (1342-1352):

5. Petrus de Berette (Besse) ord. Carm. episcopus Grassensis 1344-48, Vasionensis 1348-(1356), confessarius domini nostri;

[143] Vide n. 13-23, n. 21. — Quin etiam scriptoribus an. 1366 ad *copianda registra* designatis praeerat dominus Ioannes Rossetti, qui eis satisfaceret; vide Denifle-Ehrle, *Archiv*, II, 42.

[144] Vide libros *introitus et exitus cam. apost.* n. 58 (1324-5), f. 163*a*.

[145] Vide paullo ante nn. 24, 27, 28, 29.

6. (Ioannes Coti episcopus Tricastinus (St. Paul-trois-châteaux) 1349-1361);

His, de quibus ex certis testimoniis constat, fortasse aliqua saltem ratione, quamquam tenuia tantum eorum indicia appareant, adiungi possunt hi:

sub Innocentio VI (1352-1362):

7. Petrus Gaufridi episcopus Toloniensis (Toulon) 1355 [146] (die 23 m. martii) usque ad an. (1358);

sub Urbano V (1362-1370):

8. Raimundus abbas Psalmodiensis;

sub Gregorio XI (1370-1378):

9. Raimundus (Daronis, Draconis, de Accono) ord. s. Aug. episcopus Toloniensis (Toulon) 1358-1364, Foroiuliensis (Fréjus) (1364-1371), Appamiensis (Pamiers) 1371-1379, confessarius domini nostri papae.

Iam ut pauca de scriptoribus, quorum mentio occurrit, adiungam, imprimis moneo, eo de quo agimus tempore saltem tria scriptorum genera esse in curia distinguenda. Alii enim erant cancellariae addicti, quorum maxime erat, litteras e curia nomine pontificis in omnes terras transmittendas conscribere. Appellabantur quandoque *grossatores* ac numerabantur plus centum. Id ex libris expensarum perspicimus, in quibus singulis annis totidem recensentur gallinae eis *die, quo renovabatur pontificatus* [147], donatae. — Alii scriptores aliorum munerum praefectis erant addicti, ex quibus in recensione *vadiorum ordinariorum* referuntur scriptor coquinae et scriptor magistri equorum, nec dubium quin camerario quoque sive thesaurario sui fuerint scriptores. Praeterea comparet unus alterve *scriptor domini nostri* [148] ac

[146] In *Gallia christiana*, I, 741 perperam dicitur renuntiatus anno 1357.

[147] L. c. n. 280 (1356) f. 66*a*: *Die eadem* [2 ian.] *solvit Iohanni Bellihominis et Raymundo de Valle grossatoribus pro gallinis dari et solvi consuetis in renovatione anni coronationis domini nostri pape, omnibus grossatoribus, videlicet pro centum et grossataribus cuilibet unam gallinam* - *XX flor.*

[148] Sub Ioanne XXII Philippus de Revesto, de quo paullo ante p. 176, et inde ab an. 1332 Ioannes Durandi et Petrus Geneste, l. c. n. 32 (1332), f. 89*b*, n. 120 (1333), f. 76*b*; — sub Benedicto XII, an. 1338 Petrus Villari, Poncius Fabri, Arnaldus Fabri, l. c. n. 170 (1338),

paullo post *regestrator regestri secreti*, *regestrator regestri supplicationum* eiusque socius [149]. — Tertium genus erat eorum, qui certa mercede ad aliquos libros describendos conducebantur, ita tamen ut non stabili aliqua ratione curiae addicerentur; de his nobis hic sermo.

Ex his scriptoribus commemorantur: Ioannes de Tolosa, Ioannes Bacon, magister Iacobus (n. 6); fr. Nicolaus de Assisio (n. 25); magister Yterius, magister Firminus, magister Galterius Alamannus, canonicus s. Thomae Argentinae, Guilelmus Prepositi, Ioannes Soffredi (n. 26, 27-29); Robertus Carpentarii (n. 32), Alanus Laudebri (n. 37), Herveus de Vico (n. 39), Ioannes Annoti (n. 35), Gaufridus monachus (n. 43), quidam alii n. 51-55. — At moneo, hos non esse omnes scriptores, qui libris bibliothecae Avenionensis scribendis erant; haud raro eorum nomina in libris expensarum sunt omissa, cum dicitur, esse satisfactum *certis* scriptoribus plures libros domini papae scribentibus (n. 8, 53).

Mirabitur paucitatem scribarum pro bibliotheca romanorum pontificum laborantium, qui observaverit vel ipsum Franciscum Petrarcam hominem privatum et mediocris fortunae plerumque quinque vel sex certo stipendio conductos in sua bibliotheca augenda tenuisse occupatos [150].

Praeter scriptores haud raro occurrit mentio librariorum, stationariorum, taxatorum, ligatorum, pergamenariorum. Verum neque hi in stabili aliquo videntur esse constituti munere, ne illi ipsi, qui dicebantur *curiam romanam sequentes*.

Recensebo breviter eos, quorum in iis, quae paullo ante ex libris rationum attuli, mentio occurrit. Ex librariis quidem: Nerius Vitalis librarius romanae curiae (n. 12), Recuperius stationarius (n. 20); Franciscus de Laude librarius romanam curiam sequens (n. 39), taxator librorum in curia romana
40

f. 107*a*, n. 178 (1339), f. 56*a*; — sub Clemente VI an. 1343, G. Burgensis, Durandus de Roneto, Durandus, Rosselli, Henricus Arnaldi, Arnaldus de Fabrica, Stephanus Pinoti, G. Lasannier, l. c. n. 208 (1343), f. 134*b*; — sub Innocentio VI an. 1357 Petrus de Lemovicis, l. c. n. 282 (1357), f. 259*a*, dicuntur *scriptores domini nostri*.

149 L. c. n. 286 (1358), f. 192*b*: *Item domino Symoni regestratori regestri supplicationum... Item domino Stephano de Fonte socio suo... Item regestratori regestri secreti...*; n. 248 (1346), f. 178*b*: *Pro III regestratoribus;* n. 344 (1376), f. 173*b*: *Item magistro Grimaldo de Romanis, scriptori et regestratori litterarum apostolicarum et secretar*[um] *domini pape;* idem l. c. f. 198*a*, 202*a* dicitur *regestrator et scriptor regestri secreti.*

150 Petrarcae Fr., *Epistolae de rebus familiaribus et variae*, ed. I. Fracassetti, Variarum epist. 15, tom. III, p. 332: *Soleo habere scriptores quinque vel sex.*

commorans (n. 42), Antonius de Sexto de Mediolano stationarius, habitator Avenionensis (n. 46).

Ex illuminatoribus: Andreas de Bennays de Belvaco illuminator curiam romanam sequens (n. 24-28), Bartholomeus (Bartholotus) de Parisius illuminator, habitator Avenionensis (n. 39), Ioannes de Tolosa (n. 51, 53), Gauterius de Rodis (n. 53); Hugo Tornatoris monachus, scriptor missalium [151].

Ex ligatoribus librorum: Ioannes de Parisius (n. 9, 13), Ioannes de Tullo (n. 22), Iaffetus Iudeus [152] (n. 53).

De ratione augendae bibliothecae hoc imprimis e documentis allatis elucet, sub Ioanne XXII quidem libros plurimos esse coemptos, fere nullos in camera exaratos; sub Benedicto XII vero et Clemente VI plurimos a scriptoribus certa mercede ad id conductis esse conscriptos, fere nullos coemptos; sub Innocentio VI eiusque successoribus paucissimos esse coemptos aut exaratos. At moneo, me haec eatenus tantum statuere, quatenus de iis ex solis documentis paullo ante a me vulgatis aestimari possit. Iam vero non est dubium, quin non solum ex libris *introitus et exitus camerae apostolicae* plures interierint, verum etiam nonnulla desiderentur volumina, ad quae in illis libris interdum revocamur. Sic ut unum tangam, in quo indicia illorum exceptorum supplenda videntur, equidem opinor, magnas illas pecuniae summas, quae a Ioanne tradebantur *pro satisfaciendo scriptoribus* non in solis scripturis ad usum camerae destinatis esse erogatas, sed in libros quoque pro bibliotheca exarandos esse impensas; quod quidem prima ratione, ineunte pontificatu Benedicti XII reddita, haud obscure indicatur. At quinam illi libri fuerint, si hanc postremam rationem excipias, non comparet.

Ut singula accuratius persequar, a Ioanne XXII quidem empti sunt a duobus fratribus praedicatoribus Guilelmo Durandi (n. 1, 2) et Stephano Gal-

[151] Introitus et exitus cam. ap. n. 370 (1392) f. 60 *b*, 69 *a*; vide paullo ante p. n. 51.

[152] Caeterum in libris rationum plurimi recensentur Iudaei, maxime inter *ligatores*. Ut aliquos tantum commemorem: *Invetus de Stella Iudeus pergamenarius* (l. c. n. 302, f. 98), *Maimoni de Cathena Iudeo pro sutura V librorum* (n. 208, f. 134*b*), *pro ligatura Isaaco Marnon et Iohzep Dalagz Iudeis* (n. 322, 18 apr. 1367), *Tracancardo et Gaucto Iudeis pro reparatione aliquorum librorum* (n. 277, f. 228 *a*); *Isarnide Iudee, Bonoiudeo de Bellicadro Iudeo, Salveto Marnot Iudeo pergamenario* (n. 344, f. 162 *a b*), *Salamon de Augentaria* (v. paullo ante n. 50); de eorum conditione vide L. Bardinet, *De la condition civile des Juifs du Comtat Venaisin pendant le séjour des papes à Avignon (1309-1376)* in *Revue historique*, tom. XII (1880), pp. 1-47.

teri (n. 13) plurimi libri theologiae et philosophiae; a Petro de Gordorio et Iacobo Burgensi ex ordine Carmelitarum (n. 1), Iacobo de Biterris ord. s. Augustini (n. 11) praeter Polycratem et Vegetium inprimis plura opera sanctorum Patrum; alii vero libri a camerario cardinalis Ostiensis (n. 2), a Guilelmo Ebrardi canonico Dignensi (n. 4), a duobus Anglis *exsecutoribus* cuiusdam notarii pontificii (n. 6), a duobus monachis Cisterciensibus (n. 10), a quodam legum doctore Anglo (n. 18), a fratre Raymundo Bos poenitentiario (n. 2), nonnulli denique a Nerio Vitali librario curiae romanae (n. 12) et Recuperio stationario (n. 20).

Inter paucos libros, qui iussu Ioannis in curia non solum exarati, verum etiam confecti sunt, maxime notandae sunt complures tabulae, quibus sententiae acutae ac graves ordine alphabetico dispositae exhibentur. Fecundissimum fuit illud tempus in hoc scriptorum genere conficiendo, ad quod, si Francisco Petrarcae fides est habenda, ipse Ioannes XXII non parum contulit. De eo enim clarissimus ille poeta, more suo nonnihil fastidiosius, haec scribit in libro 2° Rerum memorandarum [153]: « Homo perstudiosus « et vehementioris animi. Hinc lectioni librorum inhiabat, illinc « simultates acerbas et inextricabiles agens cum imperio Romano, « alteram vitae partem huic studio devoverat. Ceterum cum [eum] « a legendo et senium et curarum varietas retardaret, gratissimus « erat illi, quisquis defloratos, ut proprie dicam, libros sub bre« viloquio perstringeret redigeretque in eas, quas tabulas vocant, in « quibus omne, quod ex libris quaereretur, facillimum esset in« ventu. » — Ac revera unus frater Gregorius de Bergolio brevi tempore confecit tabulas in s. Augustini commentationes evangelii Ioannis (n. 14) et Genesis ad litteram (n. 15), in scripta Boetii (n. 17) et Dionysii Areopagitae (n. 18), fortasse in epistolas quoque Augustini et Hieronymi (n. 21). — Praeterea legimus in libris rationum anni 1332, in eo capite, in quo *vadia ordinaria* [154] officialium curiae recensentur: « Item fratri Petro Thome Ispano [155] « de ordine fratrum .... [156] abreviatori originalium pro XXVI « diebus, computatis pro singulis diebus III den. turonensium gros-

[153] *Opera omnia*, ed. Basileensis (1554), I, 429.

[154] Tabulario Vatic., *Archiv. Avenion.*, *Introitus et exitus cam. ap.* n. 120, f. 76*b*.

[155] Sitne hic fr. Petrus Thomae is, de quo olim acriter est disputatum, vide Sbaralea, *Supplementum ad scriptores trium ordinum s. Francisci*, p. 610 et Cosmas de Villiers, *Bibliotheca Carmelitana*, II, 608*s*.

[156] Nomen ordinis in codice excidit.

« sorum - V flor. VIII sol. IIII den. valesiorum. » — Eodem denique procul dubio spectabant, quae duo illi fratres praedicatores *scribebant de originalibus pro domino nostro papa* (n. 16).

Demum tria opera a duobus fratribus minoribus Pontifici sunt dono data (n. 15, 20).

Componam denique libros a Ioanne bibliothecae adiunctos ita ut uno possint comprehendi conspectu [157].

De scriptura sacra: tria biblia (n. 1, 2), Pentateuchos, Prophetae, Actus Apostolorum, Evangelia, Apocalypsis (n. 21), Concordantia (n. 13), *Mamotrectus* (n. 17), *Interpretatio vocabulorum bibliae* (n. 17). — Commentationes s. Thomae de Aquino (n. 1, 2), Nicolai de Lira (n. 15), Gilberti (n. 20), *Remigii* (n. 16).

E sanctis Patribus: Ambrosius (n. 1, 18), Anselmus (n. 1), Athanasius (n. 2), Augustinus (n. 1, 10, 11, 20, 21, 14, 15), Basilius (n. 2, 20), Beda (n. 10), Bernardus (n. 10), Cassiodorus (n. 6), *Boethius* (n. 17), Cyprianus (n. 2), Dyonisius Areop. (n. 1, 8, 18), Gelasius (n. 2), Gregorius M. (n. 3, 21), Gregorius Nazianzenus (n. 2), Hieronymus (n. 2, 16, 20, 21), Ioan. Damascenus (n. 2), Ioan. Chrysostomus (n. 1), Hugo et Richardus de s. Victore (n. 1).

E scholasticis: Aegidius de Columna (n. 1), Aegidius de Lessina (n. 1), Albertus M. (n. 1), Bernardus de Trillia (n. 1), Godefredus de Fontibus (n. 10), Henricus [de Gandavo] (n. 1), Ioannes Peckham (n. 1), Petrus de Alvernia (n. 1), Robertus Kilwardby (n. 1). Thomas Cantipratensis

De philosophia: Logica (n. 1, 15), Philosophia naturalis et moralis (n. 3), tabula philosophiae (n. 20), Avicenna (n. 20).

De iure canonico: *Decretales* (n. 1), Speculum iuris (n. 13), *Copiosa Ostiensis* (n. 5), *Alvarus Pelagius* (n. 12), Gaufredus de Trano (n. 21), summa dictaminis (n. 6), *summa Martiniana* (n. 6), regula Augustini, Basilii, Benedicti, Macarii, fratrum minorum (n. 2).

De sermonibus, ascetica, liturgia: Ioannes XXII (n. 13), Guido (n. 1), alphabetum narrationum (n. 1), flores sanctorum (n. 2), *promptuarium* (n. 15), tabula originalium (n. 20), Bartholomaeus de Glanvilla (n. 10), Thomas Cantipretanus (n. 20), Pontificale, (n. 2), rationale Durantis (n. 3).

De historia ecclesiastica (n. 2), *itinerarium Clementis* (n. 15). Ex auctoribus classicis: Polycrates et Vegetius (n. 1), Plinius (n. 2), Seneca (n. 1). — Almagestum (n. 2), Geometria et arithmetica (n. 2).

Cum a Ioanne XXII, ut paullo ante monui, tam thesaurus quam bibliotheca quasi ex integro essent constituenda, mirum non est, sub eo in libris rationum multo maiorem copiam librorum in

[157] Libros, qui in curia sunt exarati, litteris, quas *cursivas* vocant, notavi.

cameram illatorum recenseri quam sub pontificibus, qui eum sunt secuti. Ob eandem rationem, ne scilicet curia diutius convenienti librorum numero careret, coemebantur potius quam conscribebantur. Quare cum sub Ioanne partim eius industria, partim, ut paullo post ostendam, ex *spoliis praelatorum* in curia defunctorum haud mediocris librorum copia esset collecta eaque in dies ex iis, quae dixi spoliis augeretur, factum est, ut inde a Benedicto XII pauciores in annos singulos coemerentur conscriberenturque codices in curia ac fere ii soli, qui aut a pontificibus conficiebantur aut essent necessarii ad sua studia confovenda.

Hoc clarissime apparet tempore Benedicti XII et Clementis VI, qui insigni eruditionis et eloquentiae laude claruerunt. — Atque sub Benedicto quidem inter libros in curia exaratos imprimis commemoranda est accuratissima illa commentatio ab eo in evangelium s. Matthaei confecta, sex comprehensa voluminibus (n. 24, 26, 27, 28), eius quaestiones theologicae (n. 25, 29) ac sermones (n. 25, 27). Accedunt expositiones quorundam librorum s. scripturae Rabani Mauri (n. 24, 27, 28, 29), Hilarii (n. 27), Ambrosii (n. 27, 28), Origenis (n. 28), quaedam opera Augustini (n. 28), Gregorii M. (n. 28), Hieronymi (n. 28), Hugonis et Richardi a s. Victore (n. 28), Ioannis Ravennatis (n. 20), quibus in conscribenda illa commentatione iuvaretur. Recensentur denique commentaria libri sententiarum Alexandri de Alexandria (n. 24) et unus Galienus in curia non exaratus sed emptus.

Sub Clemente VI, qui maxime eloquentia excellebat, scribebantur in curia imprimis eius sermones (n. 31, 33), ex theologis Rabanus Maurus (n. 31), Haimo (n. 31), Ioachim abbas Florensis (n. 31), Augustinus (n. 33), Basilius (n. 33), Manipulus sanctorum (n. 31), Milleloquium (n. 31), Concordantia (n. 30); ex historicis vita ss. Martini et Brici (n. 31), liber provincialis (n. 32), Eusebius (n. 31); Seneca denique et Albertus Magnus (n. 33).

Libri post Clementem VI in rationibus camerae recensiti, ita pauci sunt, ut facile uno veluti obtutu comprehendantur. Id nemo mirabitur, qui ex recensione bibliothecae Avenionensis anno 1369 confecta perspexerit, quantâ librorum copiâ tunc palatium apostolicum esset instructum.

Sequitur ut ex documentis paullo ante allatis ea colligam, quae ad modum exarandi libros spectant. Atque in hac re

imprimis accuratissimae illae rationes librorum sub Benedicto XII et Clemente VI conscriptorum ad rem librariam illius temporis illustrandam plurimum valent.

Si paucissimos libros ad usum camerae destinatos excipias, reliqui omnes pergameno constabant. De *papiru*, in qua tunc fere solae scripturae in usum diurnum ac domesticum exarabantur, hoc unum observo, papyrum sive chartam Fabriani (in Marchia) confectam iam saeculo XIV in ipsa Gallia tanti factam esse, ut in usum curiae in ipsam Galliam transmitteretur [158].

Pergamenum, quod quanti eo tempore constiterit, ex plurimis discas rationibus [159], primum a scriptoribus radendo laevigabatur, quo facilius extrita scabritia in eo scribi posset. Post hanc rasuram (n. 30, 50) folia, ut plurimum in *sexternos* composita, ita conscribebantur, ut spatia pro *historiis* - sic enim appellabant picturas maiores - pro titulis ac litteris maioribus coloribus decorandis necessaria vacua relinquerentur, tituli vero ipsi ac litterae ad sua quaeque loca subtilissimâ scripturâ in margine adpingerentur.

Quae ab illuminatoribus in foliis hac ratione comparatis praestabantur, accurate in pluribus recensentur rationibus. Ac de *historiis* nulla occurrit mentio, nisi quod semel commemorantur *XIII figurae faciendae super Ezechielem* (n. 29). — Quod si *historiae* erant cultus effusioris, varia litterarum genera, quibus scripturae ab illuminatoribus distinguebantur, erant utilitatis et necessitatis. Cum enim pelles pecudinae maioris essent pretii, quam ut largiora spatia inter singula capita, articulos sive particulas possent interponi, eorum initia, ne scriptura sine ulla intercape-

[158] Cf. paullo ante p. 170. Cartae Fabrianensis meminit BARTOLUS quoque DE SAXOFERRATO circa an. 1356: « Hic advertendum est, quoniam quandoque [insignia] sunt signa ar-« tificii, in quo principaliter operatur qualitas loci. Erit exemplum: in Marchia Anconitana « est quoddam castrum, cui nomen Fabrianum, ubi artificium fabricandi cartas (de papiro) « principaliter viget, ibique sunt artificia multa ad hoc, ex quibus artificiis meliores cartae « proveniunt... et ut videmus, quodlibet folium habet suum signum per quod significatur, « cuius artificii est carta. » *Consilia, quaestiones et tractatus.* Lugduni 1552, f. 131*b* et cod. Vatic. 2625, f. 194*b*.

[159] Ut ex sexcentis locis unum offeram l. c. n. 344, f. 178*b*: « Die X iunii *[1376]* « soluti fuerunt Isaac Marnat Iudeo pro XXV duodenis pergamenorum de agninis, pro qua-« libet duodena II floreni communes, et pro duabus duodenis pellium yrcorum seu caprarum, « pro qualibet duodena XXX floreni communes, ascendunt, Salveto filio suo pro ipso ma-« nualiter recipiente - CX flor. communes. » — Cf. huius voluminis p. 122, praeterea WATTENBACH, *Schriftwesen im Mittelalter*², p. 97, 119 et ROCKINGER in *Abhandlungen der kgl. bayr. Academie, hist. Classe*, tom. XII.

dine continuatâ legentium mentes confunderet, notabantur litteris partium distinguendarum magnitudini accomodatis. Hinc alio litterarum sive signorum genere alicuius operis libri, alio librorum capita, alio denique capitum particulae distinguebantur.

Ex his signis in rationibus librorum paullo ante vulgatis recensentur: *litterae de pinzello* (n. 30), *litterae magnae* (et *parvae) deauratae* (n. 33) sive *litterae aureae* (n. 31); praeterea *litterae magnae* (et *parvae) sine auro sed solum cum azurio et rubro* (n. 33), *litterae partitae et floritae* (n. 30), sive *floretatae* (n. 36); denique *parafelli* vel *paraffi* sive *paragraffi* et *versiculi*, quibus minores capitum particulae notabantur.

Ceterum his explicandis signis [160] hoc loco non immoror; id enim multo opportunius ac facilius tunc praestabo, cum selecta quaedam exemplaria eorum codicum phototypiâ, quam dicunt, accuratissime descripta legentium oculis subiecero.

Conscripti atque *illuminati* sexterni tradebantur correctoribus, a quibus alio legente alio quae irrepsissent menda in foliorum marginibus corrigente, ad exemplar, a quo erant descripti, accuratissime exigebantur. Denique deveniebant ad manus ligatorum, ut tensi ac laevigati iis, quibus dixi modis, in libros compingerentur.

Restat, ut aliquid de valore nummorum adiungam, qui in rationibus commemorantur, ut tum quanti eo tempore libri constarent, tum quae scriptorum esset merces, perspiciamus. Eo consilio maxime in quaestionem vocandi sunt nummi Gallici, qui nimirum in ipsa curia Avenionensi fere magis in usu fuisse videantur, quam qui in palatio Pontis Sorgiae a pontificibus cudebantur [161]. — Verum, cum illorum tanta sit varietas [162] atque ita non bene explorata, ut prolixam oppido inquisitionem postulet, lectores ad duas imprimis commentationes remitto, quarum alterâ a Wailly [163] de *turonensibus*, alterâ [164] de *florenis* accurate

[160] Cf. Delisle L., *Cabinet des Manuscrits de la bibliothèque nationale*, I, 490; similem rationem habes in cod. Vatic. 957, f. 298*b*: *Letres de pincel IIII^c^ et VI letres. Item II^c^ IIII^xx^.... Item II mille et V^c^ paragrefes*; f. 300*a*: « *Compendium pauperis XII flor.*; » cf. Ur. 521, Av. 565.

[161] Cf. Faucon M., *Les arts à la cour d'Avignon sous Clément V et Iean XXII* in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, tom. IV (1884), p. 184*s.*

[162] Ex florenis enim saeculo XIV alii cum XVI alii cum XXVI solidis aequi parabantur.

[163] Wailly, *Etude sur les variations de livre tournois* in *Mémoires de l'Institut imperial de France. Académie des inscriptions et belles-lettres*, tom. XXI (1857) 114-177-427.

[164] Ducange, *Glossarium mediae et infimae latinitatis*, ed. Henschel, v° *floreni*, III, 324*s.*

disputatur. At hae ipsae commentationes ex parte complendae sunt. Parum enim proficimus cognito valore qui nummis in se spectatis inerat. Quid enim iuvat, si, ut quibusdam placet, *solidum turonensem cum o rotunda* uno *franco* et 25 denariis, quos vulgo « centimes » dicunt, *florenum* vero *auri* fere 13 *franchis* aequiparaveris, nisi docueris, quantum eo tempore unus *franchus* valuerit. Proferam igitur ex rationibus *camerae apostolicae* aliqua exempla, ex quibus hoc potissimum appareat.

L. c. n. 58 (1324), f. 133*a*: Pro XL mutonibus - XLVI lib. XIII sol. IIII den. — n. 162 (1337), f. 56*a*: Pro XIX mutonibus - XI lib. VIII sol. coronatorum; f. 62*a*: Pro XXVIII leporibus datis dominis cardinalibus - LXX sol. — n. 208 (1344), f. 71*a*: Pro IX mutonibus cum medio - VI lib. XIII sol. — n. 248 (1346), f. 172*a*: Custodi leonisse domini nostri pape pro XII mutonibus emptis per eum pro victu leonisse in presenti quadragesima, ad rationem I flor. pro quolibet mutone, valent - XII flor. — n. 272 (1354), f. 147*a*: Pro XVI mutonibus - XVI flor. — Item pro CLXXXVII gallinis, ad rationem IIII sol. VI den. - XLII lib. VII sol. Item pro CXXXII cuniculis, ad rationem III sol. VI den. - XXII lib. II sol.; pro X leporibus - IIII lib. [165].

Atque haec quidem sufficere puto ad aliquam notitiam pretii librorum ac mercedis scriptorum comparandam.

Ceterum, etsi ex iis, quae paullo ante tum ex registris tum e libris rationum attuli, origo plurimorum librorum appareat, nihilominus, qui recensionem bibliothecae Avenionensis iussu Urbani V an. 1369 confectam vel leviter inspexerit, facile cognoscet, minimam tantum partem plus quam duorum millium librorum in ea descriptorum iis, quae modo vulgavi, documentis attingi. Restat igitur, ut originem longe maioris partis eius, quam dixi, bibliothecae indagemus.

§ 4. **De libris iure spolii in cameram apostolicam illatis.** — Cum, ut saepius monui, saeculo XIV bibliotheca in curia Avenionensi collecta ad thesaurum sive *cameram apostolicam* spectaret, facili coniecturâ concludi poterat, fere iisdem utramque esse constitutam atque auctam rationibus. Iam vero ex *inventariis* palatii Avenionensis, quae alibi accuratius recensui, quasi sua sponte apparet, quot quantaeque accessiones in thesaurum ex *spoliis*, quae dicunt, sint derivatae. At dolendum sane, quae sit ratio *spoliorum*,

[165] Vide paullo ante p. 177, not. 147.

maxime eorum, quae camerae apostolicae reservabantur, a scriptoribus iuris canonici admodum leviter et ieiune tractari. Ne vero falcem in alienam segetem mittam, paucis quae mihi hac in re probabilia atque ad tractationem meam necessaria videntur, adumbrabo.

Usum reservandi spolia praelatorum in curia decedentium camerae apostolicae cum reservatione beneficiorum eorundem praelatorum aut ortum aut saltem propagatum esse putem. Iam reservationem illam beneficiorum primus constituit Clemens IV an. 1266, accuratius circumscripsit Bonifacius VIII [166], extenderunt Ioannes XXII [167] et Benedictus XII [168]. Itaque saeculo XIV ius conferendi *beneficia vacantia* per mortem praelatorum quoruncunque in curia decedentium et praelatorum atque officialium curiae vel camerae addictorum extra curiam decedentium romanis pontificibus ita erat reservatum, ut stipendia quoque, dum beneficia vacarent debita in cameram apostolicam inferrentur. Praeterea certe inde a Ioanne XXII eorum, quos modo indicavi, praelatorum res omnes post eorum mortem relictae, quae spolia appellabant, erant camerae apostolicae. Quo tempore id primum constitutum, utrum lege aliqua universali an vero ita ut de singulis singulis decretis statueretur, me ignorare fateor.

Mortuo igitur aliquo ex iis, quos dixi, praelatis quam primum res omnes ab eo relictae, exceptis solum rebus *patrimonialibus*, accurate describebantur ac, si in curia decesserat, protinus in cameram inferebantur. Quod si vero extra curiam obierat, mittebatur in eam civitatem quispiam ex officialibus camerae, vel res tota collectori, qui in ea provincia negotia curiae agebat, demandabatur.

Qua vero ratione ii munere suo functi sint, insigne habes exemplum in Tabulario Vaticano [169] in fasciculo chartae, cui titulus: « Computa Iacobi de « Sirano canonici Barchinonensis, commissarii apostolici deputati ad recipien- « dum bona debita et credita bone memorie domini Anthonii [170] episcopi Ma- « ioricensis anno domini MCCCLXIII et obventiones mense episcopalis sede « vacante, pro quibus de romana curia arripuit iter suum XX die martii « dicti anni et pervenit Maioricam die VIII aprilis. »

[166] C. 2 de praebendis in VI° III, 4 et C. 1 de praebendis in Extrav. comm. III, 2.
[167] C. 4 de electione in Extrav. comm. I, 3 et C. 4 de praebendis in Extrav. comm. III, 2.
[168] C. 13 de praebendis in Extrav. comm. III, 2.
[169] *Archiv. Avenion.*, *Collectoriae*, n. 140, fol. cart. ff. 35.
[170] Antonius de Colell 1349-1363, post quem Antonius de Galiana, 1363-1375.

Exempli causa adiungam: « tenorem commissionis apostolice super infra-« scriptis:

« *Urbanus episcopus servus servorum dei dilectis filiis Fulconi Pererii* f. 1a
« *preposito Valen*[tine] *apostolice sedis nuncio et Iacobo de Sirano, cano-* « *nico Barchinonensis ecclesiarum licentiato in decretis salutem et aposto-* « *licam benedictionem.* — Dudum pro certis causis et rationibus ad hoc animum « nostrum moventibus, dispositionem et ordinationem bonorum omnium et de-« bitorum et creditorum bone memorie Anthonii Maioricensis episcopi, qui « extra curiam romanam debitum nature persolvit, que huiusmodi sui obitus « tempore haberet vel pertinerent quomodolibet ad eundem; et qui iura ca-« mere apostolice in suis civitate et diocesi Maioricensi, dum ageret in hu-« manis mi*[ni]*stravit et levavit multis temporibus, de quibus morte preventus « nunquam computavit, nobis duximus specialiter reservanda, decernentes ex « tunc irritum et inane, quidquid contra reservationem nostram huiusmodi per « quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari; — « ideoque discretioni vestre per apostolica scripta comittimus et mandamus, « quatenus vos vel alter vestrum per vos vel alium sive alios huiusmodi bona « ac debita et credita necnon fructus, redditus et proventus, obventiones et « iura ad mensam episcopalem Maioricensem spectantia, que a tempore huius-« modi obitus prefati episcopi citra obvenerunt et usquequo fuerit eidem ec-« clesie Maioricensi de pastore provisum obvenient... auctoritate nostra et « dicte camere nomine petere, exigere et recipere illaque fideliter conservare « curetis... Datum Avinione III kal. martii anno 1° (27 febr. 1363). »

Maioricam appulsus atque *inventarium* ab *executoribus* testamenti confectum nactus, primum aedes episcopi, deinde fundos et villas sedis episcopalis diligenter perlustravit, demum supellectilem omnem, frumentum, vinum, oleum, pecora, equos, immo ipsos servos, quorum secundum usum illius terrae aliquos praediis invenit addictos, vendidit ita, ut omnia accuratissime in scripta referret ac paucissimas quasdam res retineret ad curiam deferendas. — Nostra tantum interest nosse, quid de libris sit actum. Quare ut uno exemplo perhibeam, quid de eis fieri consueverit, rationem a Iacobo de eis redditam hoc loco inseram.

« Recepta et venditiones librorum, quos ego reperi, f. 3b
prout etiam in inventario facto per exequtores testamenti ante adventum meum continetur.

1. Primo unum librum biblie magnum, cum coopertis virmiliis — preceptori sancti Antonii Vien. Maior. — precio XXXII lib.

2. Item alium librum Biblie modicum, cum coopertis nigris — domino Bartholomeo de Villarasa beneficiato in sede Maioricensi — VI lib.

3. Item unum librum istoriarum scolasticarum, cum coopertis viridis — magistro P*[etro]* [171] Tria iurisperito Maioricensi - V lib.

[171] Vide paullo post n. 10.

4. Item unum librum cum coopertis fustis, vocatum *Casus Bartholomei Brixiensis super decreto* — domino I. de Villanova presbitero Maior. — I lib. X sol.

5. Item unum librum cum coopertis virmiliis, Paralipomenon cum glosa — magistro P. Tria iurisperito — I lib. X sol.

6. Item unum librum extraordinarium, cum coopertis albis, qui incipit: *an in restitutione, que petitur,* et finit in penultimo corundello: *deo gratias, amen* — magistro Pontio Ferrerii iurisperito Maior. — I lib.

7. Item unum librum fratris Nicolay de Lira super tercia parte biblie compositum, qui incipit: *Ecce descripsi,* et finit: *qui incipit tercio capitulo.*

8. Item alium librum eiusdem fratris N*[icolai]*, cum postibus, super psalterio, vend*[itum]* lectori fratrum minorum Maior.

9. Item alium eius fratris N*[icolai]* super Genesi et aliis libris Veteris Testamenti biblie — XLV lib.

10. Item unum librum vocatus *Alanus*, cum coopertis vermiliis — dicto magistro Petro Tria — X sol.

11. Item unum librum sermonum magistri *[Iacobi]* de Voragine, cum coopertis albis — III lib.

12. Item unum librum cum coopertis viridis, vocatum *IIII^{or} libri Regum* cum glosis — domino electo Maior. — IIII lib.

13. Item unum librum psalterii glosati, cum coopertis albis — dicto magistro P. Tria — IIII lib.

f. 4a 14. Item unum librum magistri Iohannis de Deo, cum coperturis fusteis — dicto magistro Petro Tria — I lib. X sol.

15. Item unum librum legum Repitidarum, cum coopertis fusteis — eidem — I lib. X sol.

16. Item unum prosarum beate Marie et artis cantandi, cum cooperturis virmiliis — domino Iohanni Blanchi beneficiato Maior. — I lib.

17. Item unum librum vite beate Marie, cum cooperturis fusteis — eidem — X sol.

18. Item unum librum ex dictis beati B*[ernardi]* super psalmum *Qui inhabitat,* cum cooperturis albis — dicto P. Tria — I lib.

19. Item librum G*[uillelmi]* de maleficiis et publicis criminibus, cum cooperturis de corio piloso — V sol. (!)

20. Item unum librum vocatum *Mandagot*, sine postibus — dicto domino Io. de Villanova — V sol.

21. Item unum librum vocatum *IIII^{or} libri sententiarum*, alias quarto sententiarum — dicto domino I — IIII lib. X sol.

22. Item unum librum summe domini Azonis, cum cooperturis croceis — magistro Arnaldo de Muro, iurisperito — VI lib.

23. Item unum librum vocatum *Mandagotus*, cum cooperturis nigris, cum Compostellano et I*[ohanne]* Monachi in eodem volumine — V lib.

24. Item unum librum lecture super summa arboris accan.[172], sine postibus — dicto magistro P. Tria — I lib.

25. Item unum librum vocatum *Flores sanctorum*, cum coperturis albis — eidem — IIII lib.

26. Item unum librum, sine postibus, vocatum *Secreta Aristotelis* — eidem — X sol.

27. Item unum librum Mathei super evangelio, liber generationis, cum coperturis viridis — eidem — X sol.

28. Item unum librum Turris Babel, modicum, cum coperturis virmiliis — eidem — X sol.

29. Item unum librum vocatum *Vegetius de re militari*, cum coperturis albis modic*[is]* — eidem — I lib.

30. Item unum librum vocatum *Briton*[173], cum coperturis fusteis, modic*[is]* — cuidam fratri de Carmelo — II lib.

31. Item unum librum themathum fratris Nicolai ad religiosos, cum coperturis albis et viridis — eidem fratri — I lib.

32. Item unum librum XII prophetarum, cum copertura barrata — f. 4b dicto magistro P. Tria — II lib.

33. Item librum magistri R. de Andusia, cum coperturis virmiliis — uni fratri minori — X sol.

34. Item unum librum vocatum *Inventarium iuris*, cum coperturis croceis — eidem V lib.

35. Item unum librum vocatum *novella super VI° libro*, cum coperturis viridis — dicto magistro P. Tria — XX lib.

36. Item unum librum lecture Ostiensis super primo et II° libro decretorum; — **37.** item alium super III, IIII et V, cum coperturis virmiliis — magistro Bartholomeo Martini iurisperito — XXX lib.

38. Item unum librum, in quo sunt II libri iuris, in uno volumine, scilicet Mandagoti et Compostellani, cum copertis virmiliis — I lib. (!)

39. Item unum librum vocatum *Innocentius*, cum coperturis albis — domino P. Turricelle rectori sancti Iohannis de Synen — X lib.

40. Item librum[174] de miseria hominis, cum coperturis virmiliis cuidam fratri minori — X sol.

41. Item unum librum decretalium, cum coperturis croceis — magistro Bartholomeo Martini — X lib.

42. Item unum librum summe Ostiensis, cum coperturis viridis — eidem — XXX lib.

43. Item unum librum reportationum Iohannis Andree super decreto, cum coperturis croceis — dicto magistro P. Tria — I lib.

44. Item unum librum Damaceni modicum, cum coperturis viridis — eidem — X sol.

[172] Cf. SCHULTE, *Geschichte der Quellen und Litteratur des canonischen Rechts*, II, 508.

[173] GUILELMUS BRITO, ord. min. cf. SBARALEA, *Supplementum*, p. 317.

[174] INNOCENTII III.

45. Item unum librum istoriarum Iosephi, cum coperturis virmiliis — eidem — V sol.

46. Item unum librum additionum domini Dini [175], cum coperturis fust*[eis]* — X sol. (!)

47. Item librum vocatum *Speculum iuris*, cum coperturis virmiliis — Guillelmo Augusti — XV lib.,

48. Item unum librum Archidiaconi super VI°, cum copertis lividis — magistro P. Tria — VI lib.

49. Item unum librum Clementinarum cum glosa Pauli [176] et cum copertis albis — domino P. Turricelle — V lib.

f. 5a **50.** Item librum vocatum *Secunda secunde sancti Thome de Aquino*, cum copertis albis — dicto magistro P. Tria — VIII lib.

51. Item unum librum epistole Pauli cum glosa et copertis virmiliis — eidem — IIII lib.

52. Item unum librum quarti sententiarum, cum copertis nigris — domino Iohanni de Villanova presbitero — IIII lib. X sol.

53. Item unum librum vocatum *Instituta*, cum copertis viridis — P. Spanholli — I lib.

54. Item unum librum vocatus *Libellus super appellationibus mendicantium,* cum postibus — dicto P. Tria — X sol.

55. Item alium librum vocatum *Speculum iuris*, cum coperturis virmiliis — X lib. (!)

56. Item unum librum vocatum *Evangelia glosata*, cum coperturis croceis — domino electo Maioricensi (una cum IIII^or^ libris Regum glosatis et alio libro sententiarum — XII lib.) [177].

57. Item unum librum summe Goffredi [178], cum postibus — magistro Bartholomeo Martini — II lib.

58. Item unum librum casus decreti magistri B*[ernardi]*, cum copertis viridis — domino Iohanni de Villanova — II lib.

59. Item alium librum casus Bernardi, cum copertis albis — domino Petro Turricelle — I lib. X sol.

60. Item unum librum Iob cum glosa et coperturis virmiliis — dicto P. Tria — I lib.

61. Item unum librum constitutionum synodalium ecclesie Maioricensis, cum copertis virmiliis — rectori de Sporlas — VIII sol.

62. Item unum librum de proprietatibus animalium, quem tenebat B. de Lauru, cum copertis viridis — cuidam Augustino — X sol.

63. Item unum librum de practica inquisitionis [179], cum copertis virmiliis — domino electo Maioricensi — II lib.

175 Ms. *Dymi.*

176 Paulus de Liazariis.

177 Haec paullo post sunt adiuncta.

178 Goffredus de Trano.

179 Bernardi Guidonis, ord. praed.

64. Item unum librum vocatum *Rosarium super decreto*, cum postibus — dicto magistro P. Tria — XXX lib.

65. Item unum librum modicum vocatum *Flores psalmorum*, cum coopertis panni lini operati de cirico — cuidam augustino — X sol.

66. Item unum librum vocatum *Martinianas* (!) [180], cum coopertis viridis — magistro P. Tria — X sol.

67. Item unum librum reportationum Iohannis Andree super decreto ante (?) novellam, cum postibus — dicto magistro P. Tria — IIII lib.

Summa summarum — III^cLVII lib. III sol. — Summa librorum venditorum — LXVIII.

Sequuntur libri, qui adhuc restant in Cathalonia et eos dimisi ex causis infrascriptis (aque (?) quod declaretur in camera, an debeant permanere) [181]. f. 5b

Primo in civitate Maioricensi, summa Ostiensis super decreto, officiali Maioricensi, quia dicebat, quod bone memorie dominus Anthonius episcopus Maioricensis erat sibi obligatus in pluri (?), et ideo noluit solvere extimationem, que est XV lib.

Item unum breviarium officii G[er]undensis, quod fuerat ante adventum meum traditum per manumissores seu exequtores Anthonio de Ioucar, quod nunquam vidi nec feci extimari.

Item unum librum orarum beate Marie, quem habuit, prout in inventario continetur, B. de Lauru, qui habebat in uxorem neptem domini episcopi, et non restituit michi.

Item in civitate Barchinonensi dimisi unum librum prime partis sancti Thome de Aquino; item alium secunde partis sancti Thome; item alium librum secunda secunde sancti Thome de Aquino; isti quatuor libri cum coopertis croceis seu rubeis fuerunt legati in testamento per dictum dominum episcopum ecclesie Gerundensi, in qua ipse fuit canonicus et de illa diocesi oriundus. Et ideo ne oporteret illos reportare illuc, eo casu, quo legatum valeat, dimisi eos ibi [182] et fuerunt extimati Maior. — XX lib.

Alios vero libros assignavi camere apostolice, ut infra in recognitionibus michi factis apparet, qui [183] sunt numero XXXII volumina.

Constat de assignatione usque ad numerum XXXII voluminum per regestum, quibus computatis est repertus numerus in inventario repertus. »

Sequuntur « *assignationes et expense*, » in quibus Iacobus accuratissime recenset, quae dum *commissionem* exsequeretur tam in itinere quam Maioricae expenderit. Praeterea referuntur litterae, quibus Iacobus ab Urbano V, ab Arnaldo archiepiscopo Auxitano *domini papae camerario* et a Gaucelino episcopo Nemausensi *domini pape thesaurario de rebus camerae assignatis*

[180] Tabula iuris Martini Poloni, ord. praed.

[181] Haec in margine. — Fortasse: *usque quod declaretur.*

[182] Ad hanc vocem in margine adiungitur: *Barchinone in domo Francisci de Scasals, qui eos postea assignavit domino Fulconi collectori Aragonie.*

[183] Quae sequuntur aliâ manu sunt scripta.

quietatur. — Ex iis decerpsi quae ad libros pertinent. Primum in litteris die 8 m. iulii 1363 ab Arnaldo datis, dicitur Iacobus camerae assignasse:

f. 24b 1. « Concordancias super Biblia, que incipiunt in secundo folio: *XLI abissum moveat,* et finiunt in penultimo folio: *nobis hodie.*

2. Item epistolas Bernardi abbatis Clarevallensis ad Eugenium, que incipiunt in secundo folio: *huiusmodi que.*

In altera epistola ab eodem die 12 m. ianuar. 1364 datis refertur Iacobus *assignasse de eisdem bonis:*

f. 25b 3. Unum parvum librum, qui incipit in secundo folio: *super petitis decimis,* et in secundo folio (!) incipit: *tercio.*

4. Item unum librum reportacionum de papiro, qui incipit in secundo folio: *statuta.*

5. Item unum librum intitulatum *Lectura modica super sexto*, qui incipit in secundo folio: *de rescriptis.*

6. Item concordancias super decreto, cum coopertura de pergameno, incipit in secundo folio: *cantoris.*

7. Item unum parvum librum vocatum *Prosper,* coopertum de pergameno albo, qui incipit in secundo folio: *ubi.*

8. Item quendam librum distinctionum fratris *Nicolay de Gorran* ordinis predicatorum, qui incipit in secundo folio: *mee.*

9. Item textum sexti decretalium cum apparatu Digni de regulis iuris, qui incipit in secundo folio: *predictorum.*

10. Item quendam librum intitulatum *Thema propositionum*, qui incipit in secundo folio: *da vel.*

11. Item librum feudorum, qui incipit in secundo folio in textu: *nam aliqua.*

12. Item quendam librum domini Innocentii pape III super expositione misterii altaris, qui incipit in secundo folio: *qui suffert,* et finit in eodem: *pater.*

13. Item unum librum sermonum dominicalium, qui incipit in secundo folio: *intueor.*

14. Item librum rubricarum psalterii parvi voluminis, qui incipit in secundo folio: *ratione.*

15. Item elucidarium, qui (!) incipit in secundo folio: *re accipere.*

16. Item quendam librum Iohannis Belet, qui incipit, in secundo folio: *angeliste.*

17. Item unum librum parvi voluminis continentem quasdam auctoritates beati Bernardi, qui incipit in secundo folio post rubricas: *inferni.*

18. Item unum librum benedictionum parvi voluminis, qui incipit in secundo folio: *mente.*

19. Item quendam librum tractatus magistri Guidonis, qui incipit in secundo folio: *ratione.*

20. Item Compostellanum, qui incipit in secundo folio: *daret.*

21. Item unum decretum incipiens in secundo folio in textu: *sitas.*

22. Item rosarium, incipit in secundo folio: *quasi per transitum.*

23. Item quendam librum institutorum sive cronicarum, qui incipit in secundo folio: *Cartago.*

24. Item unum alium librum expositionum super quibusdam dictis seu vocabulis theologie [184], qui incipit in secundo folio: *hora est.*

25. Item unum librum Isidori iunioris, qui incipit in secundo folio post rubricas: *parvis.*

26. Item expositionem vocabulorum seu nominum ebreorun Ieronimi, qui incipit: *Milantem.*

27. Item sextum decretalium qui incipit in secundo folio: *nonnullis.*

28. Item prima pars lecture Hostiensis, que incipit in secundo folio: *preterea.*

29. Item secunda pars lecture Hostiensis que incipit in secundo folio: *super facies.*

30. Item tabulam super moralibus Iob, scriptam in papiro, que incipit in secundo folio: *nota.*

31. Item Bagaretum [185], qui incipit in secundo folio: *et ff.*

32. Item librum pontificalis, qui incipit in secundo folio: *benedisti* (!).

Ex his aliisque rationibus atque inventariis, quae paullo post indicabo, facile apparet, quanta librorum copia in annos singulos ex *spoliis praelatorum* camerae apostolicae addiceretur, licet e longinquis regionibus haud raro non libri ipsi sed eorum pretium ad curiam deferretur. Quare facile perspexi, nulla alia re originem bibliothecae iussu Urbani V an. 1369 descriptae posse illustrari, quam recensione aliqua uberiori librorum ante id tempus in cameram *iure spolii* illatorum.

§ 5. **Recensio librorum ex spoliis in cameram illatorum an. 1353.** — Perlustratis frustra voluminibus *inventariorum palatii apostolici*, tandem aliquam eius generis recensionem nactus sum, quae oscitantiâ librarii cum quibusdam *registris* [186] erat compacta. — Vix enim Innocentius VI pontificatum inierat, cum universum thesaurum accurate describi iussit. Ea recensio, die 28 m. ianuarii an. 1353 coepta, quâ vix alia Avenione confecta est concinnior atque uberior, inter alia continet accuratam descriptionem plurimarum rerum, quae ex spoliis plurium praelatorum ad ca-

[184] Fortasse ARMANDI DE BELLOVISU, ord. praed.

[185] De BAGAROTTO cf. SAVIGNY, *Geschichte des röm. Rechts* ², V, 136.

[186] TABULARIUM VATIC., *Registra Avenion. Innocentii VI*, tom. VI, ff. 1-149 (193-344).

meram devenerant, necdum cum reliqua thesauri parte erant confusae. — Excerpam igitur primum ex hac recensione descriptiones librorum [187], deinde quae ex eis de origine bibliothecae Avenionensis concludi possint, indicabo [188].

II. E recensione thesauri anno 1353 confecta.

f. 1a « Anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimotercio, indictione sexta, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocencii pape VI anno primo, die vicesima octava mensis ianuarii inceptum fuit inventarium de bonis et rebus infrascriptis.

f. 2b I. — Sequitur inventarium de bonis et rebus domini Amaluini [189] quondam abbatis Marziliensis.

Secuntur libri.

1. Et primo decretum, incipit in textu in prima linea secunde columpne primi folii: *pariter quoniam*,

2. Decretales, incipientes in secunda columpna: *liquet propterea.*

3. Clementine cum apparatu Iohannis Andree, incipientes in secunda columpna primi folii: *morum.*

4. Sextus liber decretalium cum apparatu, incipit in textu in secundo folio: *et Berengarium.*

5. Textus Sexti libri decretalium, incipit in prima columpna tertii folii: *valeat.*

6. Breviarium, incipit in psalterio in secunda columpna primi folii: *suo conturbavit.*

7. Aliud breviarium, incipit in psalterio in secunda columpna primi folii: *in amara (?) astiterunt.*

8. Item alique scripture diversarum materiarum et formarum modici valoris.

9. Volumen cum secunda parte lecture Ostiensis, incipit in secundo folio: *dixerunt.*

[187] Praeter scribendi compendia, quae paullo ante p. 137, not. 19 recensui, utar his quoque: **Lu.** indicat priorem recensionem bibliothecae Petri de Luna (Benedicti XIII); **Av.** indicem an. 1410 confectam librorum, qui in palatio Avenionensi remanserant; **Bu.** descriptionem codicum manuscriptorum Principis Burghesii, quam in altera huius operis parte vulgabo; **Pa.** codices bibliothecae Parisiensis nationalis; **Va.** codices bibliothecae Vaticanae. Nomina auctorum ac titulos paullo obscuriora, cum primum occurrunt, quantum possum, explicabo, nec tamen eas explicationes iterum atque iterum repetendas censui. Verum quae in hac parte legentes desiderare possint, facillime ex indice copiosissimo discent, quo totum opus concludam.

[188] Quae uncis rotundis inclusi, aliâ sed antiquâ manu in margine sunt adiuncta.

[189] Amalvinus abbas s. Victoris circa 1340-1344; *Gallia christiana*, I, 692.

10. Tertia pars lecture Ostiensis super decretum, incipit in secunda columpna primi folii: *ut hic dicit.*

11. Quarta et sexta pars Ostiensis super decretum, incipit ut supra: *decretalis intelligenda est.*

12. Summa Ostiensis, incipit in secunda columpna primi folii: *rigere possumus.*

13. Novella Iohannis Andree super VI decretalium, incipit ut supra: *narrat, quomodo.* — (Portavit eam dominus episcopus Convenarum [190]).

14. Innocencius, incipit in secunda columpna primi folii: *etiam minus litteratos.*

15. Compostellanus, incipit ut supra: *casu quando.*

16. Ordo iudiciorum, incipit ut supra: *prehendi.*

17. Hugucius super decretum, incipit ut supra: *locum.*

18. Summa Abbatis super decretalibus, incipit ut supra: *enim rescripta et scripta.*

19. Concordantie decreti, incipit in secunda columpna primi folii: f. 3a *a conspectu.*

20. Liber de vitiis et virtutibus, incipit ut supra: *prima harum.*

21. Gaufridus [191] super decretalibus, incipit ut supra: *libello.*

22. Quarta pars sancti Thome, incipit ut supra: *induas.* — (Cartusienses [192]).

23. Flores sanctorum, incipit ut supra: *liber regum.*

24. Speculum iudiciale, incipit ut supra: *per quem pervenitur.*

25. Rationale divinorum officiorum: *illuminentur.*

26. Prima pars Ostiensis super decretum, incipit ut supra: *nulli tamen.*

27. Secunda pars novelle Iohannis Andree super decretum, incipit ut supra: *et textum fortificat.*

28. Ebrardus [193], incipit: *quum ignorantie.*

29. Breviarium, incipit in secunda columpna primi folii post kalendarium: *vis quem proicit.*

30. Aliud breviarium, ut supra incipiens: *versus Christum eius.*

31. Aliud breviarium, incipit ut supra: *ipsorum.*

32. Ars predicandi magistri Alani, incipit in eius principio: *Vidit Iacob scalam.*

33. Biblia, incipit in secunda columpna primi folii: *in sabulo.*

34. Sermones Iacobi [194], incipit ut supra: *orem.*

35. Alii sermones, incipit ut supra: *argentum.*

[190] Bertrandus de Cosnac episcopus Convenarum (s. Bertrand de Cominges) 1352-74, renuntiatur cardinalis †1872.

[191] Goffredus de Trano.

[192] Carthusiani Villae novae prope Avenionem; de iis in altera parte.

[193] Ebrardi de Bethune Graecismus.

[194] Iacobus de Lausana, ord. praed.

36. Sacramentale Guillelmi [195], incipit in primo folio: *Carissimo filio.*

37. Liber doctrinale [196], incipit: *scribere clericulis.*

38. Apostille evangeliorum dominicalium, incipit in secunda columpna primi folii: *consolabilis.*

39. Summa confessorum abreviata, incipit ut supra: *sit nobis.*

40. Liber de diversis materiis, incipit in secundo quaterno: *regem venturum dominum.*

41. Sermones, incipit in secunda columpna primi folii: *fidem.*

42. Ethimologie Ysidori, incipit ut supra: *de pedibus.*

43. Unus liber, incipit in eius principio: *quam mentes.*

44. Statuta provincialia edita apud sanctum Ruphum [197], incipit ut supra: *trino.*

45. Prologus Augustini ad Aurelium de penitentia, incipit in eius principio: *Quam sit appetenda gratia.*

Libri suprascripti sunt in duobus saculis.

f. 3b II. — Sequitur inventarium de bonis et rebus condam domini abbatis Insule Barbare [198] Lugdunensis diocesis.

Secuntur libri eiusdem domini abbatis.

1. Primo prima pars summe sancti Thome, incipit in prima col*[umpna]* secundi folii: *est qua.* — *[Ur. 1627?].*/630

2. Prima pars secunde sancti Thome, incipit ut supra: *in VIII° phisicorum.* — *[Ur. 1601].*/

3. Secunda secunde sancti Thome, incipit ut supra: *ad quartum.* — *[Ur. 1561].* 1563

4. Tercia pars sancti Thome, incipit ut supra: *satisffacientis.* — *[Ur. 1560].*/1562

5. Archidiaconus [199] super decreto, incipit ut supra: *huic.*

6. Liber sententiarum, incipit in prima columpna tercii folii: *tibus voluntatum.*

7. Liber dialogorum, incipit in quarto folio: *eis aliqua.*

8. Missale, incipit in secundo folio post kalendarium: *dicimus.*

9. Breviarium modici valoris cum suo repositorio de corio, incipit in secundo folio: *domine dedisti.*

Suprascripti libri sunt in uno saculo.

195 Guilelmus de Montelauduno.

196 Alexandri de Villa Dei.

197 I. e. Avenione an. 1326 et 1337; vide Labbé-Mansi, *Collectio concil.*, XXV, 739, 1085.

198 Simon de Gillans 1345-1349, Dego (Bego, Rigo) de Brossana 1349-1350; *Gallia christiana*, IV, 230.

199 Guido de Baysio, archidiaconus Bononiensis.

III. — Sequitur inventarium de bonis condam domini Dragoneti episcopi Vapincensis [200]. f. 4a

Secuntur libri eiusdem episcopi Vapincensis.

1. Primo decretum, incipit in prima columpna secundi folii: *libellum repudii.*

2. Decretales, incip*[iunt]* in prima pagina secundi folii: *lute humani generis.*

3. Summa Ostiensis super decret*[o]*, incipit in prima columpna secundi folii: *calcaret.* — *[Ur. 1525].*

4. Innocencius [201], incipit ut supra: *assignata.*

5. Distinctiones morales, incipiunt post rubricas in prima columpna secundi folii: *secundo de ipsa lege.*

6. Apparatus super sexto libro Iohannis Andree, incipit in secundo folio: *servire ipsis.*

7. Martiniana [202] decreti et decretalium, incipit ut supra: *maio et obe.*

8. Apparatus sexti libri editus per Archidiaconum, incipit in secundo folio: *beati Petri.* — *[Av. 45, Bu. 40].*

9. Apparatus Iohannis Andree super Clementinis, incipit ut supra: *sive ars.* — *[Ur. 163].*

10. Sermones modici valoris, incipit ut supra: *quante sunt.*

11. Apparatus sexti libri decretalium editus a Iohanne Monachi: *plicatio autem.*

12. Summa de virtutibus, incipit ut supra: *confitendum est.*

13. Sermones incipientes in secundo folio: *terram suam*, et finit in eodem folio: *unde.*

14. Flores sanctorum, incipiunt in prima columpna secundi folii: *fidem humanam.*

15. Liber super istoriis novi et veteris testamenti, incipit ut supra: *aures universi.*

16. Unum psalterium, incipit in secundo folio: *usquequo*, et finit in eodem: *vocem.*

IV. — Sequitur inventarium de bonis et rebus quondam domini Rostangni episcopi Sistaricensis [203]. f. 5a

De bonis eiusdem. Secuntur libri. f. 6a

1. Primo una biblia, incipit in secunda columpna primi folii: *videret in sabulo.*

2. Liber concordanciarum, incipit in tercia columpna primi folii: *LXVIII.*

[200] Dragonetus (d'Artaud de Montauban) episc. Tricastinus (St. Paul-trois-châteaux) 1306-1328, Vapincensis (Gap) 1328-1348.

[201] Procul dubio INNOCENTII IV apparatus in decretales.

[202] MARTINI POLONI ord. praed.

[203] Rostagnus II circa 1330-1349; *Gallia christiana*, I, 494.

3. Psalterium glossatum, incipit in secunda columpna primi folii: *novi testamenti.*

4. Epistole Pauli glossate, incipiunt in secunda columpna primi folii in glossa: *hoc opere.*

5. Evangelia glossata, incipiunt ut supra: *possent discerni.*

6. Alius liber evangeliorum glossatorum, incipit ut supra: *capacitatis scientie.*

7. Missale notatum ad usum ecclesie Sistaricensis, incipit ut supra: *I et enim.*

8. Ordinarium ecclesie Sistaricensis, incipit in secundo folio: *domini (dm') eius.*

9. Tractatus moralis de virtutibus, incipit in secunda columpna primi folii: *principali errore.*

10. Liber de inferno (!) statutorum sinodalium, incipit in secunda columpna primi folii: *sive contrarii.*

11. Sermones sinodales, incipiunt in secunda columpna primi folii: *suum.*

12. Flores sanctorum, incipiunt ut supra: *natali.*

13. Liber epistolarum, incipit in secundo folio: *ficamus eos.*

14. Biblia manualis, incipit in secundo folio: *de conscientia.*

15. Liber de miseria humana [204], incipit in secundo folio: *falsis fratribus.*

16. Septimus liber decretalium, incipit in secunda columpna primi folii: *et arduis.*

17. Sermones synodales, incipiunt in secundo folio: *si enim.*

18. Alii sermones, incipiunt in secunda columpna primi folii: *primo ergo.*

19. Summa de bonis et malis, incipit ut supra: *de genuflectionibus.*

20. Breviarium, incipit in psalterio in secunda columpna primi folii: *re suo.*

21. Unus liber apostille super expositione evangeliorum, incipit in secundo folio: *tunc quamque.*

22. Unus modicus liber, incipiens in secundo folio: *senio peccatorum.*

23. Speculum ecclesie [205], incipit in secundo folio: *da quam.*

24. Sermones incipientes in secundo folio: *quia Babilonia.*

25. Unus liber evangeliorum, incipit in secunda columpna primi folii: *tere divinam.*

26. Liber de communibus theologie, incipit in secunda columpna primi folii: *faciatis.*

27. Unus liber incipiens in secundo folio: *dei conditi.*

28. Alius liber incipiens in secunda columpna primi folii: *quedam spiritualia.*

[204] INNOCENTII III.

[205] Fortasse illud, quod ab aliquibus HUGONIS A S. CHARO, ord. praed. adscribitur.

29. Sermones incipientes ut supra: *Sermo in prima.*
30. Liber Crisostomi, incipit in secundo folio: *ausus.*
31. Sermones de adventu, incipiunt ut supra: *enim suscepta.*
32. Item unus parvus liber, incipiens in secundo folio: *ergo complexus.* f. 6b
33. Ordo iuxta instituta ecclesie, incipit in secundo folio: *frontem.*
34. Prologus magistri Hugonis [206], incipit in secundo folio: *occides me.*
35. Quartus liber super epistolis ad Ebreos, incipit in secunda columpna primi folii: *omnis scilicet.*
36. Mandagotus [207], incipit ut supra: *tercio et ultimo.*
37. Unus quaternus libri sexti decretalium.
38. Unus liber, qui incipit in secundo folio: *diligenter.*
39. Alius liber incipiens ut supra: *de confirmatione.*
40. Alius liber incipiens ut supra: *in quintum* Chanaan.
41. Alius liber modicus, incipit ut supra: *debet venire.*
42. Alius modicus liber, incipit ut supra: *ecce nomen.*
43. Officium beate Marie, modici vel nullius valoris.
44. Sermones modici valoris, incipiunt in secundo folio: *Ecce dies veniunt.*
45. Alius liber fere nullius valoris, incipit ut supra: *suscipere.*
46. Unus liber, incipit in secunda columpna primi folii: *mus altare.*
47. Leges Aragonum, incipiunt in secundo folio post kalendarium: *fidenciam.*
48. Unus liber, incipit in prima columpna primi folii: *finem.*
Suprascripti libri sunt in una malla de corio.

V. — Sequitur inventarium de rebus et bonis condam domini Bertrandi episcopi Lodovensis [208]. f. 7a

Secuntur libri eiusdem. f. 8a
1. Primo biblia, que incipit in secundo folio: *Sanctus Eonuchus.*
2. Psalterium glossatum, incipit in secundo folio: *non tecum principium.*
3. Una lectura super decretalibus, incipit ut supra: *de assensu.*
4. Digestum novum, incipit ut supra: *Paulus.*
5. Sextus liber cum apparatu Iohannis Andree et lectura Archidiaconi, incipit ut supra: *expedire.* — (Amotus pro nepotibus [209] a domino thesaurario. — Restitutus).

[206] Sitne Hugonis a s. Victore?
[207] Guilelmi de Mandagoto fortasse libellus de electione.
[208] Bertrandus (du Mas post fr. Bernardum Guidonis, ord. praed.) episc. Lodovensis (Lodève) 1332-1348.
[209] Pro nepotibus Innocentii VI, quibus is fortasse plus aequo favebat.

6. Flores sanctorum in tribus voluminibus, primum incipit in secundo folio: *de sancto Stephano.* — (Dominus episcopus Convenarum [210] retinuit penes se).

7. Unum directorium ordinis, incipit ut supra: *tam diebus.* — (Restitutus ecclesie [211]).

8. Cronice Martiniane [212], incipientes ut supra: *ta quatuor.*

9. Octo parvi libri sive caterni, coperti corio viridi.

10. Liber [213] de amore et dilectione dei, incipit ut supra: *nescire.*

11. Unum manuale, incipit ut supra: *fetoribus.*

12. Unum pontificale, incipit ut supra: *spiritus sancti.*

13. Tractatus Innocencii pape tercii, incipit ut supra: *elementa.*

Sunt in primo coffro.

14. Item decretum cum apparatu, incipit in secundo folio in textu: *facte sunt autem leges.*

15. Unum graduale notatum, incipit in secundo folio: *unde da nobis.*

16. Enforciatum, incipit ut supra: *de pecore.* — (Amotum pro nepotibus).

Sunt in secundo coffro.

f. 8b VI. — Sequitur inventarium de rebus et bonis condam domini Manuelis episcopi Vercellensis [214].

f. 9a De bonis eiusdem. — (Nota, quod missale et duo breviaria sunt in una archa de sapino una cum libris infrascriptis).

1. Item unum breviarium ad usum Romanum, incipit in secundo folio: *corda famul.*

2. Decretales cum apparatu, — *scientiam reparari.* — (Die XVI octobris habuit dominus Ca*[rcassonensis]* [215] decretales incipientes: *scientiam reparari).*

3. Sextus liber decretalium cum Clementinis, — *biguitatem.*

4. Unum pulchrum decretum, — *cognomine ecclesiastico.*

5. Una biblia, — *disu voluntatis.*

6. Flores sanctorum, — *et utinam.*

7. Apparatus Innocentii [216], — *em cunque.*

8. Pontificale.

9. Liber intitulatus *Glossarum diversitas,* — *gere vel constitutionem.*

10. Liber dialogorum sancti Gregorii. — *G. nequaquam.*

[210] Bertrandus IV de Cosnac episcopus Convenarum 1352-1374, 1361 camerarius sacri collegii, 1362 cardinalis; vide paullo ante p. 195.

[211] Ecclesiae Lodovensi.

[212] MARTINI POLONI, ord. praed.

[213] S. BERNARDI.

[214] Emmanuel Fieschi episc. Vercellensis 1343-1347.

[215] Arnaldus Alberti, nepos Innocentii VI.

[216] INNOCENTII IV.

11. Lectura Petri Boneti [217] super decretalibus, — *in sacramento.* — *[Ur. 1056, Bu. 228].*
12. Unum breviarium modici valoris, — *peccatorum.*
13. Boecius, — *suerat.*
14. Apparatus Archidiaconi, — *fatemur.*
15. Secunda pars secunde sancti Thome, — *nisi per lumen.* — *[Av. 446].*
16. Tabula vocabulorum biblie, — *Iheronimus* VII f.
17. Unum missale ad usum romanum.
18. Innocencius, — *victum.*
19. Psalterium glossatum, — *beatus vir.*
20. Una biblia, — *est permittunt medici.*
21. Epistole Pauli glossate, — *Paulus.*
22. Thesaurus pauperum [218], — *orlum capillorum.*
23. Cronice summorum pontificum.
24. Digestum novum. — (Extractum pro nepotibus).
25. Decretales cum apparatu, satis pulcre, — *solum autem.*
26. Una pars moralium sancti Gregorii.
27. Item apparatus Ioannis Andree super Clementinis, — *in deitate.* f. 9b
28. Unum volumen. — (Pro nepotibus).
29. Summa *Copiosa* [219], — *tebat.*
30. Clementine, — *lites auferat.*
31. Digestum vetus. — (Pro nepotibus).
32. Decretales cum apparatu, — *quisquam.*
33. Speculum iuris, — *tatur de iudicibus.*
34. Repertorium magistri Guillelmi Durandi, — *beneficio.*
35. Apparatus Ioannis Monachi super sexto libro, — *gimini.*
36. Compostellani [220], — vel alia statuere.

Qui libri reperti sunt in uno coffro serrante cum duabus clavibus et est scriptum desuper: *Coffrus filiorum quondam domini Nicolai etc.*

37. Item sextus liber decretalium, — *pontificibus.*
38. Unus liber, qui incipit: *Reverendissimo et amantissimo domino suo.*
39. Apparatus Innocentii [221], — *si vero.*
40. Summa Azonis, — *nes est quia,*
41. Prima pars secunde sancti Thome, — *in qua beatitudo.*
42. Archidiaconus, — *per contrarium.*
43. Tercia pars sancti Thome, — *tura.*
44. Prima secunde sancti Thome, — *in finibus.*

Qui libri reperti sunt in simili coffro, in quo est scriptum desuper: *Coffinus filiorum condam domini Nicolai.*

[217] Nihil de eo in SCHULTE, *Geschichte der Quellen und Litteratur des canon. Rechts.*
[218] Liber medicinae IOANNIS XXI.
[219] Ostiensis i. e. HENRICI DE SEGUSIA.
[220] BERNARDUS COMPOSTELLANUS iunior.
[221] INNOCENTII IV.

f. 10a VII. — Sequitur inventarium de bonis condam domini Petri episcopi Valentini et Diensis [222].

f. 12a Sequuntur libri episcopi Valentini.

1. Primo codex, incipiens in secundo folio in textu: *tioni* (?) *conferentibus.*

2. Decretales, incipientes in secundo folio: *una vero.*

3. Prima pars lecture Ostiensis, incipit in secundo folio: *instituta de rerum divisione. — [Ur. 1016].*

4. Lectura Innocentii, incipit in secundo folio: *naturale.*

5. Digestum novum, incipit ut supra: *causa actio.*

6. Volumen, incipit ut supra in textu: *et educatio.* — (Pro nepotibus).

7. Summa Azonis, incipit ut supra: *falsi.*

8. Chinus [223], incipit ut supra: *qualitas illius inducit.*

9. Unus liber modicus, in quo est officium de corona, — *gestat coronam.*

10. Digestum vetus, incipiens ut supra: *nuncupatur.* — (Pro nepotibus).

11. Summa Copiosa, incipit ut supra: *rogatus.*

12. Rosarium [224] incipiens in secundo folio: *mos est consuetudo.*

13. Prima pars lecture Ostiensis, incipit ut supra: *ritate.*

14. Lectura Hugutionis, incipit ut supra: *de iure tamen.*

15. Decretum, incipit ut supra: *constitutio et editum.*

16. Extravagantes sive decretales antique Bonifacii, incipiunt ut supra: *dantur quorum.*

17. Cassiodorus, incipit ut supra: *eos integerrime cognovisti.*

18. Antique decretales, incipiunt ut supra: *ab ea multis temporibus.*

19. Summa libellorum, incipit ut supra: *onabili causa.*

20. Gencelinus [225] incipiens ut supra: *nodoxe id est involute.*

21. Sextus liber decretalium, incipit ut supra: *non sunt.*

22. Quedam lectura decretalium, incipit ut supra: *quod dentur coditiane distributiones.*

23. Summa Damasci [226] super decretales, incipit: *non adquiritur.*

24. Quedam summula super decretalibus, incipit ut supra: *qui tunc salvabitur.*

25. Ystoria scolastica super Genesim, incipit: *summitatem ignis intellexit.*

26. Compostellanus, incipit ut supra: *episcopo super prebendis.*

27. Antiquus liber decretalium, incipit ut supra: *are adulterius.*

222 Petrus (de Castellus) ord. s. Ben. episc. Valentinus (Valence) et Diensis (Die) 1342-1350; vide paullo ante p. 139, n. 5.

223 Cinus.

224 Fortasse illud Guidonis de Baysio (Archidiaconi).

225 Genselinus de Cassagnis.

226 Damasus Boemus.

28. Item Paulus [227] super Clementinis, incipit ut supra: *de eius (tuis?) manibus.* f. 12b

29. Compostellanus, incipit ut supra: *capitulo primo.*

30. Archidiaconus super sexto, incipit ut supra: *et quod dicitur.*

31. Lectura Vincentii [228] super decretalibus, incipit ut supra: *antequam ad ipsum.*

32. Secunda pars lecture Ostiensis, incipit ut supra: *ff. de iusta et iure.*

33. Una pars speculi, incipit ut supra: *et capitulo qualiter.*

34. Decretales sine glosa, incipiunt ut supra: *tia seu natura.*

35. Reportationes super decretalibus, incipit ut supra: *in omni bona.*

36. Una pars lecture Ostiensis, incipit ut supra: *cum secundum.*

37. Lectura Petri de Sansone, incipit ut supra: *petere restitutionem.*

38. Liber sententiarum, incipit ut supra: *et homo entii (?).*

39. Summa super digestis, incipit ut supra: *quod res traditur.*

40. Ordo iudiciarius magistri Tranqueti, [229] incipit ut supra: *illarum ecclesiarum.*

41. Liber Lombarde [230] super decreto, incipit ut supra: *aut plures.*

42. Reportationes in iure civili, incipit ut supra: *pro consule et legato.*

43. Iob incipiens in glossa ut supra: *timens deum.*

44. Quedam summa questionum in iure canonico, incipit ut supra: *contra in omni bona forma.*

45. Quedam alia summa modici valoris, incipit ut supra: *sibi novum opus.*

46. Sermones antiqui, incipit ut supra: *vetustate.*

47. Una pars Ostiensis in summa, incipit ut supra: *rena infra de excessibus.*

48. Alia summula, incipit ut supra: *ecclesia sed hodie.*

49. Unus caternus sexti libri, incipit ut supra: *plena informatio.*

50. Quedam summa in legibus, incipit ut supra: *pes, qui capiunt munera etc.* cum lectura Iohannis de Blevesco [231].

51. Unus modicus liber, copertus de corio rubeo.

Nota quod speculum iuris, Lombarda et flores sanctorum habet penes se dominus Eblo de Mederio [232].

[227] Paulus de Liazariis.

[228] Vincentius Hispanus.

[229] Tancredus.

[230] Cf. Savigny, *Geschichte des römischen Rechts*², II, 210*s*.

[231] Ioannes de Blanosco, cf. Savigny, l. c., V, 497*s*

[232] Unus ex clericis camerae; vide in Tabulario Vatic., *Archiv. Avenion.*, *Introitus et exitus camerae apost.*, n. 272, f. 119*b*.

f. 13a VIII. — Sequitur inventarium de bonis et rebus quondam domini P. Chatardi custodis sigilli, auditoris camere de exequiis mortuorum in curia assignatis camere per dominum Raymundum la Chaminada successorem.

Secuntur libri.

1. Primo unum modicum breviarium, incipit in secundo folio: *Beatus vir, qui inventus est.*

2. Unus liber, qui incipit in primo folio: *Quia de feudis.*

3. Alius liber, incipit in primo folio: *Incipiunt consuetudines feudorum.*

4. Una lectura, incipit in primo folio: *Gregorius.*

5. Quedam summa incipiens: *Hactenus ut loquar.* -Casus Bernardi Gory

6. Quidam liber institutionum cum apparatu, incipit: *Maiestatem.*

7. Casus decretorum, incipit in primo folio: *Quoniam suffragantibus.*

8. Repertorium magistri Guillelmi Durandi, incipit in primo folio: *Reverendo in Christo patri.*

9. Summa fratris Raymundi ordinis predicatorum, in papiru, in secundo folio: *fidelium.*

10. Alia summa super iure canonico, incipit: *In dei nomine, amen.*

11. Unus caternus auctoritatum Bernardi.

12. Plures caterni diversarum materiarum.

13. Unus liber institutionum, incipit in primo: *Imperatoriam maiestatem,* et in secundo folio: *in terra.*

14. Decretales modici valoris: *si eorum auctoritate.*

f. 13b 15. Item duo parvi libri de ordine iudiciario, unus: *et filios suos;* alius: *sententiam dixit.*

16. Antique decretales: *Romana ecclesia.*

17. Clementine cum apparatu in secundo folio: *bene quod omni.*

18. Unum doctrinale: *sed dabis.*

19. Quidam modicus liber, in quo sunt alique misse particulares: *omni bono.*

20. Constitutiones sinodales episcopatus Mimatensis: *secum in domibus.*

21. Unus modicus liber dictus Iuvenalis.

f. 14a IX. — Sequitur inventarium bonorum condam.. Abbatis Saxivivi [233] — die prima februarii:

1. Primo Clementine cum apparatu super VI° incipientes in secundo folio: *ra magna.*

2. Decretum antiquum cum apparatu, incipit in secundo folio: *usque ad medias noctes.*

[233] Cf. Iacobilli L., *Cronica del monistero di Sassovivo,* Foligno, 1653.

3. Decretales cum apparatu, incipiunt ut supra: *trinitatis.*

4. Summa Innocentii [234], incipit ut supra: *sustineatur.* — (Abbas Grandimontensis [235]).

5. Summa Archidiaconi, incipit ut supra: *videatur tangere.*

6. Una summa diversarum scientiarum, incipit ut supra: *eligere.*

7. Dignus [236] de regulis iuris, incipit ut supra: *alios in quibus.*

8. Sermones in papiru.

9. Summa de casibus, incipit ut supra: *tertius est.*

10. Liber de ordine iudiciario, incipit ut supra: *vero predictas.*

11. Summa Gaufridi [237], incipit ut supra: *pro ingressu religionis.*

12. Unus modicus liber physice, incipit ut supra: *Sibilla.*

13. Mandagotus in tribus caternis.

14. Septem caterni distinctionum codicis.

15. Questiones domini Bartholomei Brixiensis in tribus quaternis.

16. Item aliqui alii quaterni iuris pauci aut nullius valoris.

17. Item speculum iuris [238], incipit in secundo folio: *distinctionis distinctionis.* — (Quem habet dominus Guillelmus de Cavanhaco [239] — Restituit et eum habuit abbas Grandimontensis).

Nota quod die X maii summa Innocentii et speculum iuris, que habebat dominus Guillelmus de Cavanhaco, traditi fuerunt domino Abbati Grandimontensi de mandato Domini nostri, quia erant de ordine.

X. — Sequitur inventarium bonorum condam domini Mo- f. 15a
rerii collectoris Narbonensis assignatorum per dominum B. de Abbate.

1. Primo sanctorale, incipiens in secundo folio: *se audisse.*

2. Psalterium magnum cum breviario, incipit ut supra: *tremore.*

3. Unum missale, incipit ut supra: *sole.*

4. Benedictiones episcopales, incipiunt ut supra: *consummationem.*

5. Epistole Eusebii et Ieronimi ad Paulinum, incipiunt ut supra: *ed si destruentibus.*

6. Unum breve missale, incipit ut supra: *agitur usque in vigilia.*

7. Liber sententiarum, incipiens ut supra: *quod deus non est dicendus.*

8. Missale portatile, incipit ut supra: *rima autem turba.*

9. Ordo benedictionum, incipit ut supra: *in ea amen.*

10. Modicus liber pro baptismo, incipit ut supra: *fetoribus careat.*

[234] INNOCENTII IV.

[235] Ioannes Chabriti 1347-1355, cf. *Gallia christiana*, II, 655.

[236] DINUS.

[237] GOFFREDUS DE TRANO.

[238] GUILELMI DURANTIS.

[239] Erat is an. 1353 decanus Colimbriensis et unus ex clericis camerae; vide *Introitus et exitus camerae apost.* n. 272 (1353), f. 119*b*.

11. Unum breviarium cum psalterio, incipit ut supra: *dic nobis bona.*

12. Instructio sacerdotis volentis celebrare, incipit ut supra: *ducat eos.*

13. Unum modicum psalterium cum breviario, incipit ut supra: *in conspectu tuo.*

14. Prosarium notatum, incipit ut supra: *secula seculorum.*

15. Sermones, incipientes ut supra: *consenserat.*

16. Unum instructorium ordinis, incipiens in secundo folio: *deus in evo.*

17. Liber ordinum ecclesiasticorum, incipit: *omnipotens sempiterne.*

18. Alius consimilis liber, incipit ut supra: *na oculus eius.*

19. Officiarium ad consacrandas virgines, incipit ut supra: *servantia.*

20. Instructorium ad baptizandum, incipit ut supra: *ascribe.*

21. Decem quaterni de Innocentio [240] super decretalibus — *XI distinctione.*

22. Unus liber orationum, incipit in secundo folio: *clamantem.*

23. Officium beate Marie, incipit in secundo folio post ymagines: *venite exultemus.*

Item quatuor parvuli coffreti, in quibus sunt plures et diverse res modici valoris.

f. 16a XI. — Sequitur inventarium bonorum domini Petri Iohannis prioris sancti Remigii olim collectoris in provincia Arelatensi.

1. Primo digestum vetus, incipiens in secundo folio in textu: *ab eis.*

2. Codex, incipiens ut supra: *aliqua facere.* — (Habuit dominus camerarius die VIIII octobris).

3. Volumen, incipiens ut supra: *pulcherrima.*

4. Innocentius, qui incipit ut supra: *non ratione constituti.*

5. Enfortiatum, incipiens ut supra: *do temporis.*

6. Decretales, incipiunt ut supra: *et Spiritus Sanctus.*

7. Sextus liber decretorum (!) cum apparatu, incipiunt ut supra: *idem volumen.*

8. Digestum novum, incipit ut supra: *peris novi nunciationis.*

9. Innocentius, incipiens ut supra: *eos constitutione.*

10. Instituta, incipiunt ut supra: *sibi constituerunt.*

11. Apparatus sextus libri Archidiaconi, incipit ut supra: *pandere disposuisti.*

12. Clementine cum apparatu, incipit ut supra: *audibus agendis.*

13. Sextus liber cum apparatu, incipit: *nos ad apicem.*

14. Decretales cum apparatu, incipit in secundo folio: *sugestionem peccati.*

240 Innocentius IV.

15. Unum missale, incipit post kalendarium in secundo folio: *fratres.* — (Ioannes de Brero [241]).

16. Sex quaterni de formis libellorum, incipiunt ut supra: *parafello primo.*

XII. — Sequitur inventarium bonorum quondam Iohannis Anglici et Iohannis de Pinu, qui decesserunt in curia in librata [242] domini cardinalis Albi, que bona dominus Guillelmus de Fonte, clericus collegii, camerarius prefati domini cardinalis, camere assignavit. f. 17a

1. Primo codex cum apparatu, incipit in secundo folio in textu: *numerus interpretationis.*

2. Sextus liber cum apparatu, incipit ut supra: *fratres nostros.*

3. Digestum novum cum apparatu, incipit ut supra: *stitutiones.*

4. Innocentius, incipit ut supra: *cum religiosis.*

5. Digestum vetus, incipit ut supra: *sunt leges.*

6. Decretales cum apparatu, incipiunt ut supra: *tum.*

7. Digestum novum sine apparatu, incipit ut supra: *evenit.*

8. Enfortiatum cum apparatu, incipit ut supra: *dum constitutum.*

9. Hostiensis abreviatus, incipit ut supra: *quo ad corpus.*

10. Casus Bernardi super decretalibus, incipiunt ut supra: *nam reformare.*

11. Casus decreti, incipiunt ut supra: *leges aliis ediderunt.*

12. Questiones Bartholomei, incipit ut supra: *ut dignetis* (!) *de inquirenda.*

13. Scripta fratris Petri de Tara*[ntasia]* super libro sententiarum, incipiunt ut supra: *responsio.*

14. Compostellanus, incipit ut supra: *episcopo factum fuit.*

15. Liber de incarnatione Verbi super 3° et 4° sententiarum, incipit ut supra: *ret qui non esset nativitate.*

16. Liber dialogi Iacobi Anglici [243], incipit ut supra: *tempore natus ex virgine.*

Suprascripti libri sunt in quodam saculo.

XIII. — Sequitur de bonis condam episcopi Astensis [244]. f. 18a

1. Primo volumen, incipiens in secundo folio: *tamen ducimus.*

2. Summa Odofredi [245], incipit ut supra: *tres domini.*

3. Digestum vetus cum apparatu, incipit ut supra in glosa: *ceteris.* — (Habuit eam dominus Gauffredus. — Restituit).

4. Codex cum apparatu, incipit ut supra: *annuit.*

5. Papias, incipit ut supra: *abnegamus.*

[241] Erat in unus ex *domicellis*, cf. *Introitus et exitus cam. ap.*, n. 267, f. 183*b*.

[242] Cf. ordinationem libratarum in Fantoni-Castrucci, *Storia d'Avignone*, I, 163*s*.

[243] Fortasse Iacobus ord. Cist., de quo Tanner, *Bibliotheca Britannico-Hibernica*, p. 426.

[244] Is videtur fuisse Arnaldus episc. Astensis (Asti) 1327-1348.

[245] Cf. Savigny, l. c., V, 356.

6. Digestum novum, incipit ut supra: *edibus suis.*

7. Ystorie scolastice [246], incipiunt ut supra: *dem in actu.*

8. Textus VI libri Clementinarum, incipit ut supra: *maluerit.*

9. Summe Martiniane, incipiunt ut supra: *quod absolutio.*

10. Liber sententiarum, incipit ut supra: *unigeniti filii dei.*

11. Enfortiatum, incipit ut supra: *est et enim persona.*

12. Sermones, incipiunt ut supra: *et ubi est illud.*

13. Compendium magistri Petri Aureoli, incipit ut supra: *stabit in loco sancto eius.*

14. Concordantie abreviate, incipiunt ut supra: *IIII G.*

15. Sermones sanctorum, incipiunt ut supra: *(quod in luce [247]) letum laboravi.*

16. Distinctiones Mauritii [248], incipiunt ut supra: *de regibus.*

17. Sermones, incipiunt in secundo folio: *quod in luce.*

18. Unus liber moralium, incipit ut supra: *principibus potestatem.*

19. Lectura Guillelmi de Montelauduno super Clementinis, incipit ut supra: *foras.*

Premissi libri positi sunt in quodam coffro.

20. Primo Ysidorus ethimologiorum, incipit in secundo folio: *dominus noster.*

21. Prima pars biblie, incipit ut supra: *fabri sola.*

22. Secunda pars biblie, incipit ut supra: *tua substantia.*

23. Postille N*[icolai]* de Lira super libro Regum, incipiunt ut supra: *quoniam si haberes x filios.*

24. Sermones Iacobi de Losana, incipiunt ut supra: *in morbo.*

25. Decretum antiquum, incipit ut supra: *mulier in.*

26. Manipulus florum, incipit post rubricas: *egritudine.*

27. Postilla N*[icolai]* de Lira super Pentateucum, incipit ut supra: *habeat enyma.*

28. Secunda secunde Thome, incipit ut supra: *post Christi nativitatem.*

29. Postilla N*[icolai]* de Lira super Psalmis, Iob, incipit ut supra: *prophetia est divina inspiratio.*

30. Postilla N*[icolai]* de Lira super Genesi, incipit ut supra: *huic scientie tribuens.*

31. Postilla originalium, incipit ut supra: *actus talis.*

32. Postilla N*[icolai]* de Lira super prophetas maiores, incipit ut supra: *usque ad maiores.*

33. Concordantie, incipiunt ut supra: *Ion et III a.*

34. Directorium iuris compositum a fratre Petro Quessne [249], incipit ut supra: *nerata et procedens.* — *[Pen. 1060?]*

[246] Petri Comestoris.

[247] Haec sunt postmodum deleta.

[248] Cf. de eo paullo ante p. 53, not. 164.

[249] Petrus ~~Quesnel aut~~ Quesvel, ord. praed.

35. Hugutius super decreto, incipit ut supra: *sunt coram.* — (Dominus episcopus Convenarum habet).

36. Casus decretalium, incipiunt ut supra: *contra eum allegari.*

37. Spica edita a fratre Petro de Pi*[pe]*rno [250], incipit ut supra: *abditatio.* — *[Lu. 264].*

38. Speculum iuris, incipit ut supra: *questione quinta.*

39. Inventarium speculi in papiru, incipit ut supra: *et habuit absentie.*

40. Lectura Abbatis [251], incipit ut supra: *sibi potuit assignari.*

41. Summa Gaufridi, incipit ut supra: *olim potestatem.* — *[Ur. 1651].*

42. Novella Ioannis Andree de regulis iuris, incipit ut supra: *principalis.*

43. Chinus, incipit ut supra: *contumelia.* — (Dominus Guillelmus de Chavanhaco habet).

44. Archidiaconus super sexto, incipit ut supra: *in fine.* — *[Ur. 1672].*

45. Sermones, incipiunt ut supra: *dicit Christus.*

46. Summa Raymundi [252], incipit ut supra: *ponemus.*

47. Casus decretorum, incipiunt ut supra: *suetudinem.* — *[Ur. 1793].*

Premissi libri sunt in duobus coffris viridibus factis cum pluribus scutellis.

XIV. Sequitur inventarium bonorum condam.. Abbatis sancti Anfrodisii Biterrensis [253]. f. 19*a*

Sequuntur libri dicti abbatis. f. 23*a*

1. Primo unum missale ad usum romanum, incipiens in secundo folio: *si qui ite.*

2. Unum pontificale, incipit ut supra: *tua persistere.*

3. Unum collectorium, incipit ut supra: *excita domine.*

4. Decretales cum apparatu, incipiunt ut supra: *Christi sunt.*

5. Codex cum apparatu, incipit ut supra: *hunc igitur.*

6. Digestum vetus cum apparatu, incipit ut supra: *munitio civitatis.*

7. Suffragium monachorum [254] super decretalibus, incipit ut supra: *consuetudinem.*

8. Rationale divinorum officiorum, incipit ut supra: *in sabbato sancto.* — *[Ur. 1921].*

9. Pontificale, incipit ut supra: *et calicis mei.*

10. Contemplationes Ancelmi, incipiunt ut supra: *templationem.* — (Quas habet dominus Convenarum episcopus). — *[Ur. 1767].*

11. Unum officiarium notatum, incipit ut supra: *meam.*

12. Prosarium notatum, incipit ut supra: *eleyson.*

250 Nihil de eo in SCHULTE, l. c.

251 Procul dubio ABBAS ANTIQUUS.

Casu (de) *diaboli* v. *s. Anselmus.*
Casus decretorum v. *Barthol. Brixiensis* XII 11, XIII 47.
Casus decretalium v. *Bern. Parmensis et Compostellanus* XIII 36, XIV 27, 67, XIX 64.
Catalogus rom. pontificum XIX 79.
Catholicon v. *Ioan. Balbi.*

Cato XXI 113.
Cencius Camerar. *liber censualis* Int. 49.
Chronicae Int. 39; *romanorum pontificum* VI 23, XIX 97.
Cicero, Reg. 5, 11, XXXVI 51.
Cinus, Reg. 6, VII 8, XIII 43, XXXVI 29.
Claustro (de) *animae* v. *Hugo de Folieto.*
Clemens (s.) *itinerarium* Int. 15.
Clemens IV sermones XVI 4.
Clemens V *constitutiones* XXII 103.
Clemens VI *sermones* Int. 31, 33, XIX 24.
Commentum regis XIX 63.
Communibus (de) *theologiae* IV 26.
Compendium theologiae XXXVI 11.
Compostellanus v. *Bernardus.*
Concilia generalia Int. 27, 28.
Concordantia bibliae Int. 13, 30, IV 2, XIII 33, XVIII 61, XXI 105, XXXIII 5; *abbreviata* XIII 14.
Concordantiae decreti I 19, XXXVI 47.
Constantinus Africanus XXXII 13.
Copiosa v. *Ostiensis.*
Cyprianus (s.) Int. 2.

Damascenus v. *Ioannes*
Damasus *in decret.* VII 23.
Diadema monachorum v. *Smaragdus.*
Dialogorum lib., fortasse s. Gregorii M. II 7, XV 4.
Dictionarius XX 46.
Dietae v. *Isaac universales* XXII, 180, *particulares* XXXII 19.
Dinus IX 7, XXXIII 40.
Dionysius Areop. Int. 1, 8; *de evangelica hier.* XVIII 17.
Directorium ordinis V 7.
Distinctiones morales III 5, XVIII 42.
Doctrinale v. *Alexander de Villa Dei.*
Durantis (sive Durandus) v. *Guilelmus.*

Ebrardus I 28, XIV 41.
Elucidarius v. *Honorius Augustodun.*
Epistolarum lib. IV 13, XVIII 20.
Eusebius, Int. 31, X 5.
Exempla sanctorum XIX 49.

Flores evangeliorum XXI 112; *originalium* XV 5; *sanctorum* Int. 2, I 23, III 14, IV 12, V 6, VI 6, XVI 3, XVIII 16, 44, 63; XIX 1, 14, 32; XX 31, 61; XXI 69, XXV 14, XXXIII 8, XL 48.
Franciscus (s.) *vita* XXI 55.
Franciscus Mayronis *sermones* XVIII 36.
Fredericus II *constitutiones* XVIII 35, XX 65.

Galenus, Int. 24, XXXII 4.
Gaufredus v. *Goffredus.*
Genselinus de Cassagnis VII 20.
Geometria Int. 2, XIX 98.
Gilbertus *in Cantica* Int. 20.
Girardina XXII 26,
Glossarum diversitas VI 9.
Godalh, Int. 27.
Godefredus de Fontibus *quodlibeta* Int. 10.
Goffredus de Trano, Int. 21, I 21; IX 11; XIII 41; XIV 28, 63; XIX 69; XXII 117, 122, 159; XXV 22; XXXVI 24; XL 32, 59.
Graecismus v. *Ebrardus.*
Graecos (contra), Int. 43, 49, 50.
Grammatica XIV 21, XXXVII 9.
Gregorius (s.) *dialogi* VI 10, XXI 56; *moralia* int. 4, 21, 28; *pastorale* XVIII 40; *regula* XXI 120; *in evang.* XXI 129; *homiliae* XL 36; *registrum* Int. 55; *lectura ex eo* XXII 97.
Gregorius (s.) Nazian., Int. 2.
Gregorius IX *constitutio* Int. 2.
Gregorius X *constitutio* XXII 102.
Gregorius de Bergolio *tabulae in Aug.* Int. 14, 15; *Boetium* Int. 17, *Dionysium* Int. 18, 19.
Gualterus de Burley (Burno) XVIII 70.
Guido *summa* Int. 1.
Guido de Baysio, Reg. 6, II 5; III 8; V 5; VI 14, 42; VII 30; IX 5; XI 11; XIII 44; XXI 23; XXII 111; XVIV 4; XXV 21; XXVII 5; XXXIII 11, 23; XXXIV 12; XXXVII 22.
Guilelmus Brito XXI 77.
Guilelmus Durantis *repertor.* VI 34, VIII 8, XXI 58, XL 24; *rationale offic.* Int. 3, XIV 8, 25, XVIII 66; *speculum* Reg. 6, Int. 13, 37, I 24, VI 33, VII 33, IX 17, XIII 38, XV 11, XVIII 1,

XXII 112, 136, XXIV 1; *inventar. speculi* XIII 39.
Guilelmus de Montelauduno I 36, XIII 19, XXIII 1.

Henricus frater ord. praed. XXII 85.
Henricus de Gandavo *tractatus* (?) Int. 1, *epistolae* XXII 91.
Henricus de Segusia, Int. 5, 13, I 9, 10, 11, 12, 26; III 3; VII 3, 13, 32, 36, 47; XVII 2, 3, 4; XIX 4, 11, 14, 20; XX 63, 70, 84, 134, 181; XXIV 5; XXVIII 3; XXXIII 17, 18, 21, 38; XXXIV 10; XXXVII 16; XL 54; - *abbrev.* XII 9.
Hervaeus Natalis (?) XXII 85.
Haereticos (contra) *constitutiones Clementis V*, XV 29.
Hieronymus (s.) *epist.* Int. 21, XV 22, XVIII 59, XXI 85; *de Seneca* XXXVII 7; *in Genesim* Int. 2, 16, XL 18; *in Ezech.* Int. 20; *homiliae* Int. 22; *tractatus* Int. 28, 31.
Hilarius (s.) *in Math.* Int. 27, I 17.
Historiae N. et V. testam. III 15, XIX 99; *historiarum liber* XX 38; *extraneae* XXII 140; *ecclesiasticae* Int. 2 XXXVI 3; *scholasticae* v. *Petrus comestor.*
Honoratus (s.) *vita* XVIII 82.
Honorius Augustodun. *elucidar.* XIX 46, XXXVI 10, 25.
Hugo a s. Charo *speculum eccl.* (?) IV 23.
Hugo de Folieto *de claustro animae* XXVI 4.
Hugo a s. Victore opera Int. 1, 28, 29, IV 34, XXI 61; *de sacram.* XVIII 38.
Hugutio VII 14, XIII 35, XVIII 74.

Iacobus Anglicus XII 16.
Iacobus de Lausana *sermones* I 34, XIII 24.
Iacobus de Recluso XXII 125.
Iacobus de Viterbio XXII 138.
Innocentius III *de miseria cond. hum.* IV 15, XXII 95, XXV 10; *sermones* XXII 27, 81; *de missa* XIX 50; *tractatus* V 13.
Innocentius IV, Reg. 6, I 4, III 4, VI 7, 18, 39, VII 4, IX 4, X 21, XI 4, 9, XII 4, XIX 11, XXII 184, XXIV 2, XXXIII 29, XXXIX 2.
Inventarium iocalium Int. 54; *archivi* Int. 45; *iuris* v. *Berengarius Biterr.* XXIII 3, XXXIII 4.
Ioachim, Int. 31, 33.
Ioannes XXI *thesaurus pauperum* VI 22, XXXVI 35; v. *Petrus Iuliani Hispanus.*
Ioannes XXII *sermones* Int. 13; *constitutiones* XVIII 49.
Ioannes de Alamania XV 2.
Ioannis (s.) *de cordis compunctione* XL 4.
Ioannes Andreae I 3, 13, 27, III 6, 9, V 5, VII 27, XIII 42, XV 1, XVI 8, XVIII 4, XIX 2, XXI 40, 63; XXII 48. XXV 5, XXXI 1; XXXIII 12, 14, 22, 27, 31, 34, 39; XXXIV 16, XXXVI 49, XXXVII 4, 5.
Ioannes Balbi *catholicon* Int. 55, XV 9, XVIII 33.
Ioannes de Blevesco (Blanosco) VII 50.
Ioannes Ravennas, Int. 24.
Ioannes Chrysostomus, Int. 1, IV 30.
Ioannes Damascenus, Int. 2, XL 15.
Ioannes de Deo XXXIV 15.
Ioannes dom. Guidonis XXXIV 7.
Ioannes Monachi III 11, VI 35, XXV 2.
Ioannina XXI 5.
Ioannitius XXXII 5.
Isaac XXXII 17.
Isagoge XXXII 16, XXXVI 41.
Isidorus (s.) *etymol.* I 42; *opera* XIII 20, XVIII 28, 30, 71, XIX 47, XXI 42.
Iudaeorum sacramenta Int. 39.
Iudiciariorum ordinum liber XXXIV 8.
Iure (de) *canonico* XXII 65; *compillatio* XXXIII 7; *lectura* XXII 129, XXV 29; — *civili, lectura* XXII 120; — *naturali* XIX 81.
Iuvenalis VIII 21.

Kilwardby v. *Robertus.*

Lectura XXII 71.
Liber I 40, 42; IV 22, 27, 28, 32, 38, 39, 40, 41, 42, 45, 46, 48; V 9, VI 38,

VII 9, 52; XVIII 34; XIX 6, 41, 51, 67, 70, 72, 74, 77, 78, 80, 82, 83, 84, 88, 89, 90, 91, 93, 96; XXV 16; XXXII 6, 14; XXXIII 6, 45; XL 17, 27, 43.
Logica (de) *summa* XV 31, XXII 18; *liber* Int. 15; *lectura* XXII 45; *vetus et nova* Int. 1.
Lombarda VII 41.
Lucas (frater) *summa* XXI 60.
Lucidarius v. *Elucidarius.*

Macarius (s.) *regula* Int. 2.
Macrobius XXII 25.
Mamotrectus v. *Marchesinus.*
Mandagotus IV 36, IX 13, XIV 33, 50, XIX 8, XXXIII 46, XL 44.
Manipulus florum XIII 26.
Manuale V 11.
Marchesinus *mamotrectus* Int. 17.
Mare historiarum Int. 55.
Margarita decretalium XXI 15.
Maria B. V. *liber* XXI 38; *distinctiones* XVIII 42; *de immacul. conceptione* XXI 96; *de assumptione* Int. 28.
Martialis (s.) *collegii Tolosani statuta* Int. 43.
Martinus (s.) *vita* Int. 31.
Martinus Polonus *chronica* V 8, XVIII 62, XXI 54, XXII 141; *summa decret.* Int. 6, III 7, XIII 9, XXI 98, XXII 163, XXVII 104, XXVIII 4.
Mauritius *distinctiones* XIII 16.
Medicina (de) Int. 24, XXII 38, 173, XXXII 1, 2, 3, 12, 21, 22, 23, XXXVI 48; *de medendi modis* XXXII 18.
Michael de Cesena, Reg. 3.
Milleloquium v. *Barth. de Carusis.*
Mimatenses constitutiones VIII 20.
Minorum fratrum regula Int. 2.
Monaldus *summa* XXII 160.
Moralium liber v. *s. Gregorius.*

Narbonense *capitulum* XIV 60.
Narrationes alphabet. Int. 1, XXI 41.
Nicolaus III *constitutio* Int. 2.
Nicolaus *distinctiones* XXI 93.
Nicolaus Andreae de Teate XIX 34.
Nicolaus de Biard XXI 74.
Nicolaus de Lira *in ll. regum* XIII 23; *pentat.* XIII 27; *psalm. Iob* XIII 29; *genes.* XIII 30; *prophet.* Int. 15, XIII 32.
Normannorum *leges* XL 56, 58.
Novella super titulo de regulis iuris XXXVII 11.

Oculo morali (de) v. *Petrus de Lemovicis.*
Odofredus XIII 2.
Olivi v. *Petrus Ioannes.*
Ordine iudiciario (de) I 16, VIII 15, IX 10, XIX 39, XXII 27.
Origenes *in ll. Moysi et epist. Pauli* Int. 28, 33.
Originalium postilla XIII 31.
Ostiensis v. *Henricus de Segusia.*

Papias XIII 5, XV 15, XXVIII 6.
Parafium vadiorum Int. 35, 42.
Paulus de Liazariis VII 28, XXXII 2.
Petrarca Franciscus, Reg. 12.
Petrus de Alvernia, Int. 1.
Petrus Aureolus *compendium s. script.* XIII 13, XVIII 77.
Petrus Bonetus VI 11.
Petrus Comestor *historia scholastica* XIII 7, XIX 48, XXII 126, XXV 3, XL 40; *in Genes.* VII 25.
Petrus de Crescentiis *ruralium commodorum ll.* XVIII 32.
Petrus Ioan. Olivi XXXVI 28.
Petrus Iuliani Hispanus v. *Ioannes* XXI, XXXII 15.
Petrus (de Ciperia) de Lemovicis *de oculo morali* XXIV 10.
Petrus Lombardus *ll. sententiarum* II 6, VII 38, X 7, XIII 10, XV 13, XIX 68, XXI 78, 86; XXII 62, 76, 145, 146, 155; XXV 12, XXXVI 23; *lectura* XXII 10, 12, 40, 53, 75, XL 13; *in primum* XXII 39, 169; *in secundum* XVIII 47, XXII 149, XXV 11; *in tert. et quart.* XII 15; *in quart.* XXII 34.
Petrus de Piperno XIII 37.
Petrus de Quesnel XIII 34.
Petrus de Riga *aurora* XXXI 4.
Petrus de Sampsone VII 37.

Petrus de Tarantasia XII 13.
Philippus (b.) Bitur. *miracula* XXXVI 40.
Philosophia (de) XVIII 80.
Pictavienses *constitutiones* XXII 8.
Plinius Int. 2.
Poenitentia (de) XIX 57, XXI 131; *de partibus poen.* XXII 19.
Polycratus, Int. 1.
Pontius Carbonellus, Reg. 8.
Praecepto et dispensat. (de) v. *s. Bernardus.*
Praedicatione crucis (de) XXII 74.
Priscianus XXI 26.
Promptuarium Int. 15, XVIII 31.
Propositiones philos. XXII 82.
Proprietates alphab. XXI 119.
Proprietatibus rerum (de) v. *Barth. de Glanvilla.*
Provincialis liber Int. 32, 35.
Ptolomaeus *Almagestum* Int. 2.
Pugio fidei v. *Raimundus Martin.*

Quaestiones grammaticae XXXI 6; *theologiae* XV 28, XXI 62, XXII 52, 88.

Rabanus Maurus *in Matth.* Int. 24; *in Ioan. Ier.* Int. 27, 28, 30.
Raimundus Lull, Reg. 13.
Raimundus Martin *pugio fidei* Int. 55.
Raimundus de Pennaforte VIII 9, XIII 46, XVI 5, XXII 72.
Rationale offic. v. *Guil. Durantis.*
Regimine sanitatis (de) v. *Arnaldus de Villanova; - de regimine sanorum* XXXII 10.
Registrum collationum XIX 75.
Reportationes XIX 40, 62; *de iure civili* VII 42.
Richardus a s. Victore, Int. 1, 28, 29.
Robertus Kilwardby, Int. 1.
Roffredus XXXVII 3, XL 20, 31.
Rogerius (de Paronio) XXXII 20.
Romantio (in) *regula Templariorum* XIX 79.
Rosarium, Reg. 6, VII 12, XXI 101, XXXVII 23.
Ruralium commodorum ll. v. *Petrus de Crescentiis.*

Sacramenta Iudaeorum Int. 39.
Sacramentis (de) XIV 61, XVIII 22.
Salatiel *summa* XIV 23.
Sanctorale X 1.
Sanitate (de) *conservanda* XXI 68.
Seneca, Int. 1, 33, XVIII 43, *epistolae* XXI 70; *declamationes* XXII 13.
Sententiarum ll. v. *Petrus Lombardus.*
Serapion *aggregatum de medicina* XL 40.
Sermones I 35, 41; III 10, 12; IV 18, 24, 29, 44; IX 8, X 15; XIII 12, 17, 45; XV 3, 23, 30; XVIII 45, 50; XIX 27, 28, 29, 30, 31, 33, 53, 55, 56; XX 37, 55, 59; XXI 28, 45, 59, 72, 75, 79, 81, 116, 118, 121, 124, 126; XXII 9, 142, 170, 172, 174; XXIV 7, 9; XXV 13; XXXIII 41; XXXVI 50; XL 31, 39, 61; *antiqui* VII 46, XXXVI 39; *de adventu* IV 31; *totius anni* XIV 24, 44; *dominicales* XV 33; XVIII 27, 39, 41, 65; XIX 87; XXI 37; XXII 157, 162, 166; *in epistol. s. Pauli* XL 22; *synodales* IV 11, 17, XIX 38.
Smaragdus *diadema monachorum* XIX 52.
Speculum ecclesiae v. *Hugo a s. Charo* (?) IV 23.
Speculum humanae salvationis XVIII 68.
Speculum iuris sive iudiciale v. *Guil. Durantis.*
Sphaera (de) XXII 128.
Statuta synodalia IV 10.
Statu (de) *perfectionis* XXXVI, 42.
Suffragium monachor. XIV 7, XXV 28.
Summa VIII 5, XIX 92, XXI 48; *de bonis et malis* IV 19; *de casibus* IX 9; *confessorum* XIX 18, XL 46; *dictaminis* Int. 6, I 39, XIX 66; *diversarum scientiarum* IX 6; *de iure canonico* XXXIII 10; *de iure civili* XXII 28, 54; *in legibus* VII 50; *libellorum* VII 19; *quaestionum in iure canonico* VII 44, 45, VIII 10; *theologiae* XXII 6, 23, XXXVI 5; v. *de virtutibus, de vitiis.*
Summula VII 48; *theologiae* XXII 64.
Synagoga XXXII 16.

Tabula auctorum theolog. XL 11; *moralium* XV 27; *originalium* Int. 20, 50; *philosophiae* Int. 20.
Tancredus VII 40, XL 9.
Templi (de) *ordine* XIV 45.
Theologiae compilatio XX 11; *liber* XXI 22, 128; *summula* XXII 64; *tractatus* XXXVI 30.
Thesaurus XXI 115; *pauperum* v. *Ioannes XXI.*
Thomas (s.) de Aquino *summae* Int. 1, XXXVI 32; *1ª p.* II 1, XXI 16, XL 37; *1ª 2ªᵉ p.* II 2, VI 41, 44, XX 9, XXII 153, XXVIII 5; *2ª 2ªᵉ p.* II 3, VI 15, XIII 28, XXII 150; *3ª p.* II 4, VI 43, XXII 7; *4ª p.* I 22; *1ª et 2ª 2ªᵉ p.* XXII 161, *1ª et 3ª p.* XXII 158; - *in 1 sent.* XXI 44; *in 1 et in 2 sent. et quolib.* Int. 1; *in 2 sent.* XXI 30, XL 51; *in 4 sent.* XXI 89; - *in bibliam* Int. 1, 2, XVIII 75; *in Iob* XL 33; - *quaest. disput.* Int. 1; - *opuscula* Int. 2; - *in ll. Aristotelis* Int. 1; - *in lib. de causis* XXII 43.
Thomas Cantipretanus, Int. 20.
Thomas Herford. *vita* XIV 38.
Transmundus XXI 64.
Tractatibus (super) XXII 24.
Trinitatis (de) *mysterio* XXII 36.
Trogus Pompeius, Reg. 10.

Vademecum XXII 179, XXV 19.
Vegetius, Int. 1.
Vincentius *in decretales* VII 31.
Virtutibus (de) *summa* III 12, XIX 25, XXXVI 12; *tractatus moralis* IV 9; *de 4 virt. cardinalibus* XV 25; *de virt. et vitiis* I 20.
Visione (de) *animarum* XXII 29, 127.
Vitiis (de) *summa* XXI 80, XL 20.
Vocabula bibliae VI 16, XV 24.

LIBRI SACRAE SCRIPTURAE

Biblia, Reg. 1, 14, Int. 2, I 33, IV 1, V 1, VI 5, 20; XIII 21, 22; XVIII 46, 60; XIX 23, XXI 106, XXII 130, 152; XXIV 6, XXV 1, XXVI 6, XXXIII 1, XXXVI 19, 21; XL 12; *manualis* IV 14; *in duabus partibus* XIII 21, 22; *subtilis* XV 32.
Genesis XV 26, XVIII 48.
Leviticus XX 5.
Numeri XXI 35.
Deuteronomius, XXI 99, 111.
Tobias XXI 35.
Iob VII 43; *glossa* XXI 34; *postilla* XXV 8.
Psalterium III 16, X 2, 13; XIV 34, XVIII 18, XX 5, 25, 30, 34, 66; XXI 92, 95; XXII 68, XXX 2, XXXI 2, XXXVI 2, XL 47; *feriatum* XX 48; *glossa* IV 3, V 2, VI 19, XXII 33, 185, XL 7, 10; *postilla* XV 8, XVIII 72, XXII 42.
Cantica, Int. 28, XXVI 5.
Ecclesiasticus XXI 87.
Isaias XIV 52, XXI 52.
Ieremias Int. 28, XX 13, XXXIII 15.
Prophetae minores, Int. 21, XV 6.
Machabaeorum XXI 6.
Evangelia Int. 21, 55; IV 5, 6, 25; XVIII 6, XX 6, 40, 51; XXX 4; *glossa* XXXVI 22; *postilla* I 38; IV 21.
Mathaeus XXI 2, 49; *glossa* XXXVI 16, 33; *postilla* XV 8, XVI 7, XVIII 37, XIX 12.
Marcus XXI 51; *postilla* XV 8.
Lucas XXI 51; *expositio* XVI 6, XX 1, XXI 103.
Ioannes XXI 67, 88 (?), 107; *post.* Int. 28.
Actus apost. Int. 21, XXI 109.
Epistolae s. Pauli, Int. 28, XXI 108, VI 21, XXII 92, XXVI 1, XXXVI 15, 44; *sermones* in XL 22; *in epist. ad Hebr.* IV 35; *glossa* IV 4.
Apocalypsis, Int. 21, XXVI 2; *postilla* XVIII 67, XXII 14.

LIBRI IURIS CANONICI ET CIVILIS

Clementinae, Reg. 6, VI 30, VIII 17, IX 1, XI 12, XIII 8, XXI 73, XXII 109, 124; XXXI 14, XXXIV 5, 6, 14; XXXVI

12, XL 42; - *cum apparatu* XXII 100, 116; XXV 26, 27.

Codex, Reg. 6, VII 1, IX 14, XI 2, XII 1, XIV 5, XV 21, XIX 21, 58; XXII 30, 133, XXXIII 26, XXXVII 1, 19; - *cum apparatu* XIII 4.

Decretales, Reg. 6, Int. 1, I 2, III 2, VII 2, 18, 27, 34; VIII 14, 16; XI 6, 14, XII 6, XIV 4, 51, 55; XIX 4, 7, 10, 12, 15, 36, 85; XXI 91, XXII 2, 3, 50, 56, 182; XXIII 2, XXV 25, XXVIII 1, XXXII 9; XXXIII 24; XXXIV 2, 3; XXXVI 43; XXXVII 21; XXXVIII 2; XXXIX 3; XL 16; - *in gallico* XXXIII 33; - *abbreviatae* XIX 42; - *antiquae* XXXIII 20; - *cum apparatu* VI 2, 25, 32; IX 3; XIV 15, 32, 55; XVI 2, XIX 35, XXII 20, 94, 99, 105, 107, 113, 143, 183; XXIV 3, XXIX 2, XXXI 3, XXXIII 16, 30; - *super decret. Firmiter* XXII 31; - *correspondentiae* XXXVI 47, - *lectura* V 3, VII 22, VIII 4, XXI 110, XXII 123, XXV 30; - *reportationes* VII 35; - *summa* XXXIII 25; - *summula* VII 24; XIV 26; - *in titulos decretal.* XXII 61, 90.

Decretum, Reg. 6, Int. 1, I 1, III 1, VI 4, VII 15, XIII 25, XIV 49, XV 12, XVI 1; XXI 71, 104; XXII 59, 137, 144, 148; XXV 20, XXIX 1; XXXIV 1, XXXV 1, XXXVI 17, XXXVII 15, XL 1, 52; - *ll. Gratiani* XXII 77; *cum apparatu* V 14, IX 2, XVII 1, XIX 9, 17; XXII 108, 114; XXXIII 32, 38; - *lectura* XXII 5; - *summa* XXII 55; *tractatus* XXXIII 47.

Digestum vetus, Reg. 6, Int. 55, VI 31, VII 10, XI 1, XII 5, XIV 54, XV 17, 18; XIX 13, 94; XXI 18, 19; XXII 4, XXV 4, XXXVII, 20; XXXVIII 1, XL 20; - *cum apparatu* XIII 3, XVI 6.

Digestum novum, Reg. 6, V 4, VI 24, VII 5, XI 8, XII 7; XXII 21, 37; XXXIII 36, XXXVII 18, XXXVIII 3; - *cum apparatu* XII 3; XV 14.

Digestum, *summa* (in) VII 39.

Extravagantes XIX 54, XXXIII 13; - *Bonif. VIII*, VII 16; - *Ioannis XXII*, XXXVI 8, XL 5.

Feudorum liber VIII 2, 3.

Infortiatum, Reg. 6, V 16; XI 5, XIII 11; XV 16, 20; XXII 1, 7, 139; XXXIII 35; XXXVII 2, 7; XXXVIII 4; - *cum apparatu* XII 6.

Instituta VIII 6, 13; XI 10, XIX 60, XXI 125, XXII 157, XXV 6; - *cum apparatu* XIV 16, 62; XXXI 5.

Septimus liber IV 16.

Sextus, Reg. 6, I 5, IV 37; VI 3, 37; VII 21, 49; XI 7, 13; XII 2, XIV 68; XIX 5, 61; XXI 33, 65, 82, 122; XXII 78, 167; XXV 9, 23; XXXI 7, XXXIV 14, XXXVI 27, XXXVII 14; XL 3, 41, 53; - *cum apparatu* I 4; XVIII 2, 3; XXII 93, 96, 104, 106, 110, 116, 118, 118, 151; XXXIV 4.

Volumen, Reg. 6, VI 28, VII 6, XI 3, XIII 1, XV 19, XXXIV 11, XXXVII 10, XL 14; - *cum apparatu* XIV 57.

LIBRI AD CAPELLAM ET CHORUM SPECTANTES

Antiphonarium XX 4, 62, 68; XL 50.

Benedictiones XXXVI 9; - *aquae* XXXI 9; - *pro baptismo* X 4; - *totius* anni XX 57.

Breviarium, Int. 32, I 6, 7, 29, 30, 31; II 9, IV 20; VI 1, 12; VIII 1, X 11; XIV 17, 20, 39, 40; XVIII 10, 21, 64; XIX 76, XX 24, 27, 63, 69; XXI 3, 130; XXII 80, 175, 176, 177; XXV 18, XXVII 1, 6; XXX 1, XXXI 13; XXXIII 9, XXXVI 1, XXXVII 8, XL 19; - *ordinis s. Aug.* XXXV 3.

Collectarium XIV 3; XX 25, 50; XXI 100.

Epistolarium XX 8, 11, 58.

Forma hereticandi XX 56.

Graduale V 15, XIV 31, XVIII 15, XX 23, 26; XXII 47, XXVI 4.

Hymni XX 47.

Instructorium X 16; XIV 19, 49; XVIII 25, 78; *ad baptizandum* X 20.
Invitatorium XX 47.

Legendarium X 3, 52, 64.

Martirologium XIV 29, XVIII 81; XX 22, 45; XXI 114.
Ministerio (de) praelati XIX 45, XX 54.
Missae VIII 19; XX 1, 2, 14, 21, 33, 39, 43; XXXI 11, XXXIII 3.
Missale, Int. 51; II 8, IV 7, VI 17; X 3, 6; XI 15; XIV 1, 13, 41; XVIII 7, 11, 19, 23; XIX 3; XX 7, 12, 22, 29, 44; XXI 36, XXII 98, XXXI 10, XXXVIII 1, XL 45; - *portatile* X 8.

Officia *b. Virginis* IV 43, X 23, XXII 178; - *eucharistiae* XIV 37; - *nova* XX 9, 28, 36.
Ordinarium IV 8, XVIII 14, XX 10, XXXIII 3; - *sive pontificale,* XX 49.
Ordo IV 33; - *baptizandi* XXXVI 38; - *benedicendi* X 9; - *ecclesiasticorum ordinum liber* X 17, 18.

Pontificale, Int. 2, V 1, 2; VI 8; XIV 2, 9, 14, 18, 42, 43; XVIII 8, 13; XIX 16, 43, 59; XX 21, 60; XXII 16, 46; XXXI 8, XXXIII 2; XL 21, 25, 35.
Praefationibus (de) liber XX 41.
Praeparatorium XIV 65, 71.
Prophetiae XX 42.
Prosarium X 14; XIV 12, 47, 58; XX 67.

CAPUT II.

LIBRORUM IN PALATIO AVENIONENSI ASSERVATORUM RECENSIO TEMPORE URBANI V AN. 1369 CONFECTA

Ipsa inscriptione, qua hoc caput distinxi, haud obscure indicatur, vel ipso tempore Urbani V nondum constitutam fuisse bibliothecam sedis apostolicae, a thesauro et camera omnino distinctam. Ac profecto eae, quas vulgaturus sum, librorum descriptiones partem quampiam constituunt recensionis thesauri eo, quem dixi, anno confectae.

§ 1. **De recensionibus thesauri Avenionensis.** — Recensebantur ac describebantur enim interdum, maxime cum novus pontifex aut camerarius munus suum inibat, res omnes, quae in palatio tum in *thesauraria* tum in officinis et locis variorum officialium asservabantur; atque in his *inventariis* deinde, quae ex thesauro dispensarentur vel in thesaurum ex officinis deferrentur, accurate

adnotabantur. Quare eae recensiones, ne ipsa mutationum atque additionum multitudine confunderentur, nonnunquam erant renovandae. Atque haec quidem omnia eo spectabant, ut a thesaurariis aliisque officialibus statis temporibus accurata exigeretur ratio rerum eorum diligenti custodiae commissarum, sicque conservandae supellectili palatii esset provisum.

In plerisque igitur *inventariis*, quae etiam nunc nobis suppetunt, non thesaurus universus, sed in aliis aliae eius partes exhibentur. In quibusdam enim recensentur *iocalia*, aurum, argentumque in thesauro reposita; in aliis aliarum officinarum sive munerum: *vayxellae*, *capellae*, *officii*, *cerae*, *guardaraubae* supellex; in aliis res *extractae* ex turribus *alta et bassa*, in quibus thesaurus erat repositus, ac diversis palatii officialibus commissae.

Quare cum in his *inventariis* thesauri Avenionensis recensiones ac descriptiones librorum in palatio asservatorum sint requirendi, ea quae ad meam notitiam pervenerunt, hic breviter recensebo [1].

De tempore **Clementis V** (1305-1314) nobis praesto est recensio eius thesauri [2], quem, cum (die 20 m. aprilis 1314) apud Roccam Mauram moreretur, secum duxerat. Quae quidem pars iussu cardinalium Carpentorati die 27 m. aprilis 1314 describi coepta est. Asservantur plura eius recensionis exemplaria [3] in Tabulario Vaticano, unum inter Instrumenta miscellanea 1314, scriptum in compluribus foliis pergameni inter se consutis; alia plura ibidem in Archivo Avenionensi, Inventaria, n. 467, ff. 1-45. — Cum his duobus exemplaribus conferendum est aliud ibidem asservatum in Registris Avenion. Ioannis XXII, tom. XLIII, ff. 251*a*-269*a*, quod ineunte pontificatu Ioannis XXII tunc conscriptum esse videtur, cum supellex curiae thesaurariis a novo pontifice constitutis *assignaretur*.

Excerpam ex his *inventariis* descriptiones paucorum, qui in eis recensentur librorum.

Reg. Aven. f. 552a **1.** « In tribus aliis cofinis signatis per ✝ sunt hec: novem regestra domini Bonifacii pape VIII, unum regestrum domini Benedicti pape XI et decem regestra Clementis pape V [4]; — **2.** item liber censualis [5]; — **3.** item duo

[1] Cf. Denifle-Ehrle, *Archiv*, I, 4-18.

[2] Altera Montiliis asservata paullo post a Bertrando de Guto, vicecomite Leomaniae et Altivillaris est direpta; litem ob id contra eum institutam habes in eo, quod paullo post indicabo, volumine n. 467 inde a f. 45.

[3] Cf. Denifle-Ehrle, *Archiv*, I, 8, 42.

[4] De eis cf. Denifle-Ehrle, *Archiv*, II, 17, 93.

[5] Vide de eo huius voluminis p. 22, n. 1 et p. 59, n. 284.

libelli de regula Templi [6]; — **4.** item decem tam libelli quam quaterni de diversis materiis et formis. — (Dominus noster habuit dictum librum censualem. — Die lune ante festum sancti Mathie apostoli thesaurarii habuerunt omnia predicta regestra) [7].

5. Item unam malam magnam plenam multis scripturis, litteris et libris computorum et rationum, decimarum et aliorum negotiorum portatam de Perusio [8]. n. 467 ff. 13*a* 34*a*

6. Item unum magnum librum [9], totum scriptum litteris aureis, qui non fuit de thesauro, et cum multis imaginibus et illuminationibus auri, in quo sunt quatuor evangelia exposita. Creditur, quod fuerit monasterii Cluniacensis.

7. Item una mala parvi valoris, in qua sunt codex anticus et sextus liber decretalium cum quibusdam aliis libellis et scripturis, que dicuntur fuisse cuiusdam, qui notatus erat de falsitate [10]. ff. 15*a* 34*a*

De tempore **Ioannis XXII** (1316-1334) praeter exemplar inventarii anni 1314 ineunte eius pontificatu renovati, quod paullo ante sub Clemente V commemoravi, pauca tantum nobis suppetunt fragmenta.

Archiv. Avenion., Inventaria n. 448 (cart. fol., ff. 145) ff. 42*a*-55*a* exhibet recensionem Gasberto episcopo Massiliensi camerario et Ademaro Amelii thesaurario confectam a die 21 m. septembris 1320 earum rerum, quae variis officialibus palatii erant traditae ab an. 1320 ad an. 1330: Raimundo Lascoutz cambrerio sive cubiculario Pontificis, ff. 42*a*-47*a*; — Gaufrido Isnardi praeposito Aquensi, physico et capellano papae, ff. 47*a*-50*b*; — Bernardono de Mandalhis servienti domini papae, ff. 50*b*-53*a*; — Bernardo de Fagia domicello papae, cui erant demandatae armaturae palatii, ff. 53*a*-55*a*.

Archiv. Avenion., Inventaria n. 469 (cartac. fol. ff. 193) ff.188*a*-190*b* habes lacera atque exilia quaedam fragmenta *inventarii,* quae ad primos annos Ioannis XXII pertinere videntur; f. 190*a* occurrit mentio *Gaufridi* [Isnardi] *physici* Ioannis.

De tempore **Benedicti XII** (1334-1352) nihil omnino nactus sum.

De tempore **Clementis VI** (1342-1352) nobis praesto sunt non spernenda *inventariorum* fragmenta.

In Archiv. Avenion., Inventaria n. 289, (cartac. fol., ff. 72) habes imprimis:

1) f. 28*ab* recensionem vasorum ponderatorum a die 22 m. novembris 1349 in guardaroba coram domino Stephano archiepiscopo Auxitano;

[6] Eam regulam ad codices mss. accurate exactam vulgaverunt Curçon, *La règle du Temple,* Paris 1886 et Knöpfler, in *Historisches Iahrbuch,* VIII, 666 *s.*

[7] Haec in margine antiquâ manu.

[8] Vide paullo ante p. 11.

[9] Vide de eo paullo post p. 263, n. 9.

[10] In reg. Aven. cit. additur: *quas res dixit Petrus de Godino non esse de thesauro.* Erat tunc Guilelmus Petri de Godino magister s. palatii, cf. Quétif-Echard, l. c., I, 591.

quae quidem vasa accesserant ex *spoliis* abbatum Guilelmi Montis Cellae et Iterii Cluniacensis. — Sequuntur ff. 29*a*-32*a* vasa argentea tradita parentibus Pontificis: Guilelmo decano Baiocensi nepoti *pro munitione hospitii,* Ioanni Rogerii *pro praesentando* Helienordi de Convenis, Nicolao Rogerii.

2) ff. 32*a*-37*b an. dom. 1343, die 15 m. iulii fuit incoeptum inventarium per venerabiles viros dominos Stephanum abbatem Montis Celle Trecensis et Guillelmum de Albussaco cantorem ecclesiae Rothomagensis thesaurarios domini nostri pape* de pecuniis repertis in thesauro inferiori. Proferuntur pecuniarum summae tum a collectoribus camerae tum maxime a Ioanne de Coiordan episcopo Avenionensi et Iacobo de Broa thesaurariis Benedicti XII.

Hoc loco imprimis commemorandus est thesaurus Ioannis XXII, quem vix non omnes auctores unum Ioannem Villanium [11] secuti ad centies et vicies centena millia florenorum auctum esse tradunt. Consistebat is anno 1343 in quadraginta *coffris* et sex saccis, in quibus fere sexcenta millia florenorum continebantur. Quare omnino certus asserere non dubito, ne decimam quidem eius summae partem, de qua Villanius fabulatur, a Ioanne fuisse relictam [12].

3) ff. 37*b*-42*b* recensentur complures partes thesauri *tam de novo quam de antiquo* ac spolia P. Carcassonensis [13], Foroiuliensis [14], G. Lugdunensis [15]. episcoporum et archiepiscoporum, quae a thesaurariis Benedicti *modernis* tradebantur.

4) ff. 42*b*-72*b* recensentur leviter res plurimae [16], quae a die 12 m. ianuarii 1343 ad diem 18 m. augusti 1344 thesaurariis paullo ante a Clemente VI constitutis *assignabantur*. Continebantur eae res quamplurimis *archis*, *coffris*, *bogiis*, quae adpictis numeris, litteris aliisve signis inter se erant distincta.

Iuvat ex ea recensione excerpere descriptiones librorum:

f. 47b « In coffro croseo episcopi Zegabriensis [17] ... **1.** Item summa confessorum pulchra. — **2.** Item una biblia pulchra.

f. 48b **3.** Item unus liber continens privilegia Henrici imperatoris. — **4.** Item unus sexternus continens conformationem (?) imperatoris. — **5.** Item unus liber papireus de fide catholica.

[11] *Historie Fiorentine*, lib. XI, cap. 20 in Muratori, *SS. rer. ital.* XIII, 765.

[12] Recensionem illius thesauri vulgabo in Denifle-Ehrle, *Archiv*, IV, ubi accuratius de eo agam.

[13] Petrus (de Iean) 1330-36.

[14] Bartholomaeus (Grassy) 1317-41; cf. paullo ante p. 223.

[15] Guilelmus (de Sure) 1333-40.

[16] Inter alia exibentur f. 43*a*: *Item in alio scriniolo de corio sunt VI cloquearia de ligno quondam domini Selestini pape;* f. 51*b* *Item unus ciphus cum pede et coopertorio de auro cum frustello auri, oblatus per imperatorem Henricum [VII], ponderis VII marcarum, III unciarum, I quarti.*

[17] Iacobus de Corvo ord. praed. 1322-26, Zagabriâ (Agram) translatus Corentinum (Quimper) 1326-39, inde Tolonium (Toulon) 1329-41, aut Laudislaus de Kobal 1326-43, translatus Colocsam 1343-45.

6. Item unus liber decretalium. — **7.** Item unum breviarium notatum f. 49a
et VI sexterni diversarum scripturarum. — **8.** Item liber dictaminum.

9. Unus liber evangeliorum de litteris aureis [18], cum postibus munitis de f. 53a
argento. — **10.** Item parvus liber pontificalis, cum grossa littera, coopertus de samito rubeo. — **11.** Item unus liber coopertus de samito rubeo ad celebrandum ordines.

12. Item unus liber, in quo est datorium. — **13.** Item unum psalterium. — f. 53b
14. Item alius liber cum orationibus, coopertus de veluto rubeo. — **15.** Biblia in duobus voluminibus. — **16.** Item liber pacionarium in duobus voluminibus. — **17.** Item responsorium notatum. — **18.** Item liber rubricarum secundum usum curie.

19. Item duo libri cum clavibus de ordine templi [19]. — **20.** Item unus f. 55b
liber continens infeudationem (?) regni Sicilie. — **21.** Item liber papireus, continens agenda in concilio Viennensi [20]. — **22.** Pulcrum decretum. — **23.** Item lectura Innocentii. — **24.** Item summa Gaufridi. — **25.** Summa Ostiensis. — **26.** Item libellus Ramfredi. — **27.** Item libelli H. de Carral. — **28.** Item speculum iuris. — **29.** Item apparatus Iohannis Andree super VI. — **30.** Item regule iuris Dini. — **31.** Item casus decretorum super III. — **32.** Item quidam caternuli parvi valoris.

In quodam coffro episcopi Zagabriensis: **33.** Item liber pontificalis an- f. 56b
tiquus. — **34.** Item liber apostille super epistolis (!) ad Hebreos. — **35.** Item constitutiones Clementis. — **36.** Item XIII sexterni glosati super biblia. — **37.** Item liber de politicha et rethorica Aristotilis. — **38.** Item IX sexterni super variis scripturis. — **39.** Item alii quaternuli tam in papiro quam in pergameno. — **40.** Item duo libri de greco.

41. Speculum historiale in IIII^or voluminibus. — **42.** Item alius liber f. 57a
continens flores sanctorum. — **43.** Item alius liber orationum cum quibusdam psalmis. — **44.** Item liber pontificalis. — **45.** Item liber gradarius notatus. — **46.** Item una biblia. — **47.** Item unum breviarium magnum notatum. — **48.** Item liber legendarum. — **49.** Item liber *Quam amabilia* cum prefationibus notatis. — **50.** Item unum breviarium magnum sine nota.

51. Item assignavit (Iacobus de Broa) decretales cum apparatu ordinario, f. 60a
quas assignaverat sibi dominus B. de Lacu collector in Lumbardia, que incipiunt in secundo folio: *una et qui*.

52. Item liber evangeliorum cum postibus argenteis et repositorio [21]. — f. 70b
53. Item unum psalterium magnum cum responsorio. — **54.** Item breviarium magnum notatum. — **55.** Item liber continens ordinationes pape Innocentii III super diurno officio.

[18] Cf. paullo ante p. 261, n. 6. 9

[19] Vide paullo ante p. 260, n. 3.

[20] Fueritne tractatus Guilelmi le Maire?

[21] Cf. paullo ante n. 9.

Sequitur recensio quaedam succincta chartarum tabularii Avenionensis, quam hic vulgabo. Primam huius archivi, quod tunc non minus quam bibliotheca cum reliquo thesauro confusum asservabatur, descriptionem anno 1314 mortuo Clemente V confectam ante aliquot annos typis descripsi [22]. Secunda illa est anni 1343, quam hic subiungam. De tertia et quarta annorum 1366 et 1369 paullo post agam.

f. 58b « Item in coffro signato per... — **1.** Primo quedam finimenta argenti ponderis VII unciarum argenti. — Item in eodem unus sacus, in quo sunt scripture tangentes Columpnenses et Gagotanos [23].

2. Item in quodam saco sunt quedam scripture inquestarum in terris ecclesie.

3. Item in duobus saculis diverse scripture continentes diversas scripturas contra Templarios [24].

4. Item in una cassula alba sunt VIII littere tam super requisito, quod convocaretur concilium generale quam super responsione regis et promissione facta per dictum regem de stando mandatis domini Clementis V[ti] et una cum litteris magistrorum G. de *[Nogaret]* [25] et G. de Plasien.

5. Item in sexterni super zelo regis in facto domini Bonifacii.

6. Item in alia caxula alba sunt VI tam instrumenta quam littere tangentes factum Venetorum et Ferrarensium. — **7.** Item ibidem duo rotuli papirei super eodem.

8. Item in alia caxula alba sunt III littere cum bullis aureis regis Sicilie. — **9.** Item bulla, quod ecclesia non tenetur iuvare regem Sicilie in querris. — **10.** Item III littere cum III sigillis super facto dicti regis.

Die XXIII ianuarii.

Item in quadam caxa albata signata per... **11.** Primo sex littere regis Aragonum cum bullis aureis.

12. Item in quodam cofino de corio sunt IIII littere imperatoris cum bullis aureis dicti imperatoris. — **13.** Item in eodem sunt VI littere regis Sicilie cum bullis aureis. — **14.** Item in eadem est una littera regis Aragonum, sigillata impendenti cum sigillo cereo, in qua recognovit, se tenere regnum Aragonie sub annuo censu a romana ecclesia. — **15.** Item quatuor littere eiusdem regis Aragonum, sigillate sigillo magno de cera rubea in pendenti. — **16.** Item in eadem VI littere bullate domini Benedicti pape super reconciliatione Bononiensium. — **17.** Item quedam littera, sigillata in pendenti sigillo cereo, super eodem. — **18.** Item III instrumenta recognitionum factarum super recognitione aliquorum castrorum que Dalphinus Viennensis tenet ab ecclesia romana. — **19.** Item quidam quaternus bullatus super declaratione dubiorum in
f. 59a

22 Vide Denifle-Ehrle, *Archiv*, I, 42 *s*.
23 L. *Caietanos*.
24 Ms. *Trimplarios*.
25 Hoc nomen excidit in ms.

facto Bononiensium. — **20.** Item II instrumenta emptionis alte iurisdictionis castri sancti Saturnini Avinionensis diocesis. — **21.** Item instrumentum super reconciliatione et absolutione civitatis et populi Novariensis. — **22.** Item III[a] instrumenta simul suta, super reconciliatione et absolutione Pergamensium [26] et ratifficatione ipsorum et domini de Mediolano. — **23.** Item instrumentum sigillatum super reformatione ecclesie Albiensis. — **24.** Item littera regis Portugalie, bullata bulla plumbea, super ratifficatione super nova religione Ihesu Christi. — **25.** Item due magne littere conglutinate et sigillate super facto Bononiensium. — **26.** Item duo alia instrumenta super eodem, quorum unum est sigillatum. — **27.** Item instrumentum recognitionis facte per dominum Agontium de Bauto, de quibusdam castris, que tenet ab ecclesia romana — **28.** Item instrumentum recognitionis facte per dominum de Lestura Albiensis diocesis.

Item in coffro rubeo signato... [29] primo quedam littera apostolica domini Clementis quinti contra invadentes regnum Sicilie. — **30.** Item alia littera domini Iohannis pape XXII super unione ecclesie Pontis Sorgie. — **31.** Item unus quaternus sigillatus in pendenti. — **32.** Item unum instrumentum conglutinatum et sigillatum. — **33.** Item duo alia instrumenta, quorum unum est sigillatum, super facto Lucanorum. — **34.** Item III littere apostolice domini Benedicti. — **35.** Item IIII instrumenta sigillata super facto dominorum de le Scala (!). — **36.** Item II instrumenta sigillata super facto Cremonensium. — **37.** Item V instrumenta, quorum II sunt in pendenti, sigillata super facto civitatis et populi super facto Bellinensium. — **38.** Item alia V instrumenta super facto civitatis et populi Feltrensis, quorum II sunt sigillata in pendenti.

39. Item instrumentum ratifficationis de bonis hospitalis donatis per ma- *f.* 59*b*
gistrum hospitalis in comitatu Venayssini. — **40.** Item instrumentum donationis super eodem. — **41.** Item instrumentum cleri et populi Mediolanensis super absolutione ipsorum. — **42.** Item littera bullata domini Nicolai IIII super donatione facta collegio dominorum cardinalium de medietate fructuum ecclesie. — **43.** Item IIII instrumenta super restitutione facta per Fredericum regem Trinaclie de civitate Regina et quibusdam aliis castris citra Farum. — **44.** Item III magna instrumenta super reconciliatione et absolutione Mediolanensium. — **45.** Item II instrumenta super absolutione dominorum de Mediolano. — **46.** Item II instrumenta super absolutione et ratifficatione communis et populi Vercellensis. — **47.** Item littera regis Castelle, bullata bulla sua plumbea, confecta super ratifficatione conditionum appositarum in concessione sibi facta per felicis recordationis dominum... de decimis eidem concessis. — **48.** Item similis littera bullata dicti regis super concessione decimarum et quartarum eidem concessarum per dominum papam Benedictum. — **49.** Item instrumentum procur*[atorum]* dicti regis. — **50.** Item II instrumenta super absolutione et ratifficatione Papiensium. — **51.** Item instrumentum procur*[atorum]* civitatis Ananie. — **52.** Item instrumentum ratifficationis civitatis Terdonensis [27].

[26] Ms. *Pargamensium.*
[27] Ms. *Tardonensis.*

— **53.** Item instrumentum super facto civitatis Placentine. — **54.** Item instrumentum super publicatione processuum contra Bononienses. — **55.** Item littera archiepiscopi Neapolitani super publicatione processuum contra regem Trinaclie. — **56.** Item IIII transumpta super recognitione castri de Montiliis Carpentoratensis diocesis. — **57.** Item instrumentum domini regis Roberti super eo, quod non occupabit Beneventum nec alias terras ecclesie. — **58.** Item procuratorium Mediolanen*[sium]*. — **59.** Item instrumentum super confirmatione regis Ungarie facta per legatum. — **60.** Item littera episcopi Trescensis [28] super iuramento per ipsum prestito. — **61.** Item transumptum unius instrumenti VII sigillis sigillati super solutione census, qui denarius appellatur, in regno Polonie [29]. — **62.** Item littera regis Boemie super debito II^{M} III^{c} (2300) florenorum. — **63.** Item instrumentum debiti Clarentinorum [30] de Pistorio
f. 60*a* XI^{M}VII^{c}XLIIII florenorum debitorum romane ecclesie. — **64.** Item littera dominorum Sabinensis et Ostiensis [31], continens iuramentum prestitum per Henricum imperatorem. — **65.** Item instrumentum fidelitatis prestitum per procur*[atores]* regis Romanorum tempore, quo fuit approbatus. — **66.** Item littera concessa per dictum regem super donationibus et confirmationibus terrarum ecclesie et privilegiorum, cum sigillo sereo.

Item in duobus cofinis signatis isto signo . . . sunt [**67**] diverse scripture portate de Persis [32].

68. Item in quodam coffro rubeo sunt III littere domini regis Roberti, bullate bullis aureis. — **69.** Item littera apostolica domini Clementis pape V, quod ecclesia romana non tenetur ad defensionem regni Sicilie. — **70.** Item littera regis Sicilie, sigillo regio sereo, super eodem. — **71.** Item quoddam procuratorium regis Frederici.

De tempore **Innocentii VI** (1352-1362) imprimis uberior quaedam atque accurata descriptio fere totius thesauri, deinde paucae quaedam recensiones rerum tum diversis officialibus palatii assignatarum, tum pro variis usibus e thesauro amotarum nobis praesto sunt.

Registra Avenionensia Innocentii VI, tom. II, ff. 1-137 (nunc ff. 193-344) continet:

1) ff. 1-90*a* (193*a*-286*a*) recensiones rerum, quae ex spoliis complurium praelatorum paucis ante annis defunctorum camerae erant illatae, necdum cum reliquo thesauro confusae; ex his descriptiones librorum paullo ante vulgavi;

2) deinde ff. 90*a*-128*b* (286*a*-324*b*) recensionem copiosam atque concinnam thesauri fere universi, similem illi, quae tempore Gregorii XI est confecta.

[28] Fortasse legendum: *Trecensis* (Troyes).

[29] Ms. *Apolonie.*

[30] Erant ii socii *societatis cuiusdam mercatorum curiam romanam sequentium.*

[31] Ms. *Costiensis.*

[32] Sic! Sitne legendum: de Perusio; cf. paullo ante p. 261, n. 5.

Archiv. Avenion., Inventaria, n. 475 (cart. ff. 52, folio) exhibet *amota de inventario* proxime indicato, in quo haud pauca ex iis, quae hic accuratius recensentur, ad marginem aliâ manu adpicta sunt. Ex rebus *amotis* inde ab anno 1353 usque ad annum 1359 aliae officialibus palatii, aliae nepotibus Pontificis maxime Arnaldo Carcassonensi et Hugoni Albiensi episcopis, aliae quibusdam principibus e domo regum Castellae ac ducum Burgundiae, aliae Carthusianis Villae novae, aliae aliis sunt traditae. — Est igitur haec recensio quoddam quasi complementum proxime superioris. Quae in ea exhibentur descriptiones librorum in altera huius operis parte, cum de dissipatione bibliothecae Avenionensis agam, vulgabo.

Archiv. Avenion., Inventaria n. 468 (cart. fol., ff. 286) continet post indicem thesauri Bonifatiani an. 1339 Assisii asservati ff. 15*a*-51 aliquas recensiones adumbratas et nonnihil mancas rerum tum variis officinis palatii assignatarum, tum extractarum ac venditarum *pro necessitatibus guerre provincie Romandiole* [33] a die 4 m. octobris 1358, Stephano archiepiscopo Tolosano camerario, Arnaldo archiepiscopo Auxitano referendario ac Reginaldo episcopo Eduensi thesaurario papae.

De tempore **Urbani V** (1362-1370) suppetunt nobis plura inventaria accurata quidem et copiosa, sed quae partes tantum quasdam thesauri comprehendant.

Archiv. Avenion., Inventaria, n. 468, paullo ante indicatum, exhibet:

1) ff. 51*a*-61*a* *Inventarium factum de bonis existentibus in turri alta palacii Avenionensis, ubi est asconditus thesaurus ecclesie de tempore domini Urbani pape V*, inde a die 23 m. novembris 1364, Arnaldo archiepiscopo Auxitano camerario et Gaucelino episcopo Nemausensi thesaurario, recensentur iocalia, aurum et argentum. Erat autem valor *annulorum 32,597 flor. fortium; iocalium auri et argenti una cum perlis et lapidibus incastratis 180,672 flor. fortium; totius auri et argenti albi et nigri monetati 49,469 flor. fortium; mitrarum 19,927 flor. fortium;* itaque *universorum 282,667 flor. fortium.*

2) ff. 165*a*-182*a* inventarium tum iocalium, quae cardinalis Philippus die 20 m. martii 1369 assignavit Gaucelino episcopo Magalonensi thesaurario (ff. 165*a*-176*a*); tum rerum, quae in capella s. Michaelis (f. 176*a* s.); tum armorum, quae in magna turri nova vocata la Gachia (f. 178*a* s.) aliisquelocis, asservabantur.

3) ff. 182*a*-286*b* inventarium rerum ac maxime supellectilis, quae in diversis officinis et locis palatii erant distributae, ex quo, paullo post, quae ad archivum et bibliothecam pertinent, excerpam.

[33] Cf. Müntz et Faucon, *Inventaire des objets précieux vendus à Avignon en 1358 par le pape Innocent VI.* Extrait de la *Revue archéologique*, Avril 1882. Adde hanc recensionem non solum in libris *Introitus et exitus cam. ap.* n. 284, ff. 53*s* contineri, verum etiam in n. 475, ff. 48*a*-51*b*.

Afferam hic descriptiones paucorum librorum, qui cum aliis rebus erant confusi.

f. 174a 1. « Item in una capsa turris librum evangeliorum, scriptum per totum cum litteris aureis cum diversis ymaginibus, tabernaculis et ystoriis, cum firmiculis argenti.

2. Item unum magnum breviarium notatum.

3. Item unum librum, qui incipit: *Aureas sanctorum*, coopertus corio rubeo.

4. Item alium, qui sic ut supra incipit.

5. Item alium, qui incipit in secundo folio: *que ipsi*.

6. Item alias Aureas sanctorum, que incipiunt in secundo folio: *quas facta*.

7. Item una biblia, que incipit in secundo folio: *famosissimam*.

8. Item officiarium notatum, quod incipit in secunda pagina: *Patri et Filio*.

9. Item Aureas sanctorum, que incipiunt in secundo folio: *secundo*.

10. Item librum orationum, qui incipit in secunda pagina: *rigabo*.

11. Item unum parvum pontificale, quod incipit in secunda pagina: *atria*.

12. Item magnum librum, dictum *Officiarium sanctorum*, finit in prima pagina: *coronasti eum*.

13. Item librum de ordinibus, qui incipit in secunda pagina: *ac*

14. Item expositiones super Ysayam, qui incipit in secunda pagina: *oculos*.

15. Item magnum librum officiarium ad arma cardinalis Convenarum [34], et incipit in secunda pagina: *mandabo*.

16. Item flores sanctorum, incipiunt in secunda pagina: *meridies*.

17. Item librum papiri, incipit in secunda pagina: *XLI*. »

De tempore **Gregorii XI** (1370-1378) uberiora atque accuratiora habemus *inventaria*, ex quibus primo loco commemorandum illud, quod continetur in: Archivo Avenion., Inventaria n. 468, ff. 61*a*-143*a*. Exhibet enim:

1) ff. 61*a*-90*a* hoc titulo: *Copia inventarii facti de bonis thesauri palacii apostolici existentibus in turri alta dicti palacii, tempore Gregorii pape XI,* res in variis officinis ab anno 1371 usque ad an. 1374 asservatas. Atque primum quidem ff. 62*a*-65*b* recensetur vaxella existens *in et sub custodia domini Guillelmi de Breone olim custodi eiusdem ac tradita domino Iohanni de Layra custodi eiusdem;* — sequuntur ff. 65*b*-66*b* vasa pretiosa dispensata *in camera domini pape;* — ff. 66*b*-69*b* supellex *officii buticulariae;* — ff. 69*b*-70*b* *panateriae;* — ff. 70*b*-71*a* res, *quas recepit in introytu sui officii* (die 5 m. iulii 1374) *dominus Stephanus Poncelli magister cere;* — ff. 71*a*-77*a* res, *que erant sub custodia domini Iohannis de Ulmo magistri capelle;* exhibentur hic praeter plurima ornamenta et *paramenta* haud pauci libri in usum chori et capellae destinati, quorum recensionem hic subiungam.

[34] Vide paullo ante p. 195.

« Sequitur de libris existentibus sub custodia domini Iohannis de Ulmo magistri capelle, de quibus fuit factum inventarium die XXII marcii anno LXXI. f. 75a

1. Primo volumina librorum missalium, copertorum sanito rubeo.

2. Duos libros missales, copertos sandato virido.

3. Item duos libros, videlicet unum evangeliorum et alium epistolarum, coopertos sandato virido.

4. Item duos libros missales completos, copertos cerico diversorum colorum.

5. Item alios tres libros missales, copertos unum pelle livida et alios pelle rubea.

6. Item tres libros epistolarum et tres alios libros evangeliorum.

7. Item unum parvum librum pontificalem et unum alium librum.

8. Item unum alium librum propheciarum in sabbato pasche.

9. Item tres libros breviarios completos.

10. Item duos libros breviarios, quorum quilibet continet medium breviarium.

11. Item tres libros collectarum. f. 75b

12. Item tres libros, in quibus continentur officia pro novis festis.

13. Item tres libros graduales.

14. Item duos magnos libros, quorum quilibet continet antiphonarium pro medio anno.

15. Item unum alium librum antiphonarium completum.

16. Item tres libros legendarios completos.

17. Item quatuor libros psalteriorum.

18. Item unum librum cum hymnis notatis.

19. Item unum librum prosarium notatum.

20. Item unum librum missarum votivarum seu peculiarium.

21. Item unum librum missarum votivarum eiusdem voluminis.

22. Item unum parvum librum, ubi est rubrica, que continet: *Hec est forma hereticandi etc.*

23. Item unum alium librum notatum pro Kyriel., Gloria in excelsis etc. f. 76a

24. Item unum parvum librum, *[in]* quo sunt oraciones beati Augustini.

25. Item alium parvum librum, in quo sunt benedictiones pro certis festivitatibus.

26. Item duos libros sermonum.

27. Item unum librum, qui vocatur *Ordinarius*.

28. Item unum parvum librum, in quo sunt statuta imperialia [35] contra hereticos.

29. Item unum alium librum super sermonibus, coperto pelle.

30. Item unum alium librum super historiis figuratis Ade et Eve etc.

[35] Praesertim Frederici II.

31. Item unum parvum librum serimoniarum, qualiter papa debet celebrare et qualiter cardinales debent assistere sibi etc.

32. Item librum florum sanctorum.

33. Item unum alium librum dictum *Mathologium* (!).

Item dixit idem dominus Iohannes de Ulmo, quod ultra predictos libros ipse habebat in custodia:

34. Unum librum super floribus sanctorum.

35. Item unum librum dictum *Mathologium* (!).

36. Item alium librum super hympnis et antiphonis beate Marie. »

Deinde ff. 77*a*-82*a* recensentur res *sub custodia episcopi Foroiuliensis* [36] *domini nostri pape confessoris* constitutae, die 26 m. martii 1371; — denique ff. 82*a*-90*a* res, quae erant in capella s. Michaelis.

2) ff. 90*a*-109*a* Sequitur *inventarium confectum* (inde a die 27 m. ianuarii 1371) *in turri magna, supra cameram domini nostri pape, presentibus Arnaldo archiepiscopo Auxitano camerario et Gaucelino episcopo Magalonensi olim ac [abbate monasterii] de Aghauna nunc domini pape thesaurario.* Atque hoc loco *ipse thesaurus* secundum varia rerum genera dispositus exhibetur.

3) ff. 109*a*-143*a* habes *inventaria rerum extractarum de turri alta, ubi erat thesaurus ecclesiae reconditus, et de turri bassa* a die 7 m. februarii 1372 ad diem 4 m. aug. 1376; quae quidem res *extrahebantur* « pro adventu ducis Andegavensis, regis Navarrae aliorumque principum, pro variis usibus curiae, potissimum *ad obpignorandum pro guerris Lombardie.* »

Archiv. Avenion., Inventaria n. 469 (cartac., fol., ff. 193) repetit:

1) ff. 23*a*-39*b* repetuntur inventaria, quae habentur in n. 468, ff. 90*a*-107*a*.

2) ff. 49*a*-105*b* eadem, quae in codice praecedenti n. 468, ff. 61*a*-109*a* exhibentur, ita tamen, ut exemplar codicis n. 469 antiquius atque, ut ex notis ex omni parte adiunctis apparet, ipso usu thesaurariorum magis sit comprobatum. — Praeterea accedit hic.

3) ff. 106*a*-111*a* *inventarium factum in palafrenaria domini nostri pape de equis et aliis animalibus ac bonis aliis, que tradita fuerunt nobili viro Petro Placentis novo magistro palefrenarie predicte post obitum Petri de Muraco quondam magistri...* die 3 m. maii an. 1371.

4) ff. 112*a*-115*a* sequitur denique recensio vasorum pretiosorum confecta die 27 m. ianuarii an. 1371.

De tempore quoque **Clementis VII** antipapae (1378-1394) complura ad nos usque pervenerunt *inventaria*.

Archiv. Avenion. Inventaria n. 468, quod volumen paullo ante descripsi, continet:

[36] Raymundus, vide paullo ante p. 177.

1) ff. 143*a*-150*b* Extracta de turri bassa *tempore Clementis pape VII* a die 6 m. septembris an. 1379 usque ad an. 1380 ad varios usus, exempli gratia « *unum breviarium notatum pulchrum, quod fuit de execu-* f. 147a *tione domini episcopi Albiensis quondam, et incipit in secundo folio:* qui regnaturus, *et finit in penultimo folio:* pone salu. » — Praeterea:

Item « quatuor morasque sive plate de auro cum litteris grecis, que fuerunt portate Rome per dominum Urbanum papam V et reportate Avinionem, quas morasque habuit dominus noster Clemens VII per manus dominorum Geraldi Mercaderii et Ioannis Rosseti, et ipsas reposuit dominus noster in archivo camere sue palacii apostolici Avinionensis. »

« Item die XIIII dicti mensis octobris anno predicto (1379) et de mandato f. 147b domini nostri pape, fuerunt extracti de dicta turri bassa, et assignati ex dono fratribus domus de Pomeriis ordinis Cartusiensis, Gebennensis diocesis, videlicet cuidam fratri dicte domus, vocato fratri P. Hamelin, in presentia dictorum dominorum Gasberti et Iohannis Rosseti ac domini Iohannis Micael et magistri Anthonii librarii:

Et primo unus liber Augustini de civitate dei, qui in secundo folio tabule: *de sciencia.*

Item una biblia satis minute littere, que incipit in secundo folio: *apo-* f. 148a *stolorum.*

Item unus liber de exemplo sacre scripture cum sacramento Guillelmi de Montelauduno, qui incipit in secundo folio: *et aspicientes serpentem.*

Item alius liber sermonum, in magno volumine, qui incipit in primo folio: *videbunt.*

Item sermones papirei, qui incipiunt in secundo folio post tabulam: *celum.*

Item unus Grecismus quasi nullius valoris, extimatus IIII^or grossos, quem habuit dominus Ioannes Rosseti. »

2) ff. 150*b*-165*a* *Secuntur iocalia extracta de capella sancti Michaelis, tempore domini Clementis pape VII, an. dom. millesimo CCCLXXIX et tradita in pignore personis infrascriptis,* imprimis Petro Gerbasii et Antonio de Ponte *campsoribus domini nostri papae.*

Archiv. Avenion., Inventaria n. 469, de quo paullo ante dixi, exhibet:

1) ff. 115*a*-118*a* *inventarium* supellectilis *palafrenariae,* conscriptum die 5 m. iulii an. 1379, conferendum sane cum eo, quod de tempore Gregorii XI commemoravi [37].

2) ff. 119*a*-136*a* sequuntur complures recensiones rerum, quae in diversis officinis ac locis asservabantur. Ac primum quidem f. 119*a* habes descriptionem, die 23 m. iulii an. 1379 confectam, rerum *forreriae, assignatarum per nobilem Guillelmum de la Guillermie olim forrerium d. n. p. Gregorii XI et traditarum Rogerio de Molendino forrerium d. n. p. Clementis VII;* se-

[37] Vide paullo ante p. 270.

quitur supellex multiplex variaque, collocata (f. 119*b*) *in camera turris, in camera cervi turris plumbi* [38], (f. 120*a*) *in camera nova domini Urbani, in guardarauba dictae camerae, in camera studii,* (f. 120*b*) *in deambulatorio prope viridarium subtus cameram novam dicti domini Urbani, in revestiario prope cameram de Ihesus* atque in plurimis aliis cameris ac locis palatii — f. 132*a*-136*a* recensentur *illa, que sunt penes frater Raimundus de Boica* (?) *magister in theologia et confessor d. n. pape.*

3) ff. 136*a*-144*a* habes idem, quod in n. 468, ff. 143*a*-150*b*.

4) ff. 144*a*-151*a* *inventarium de vaxella argentea* confectum a die 4 ad 25 m. augusti 1379; et primum quidem ff. 144*a*-146*a* ea recensentur, quae tradita sunt Guilleto Girardini *custodi vaxellae,* deinde f. 146*a* ea, quae erant in *paneteria,* ff. 146*b*-148*b* in *buticularia,* ff. 148*b*-151*a* in camera domini nostri papae.

5) ff. 151*a*-177*a* exhibentur res pretiosae *extractae de capella s. Michaelis supra cameram domini nostri pape, de turri bassa et alta* a die 14 m. iulii 1379 ad diem 20 m. febr. 1382; et primum quidem *una casula, tunica et darmatica* (!) *de diaspro albo cum suis aurifrisiis,* quam Clemens VII *manu propria dedit et assignavit* domino cardinali Cusano; deinde describuntur *iocalia assignata* Antonio de Ponte *campsori,* ac denique res plurimae multiplicesque traditae officialibus curiae.

Excerpam ea, quae ad libros spectant:

f. 153*a* « An. dom. millesimo CCCLXXIX, die XIIII mensis iulii fuerunt extracti de turri bassa palatii Avinionensis libri, qui secuntur et fuerunt portati in camera domini nostri pape per dominum Iohannem de Brognaco cubicularium dicti domini nostri pape;

et primo decretales, incipientes in primo folio in textu: *non est,* et finit in penultimo folio: *in negocio.*

Item sextus liber decretalium Iohannis Andree, qui incipit in secundo folio in textu: *ac dilectum,* et finit in penultimo: *extingui.*

Item glose ordinarie Iohannis Andree, que incipiunt in secundo folio in textu: *quod hic,* et finiunt in penultimo: *trans.*

Item unus liber vocatus Innocentius, qui incipit in secundo folio: *num iunctum* (?), et finit in penultimo: *quando agit.*

Item unus liber vocatus *Archidiaconus* qui incipit in secundo folio: *fide instr.,* et finit in penultimo: *vel ad illa.* »

f. 156*a* « An. dom. millesimo trecentesimo septuagesimo nono et die XXIIII mensis novembris fuerunt extracta de turri bassa palacii Avinionensis prope thesaur*[um]*, ubi spolia prelatorum consueverunt reponi et de mandato dominorum P*[etri]* camerarii et archiepiscopi Arelatensis et P*[etri]* Magalonensis episcopi et thesaurarii domini nostri pape Clementis VII;

et primo habuit dominus Symon Hacqueti magister cappelle pro usu cappelle dicti domini nostri pape, unum breviarium notatum ad usum curie

[38] Erat ibi inter alia: *unus lectus, in quo dormit dominus noster papa.*

romane, quod incipit in secundo folio: *in nubibus celi*, et finit in penultimo: *specie tua*.

Item habuit unum graduale notatum, quod incipit in secundo folio: *secula deum* (?), et incipit in penultimo folio: *sancto ex Maria*.

Item dicta die tradidit dominus camerarius manualiter cursoribus pro capella ipsorum ea, que secuntur, presentibus dominis thesaurario pape, Gasberto de Luganh clerico camere, Iohanne Michael et me Iohanne Rosseti notario camere cum pluribus aliis — primo unum missale, quod incipit in secundo folio: *facies*, et finit in penultimo folio: *dominum*. »

« Item fuerunt extracti de turri bassa libri infrascripti et portati in ca- f. 156b
mera thesauri secreta, ubi tenetur consilium, de mandato dicti domini camerarii, et fuerunt positi in archivo dicte camere:

Primo unum codicem antiquum, incipientem in secundo folio in textu: *eundem novum etc.*

Item unum Archidiaconum super sexto, incipiens (!) in secundo folio: *donatione vel alia etc.*

Item unum speculum iuris, incipientem (!) in secundo folio: *postpo-* f. 157a
sitis etc.

Item unum librum nuncupatum *summam Azonis*, incipientem in secundo folio: *totos populos*.

Item unam parvam lecturam super tribus libris c*[odicis]*, incipientem in secundo folio: *solempniter*, estimatam - I flor. »

« Anno LXIX et die XIII decembris fuit traditus Iohanni Belcodi ar- f. 158a
gentario unus liber evangeliorum [39], copertus foliis argenteis et deauratis. » — *In margine:* « restituit. »

« Anno LXXX et die V ianuarii fuerunt extracti de turri bassa pro usu f. 161a
panhote, presentibus dominis camerario pape, Seguina de Anthone, P*[etro]* Girardi et Gauberto de Luganh clericis camere, que secuntur: ... item unum missale de executione domini episcopi Albiensis [40], quod incipit in secundo folio: *si qui se expectant*, et finitur in penultimo: *que tibi per q....* »

« Item habuit Iohannes Rosseti notarius camere, presente domino came- f. 161b
rario domini pape et de Seguino de Anthone, Gasberto de Luganh, Petro Girardi et Iohanne Michael, unam bibliam in duobus voluminibus, que biblia fuit extimata per Anthonium librarium in presentia dictorum dominorum ad triginta flor. currentes.

Item habuit dominus Girardus Mercaderii unam institutam, sine postibus, antiquam, extimatam per Anthonium librarium - I francum.

Item habuit dominus camerarius dicta die de anno predicto unum librum de papiro, vocatum *Oculus speculator[is]* Berengarii Biterrensis, copertum pelle viridi, supra speculum, extimatum per dictum Anthonium librarium - II flor.

[39] Vide paullo ante p. 263, n. 9, 52.
[40] Hugo Auberti, 1355-79.

Item unum librum IIII^or evangelistarum glosatum, quem habuit dictus dominus camerarius, extimatus - VIII flor.

Item habuit predictus dominus camerarius unum missale sine epistolis et evangeliis, de grossa littera, extimatum - VIII flor.

f. 162a Item extraxit, ut supra, dominus camerarius pape de dicta turri bassa unum librum vocatum *Papiam*, qui incipit in secundo folio:..., qui fuit positus in camera secreta consilii. »

f. 163a « Item eadem die [22 m. febr. 1380] nobilis dominus Amadeus de Saluciis, nepos dicti domini nostri, habuit de dicta turri bassa de executione eiusdem domini *[Stephani]* abbatis *[s. Victoris]* Massiliensis [41]: primo unum decretum, extimatum - XXV flor.; — item unum sextum cum Clementinis, extimatum - XVI flor.; — item unum rosarium super decreto, extimatum - XXIIII flor.; et alium librum continentem Dignum, Mandagotum et aliquas lecturas, extimatum - IIII flor.

f. 163b Item habuit dominus Iohannes de Brigniaco cubicularius dicti domini nostri et olim magister dicti Amadei, unam lecturam vocatam *Lectura Abbatis super antiquis.* »

f. 165a « Item die VI mensis octobris, anno LXXX habuit reverendus pater dominus Ludovicus episcopus Assisii, de mandato domini nostri pape, ad relationem rev. p. d. camerarii pape, unum pontificale, quod incipit in secunda linea: *omnipotens deus,* et finitur in penultima linea: *audi enim;* quod fuit extractum de turri bassa, presentibus dominis Gasberto de Luganh clerico camere, Iohanne Michael et me Iohanne Rosseti notario camere....

Item eodem die [11 m. octob.] fecit *[dominus noster papa]* portare *[ad cameram suam]* per archidiaconum Remensem septem quaternos non ligatos, in quibus erat principium unius pontificalis, bene illuminatos et grossa littera. »

f. 169a « Anno LXXX, die IIII octobris habuit dominus Iohannes episcopus Gebennensis unum missale in duobus voluminibus, et quod incipit in secundo folio: *verba autem mea,* et finit in penultimo: *quam olim;* quod habuit ex dono domini nostri pape ad relationem domini camerarii pape; — et aliud volumen incipit in secundo folio: *one misterii,* et finit in penultimo: *secundo de busta.* »

§ 2. Recensio librorum anno 1369 in palatio Avenionensi asservatorum. — Ex iis, quae modo de *inventariis* thesauri Avenionensis attuli, facile liquet, primam recensionem librorum, quodam quasi bibliothecae apparatu in palatio Avenionensi dispositorum, esse eam, quae anno 1369 tempore, quo Urbanus V Romae commorabatur, iussu cardinalis Philippi de Cabassole [42] vicarii eius est

[41] STEPHANUS III (Autberti?) 1361-79, *Gallia christiana*, I, 693.

[42] Philippus Cabassole 1334 episc. Cavallionensis sive Cavallicensis (Cavaillon), c. an. 1365 patriarcha Hiersolymitanus, an. 1366 episc. Massilliensis, an. 1367 ab Urbano in

confecta. Eam igitur ad codicem Tabularii Vaticani, Archiv. Avenion. n. 468 quam accuratissime exactam vulgabo; quae de conformatione, situ, dispositione eius bibliothecae tam ex hoc quam ex indice Gregoriano possunt elici, ad postremum huius voluminis capitulum remittam.

Nec ex ea recensione partem primam ac postremam resecandam censui, licet, cum litteras sive pergamenas et registra exhibeant, ad archivum potius quam ad bibliothecam videantur referendae. Etenim ut hic Avenione sic Romae usque ad saeculum sextum decimum archivum et bibliotheca erant inter se coniunctissima ac plerumque fere uno eodemque loco continebantur.

Moneo, descriptionem litterarum, a qua recensio initium ducit, ex illis esse illustrandam, quae annis 1327 et 1339 Assisii et Montefalcone [43] et Avenione anno 1343 [44] et paucis ante annis an. 1366 [45] erant confectae. Tres priores descriptiones leviores sunt et hoc potissimum nos docent, quid in antiquiore tabulario ecclesiae romanae fuerit quidque ex eo Avenionem anno 1339 fuerit translatum; ex Avenionensibus vero illa anni 1366 eo consilio digesta fuit, ut Pontifex Romam an. 1367 profecturus, cum archetypa et reliquum thesaurum in palatio Avenionensi relinqueret, summa capita documentorum brevi compendio conclusa secum retineret. Quare eae solae litterae accuratius ibi indicantur, quibus iura ac rationes ecclesiae romanae continentur. Hinc fit, ut ea recensio, etsi omnium sit uberrima, vix quidquam tamen nos de conformatione archivi Avenionensis doceat [46]. At descriptio anni 1343 atque ea, quam modo vulgaturus sum, anni 1369 hoc habent proprium, ut apertius quam aliae rationem exhibeant, qua in palatio Avenionensi chartae tabularii erant dispositae atque asservatae.

Italiam proficiscente constitutus est Avenione *vicarius generalis pro domino papa*, an. 1368 die 22 sept. renuntiatus est cardinalis, † 1372; cf. Baluze, *Vitae pap. Aven.*, I, 1019 *s.*

[43] Vide eas in Denifle-Ehrle, *Archiv*, I, 327-324, 365; II, 71-106.

[44] Vide eam paullo ante p. 264.

[45] Habes eam in Muratori, *Antiquitates italicae*, VI, 75-190 XVI.

[46] Uno tantum loco subobscure indicatur, eandem dispositionem archivi anno 1366 fuisse, quae erat anno 1369. Legimus enim in Muratori, l. c., c. 190 IV: « Sunt plures « aliae litterae et processus apostolici diversorum negotiorum modicae utilitatis ecclesiae « romanae tangentes (!), quae plenarie propter earum pluralitatem non fuerunt summatae, « sed repositae in coffris seu archivis, prout de aliis litteris apostolicis superius est ordi- « natum. »

Recensio denique registrorum in postrema indicis parte collocata cum ea est conferenda, quae anno 1339, cum antiquiora volumina Assisio Avenionem transmitterentur, est conscripta [47].

Ut ad descriptionem librorum revertar, ex ea hoc imprimis apparet, ut archetypa documentorum et registrorum [48] ac gemmas vasaque aurea et argentea [49], sic longe maiorem librorum partem ab Urbano Avenione esse relictam. Idque profecto prudenti consilio. Temeritatis enim erat, tantas opes periculis longioris navigationis ac tot fluctibus, quibus Roma atque universa fere Italia concutiebantur, sine causa obiicere. — Otium igitur officialibus curiâ absente concessum Philippus, qua erat industriâ ac diligentiâ, in plus quam duobus millibus voluminum operoso labore recensendis posuit. Atque eâ quidem recensione magis incolumitati ipsorum librorum ac thesauri quam commoditati iis utentium consultum voluit. Quare indicato leviter cuiusque voluminis auctore, plerumque prima secundi et postrema penultimi folii verba adnotavit, ne sublato meliore exemplari aliud deterius eius loco substitui neve prima postremave pars posset resecari. Itaque cum complura in singulis fere voluminibus continerentur scripta, longe minor eorum pars hac recensione exhibetur.

Restat, ut quam in hoc indice vulgando rationem secutus sim, subiungam. — In nominibus auctorum ac titulis librorum interpretandis, eumdem quem paullo ante in bibliotheca Bonifatiana, servabo modum ac ne easdem subinde repetam explicationes, lectores ad indicem remitto, in quo conficiendo, maximae eorum studui consulere commoditati.

Denique nec tempori nec operae peperci, ut eos, qui hic describuntur, libros in reliquis, quos vulgavi et vulgaturus sum, indicibus atque in variis bibliothecis indagarem, atque indicatis eorum sedibus, singulorum, quantum possem, codicum anno 1369 in palatio Avenionensi constitutorum quasi historiam texerem. Verum ne his sedibus ad singulos codices adpictis, recensionem ipsam perpetuo interscinderem, eas remisi ad calcem paginae proximeque post indicem exscriptum collocabo.

47 Vide Denifle-Ehrle, *Archiv*, II, 71-94.
48 Vide Denifle-Ehrle, *Archiv*, II, 41.
49 Vide paullo ante p. 267.

Non me fugit, in fortuna ac casibus horum codicum enarrandis non tantum me esse assecutum, ut non plurima vulgato opere possint adiungi. Hoc unum spero, lectores quae praestiti aequi bonique facturos et apertis meo qualicumque labore semitis, indicibus iam nitide typis descriptis, quaecumque hac in re repererint supplenda, ea benigne mecum communicaturos, ut ea collecta appendicis loco vulgem, cum opportunitas tulerit.

In nomine domini, amen. — Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo nono, indictione septima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani divina providencia pape quinti anno septimo, fuit factum inventarium de rebus et bonis in presenti cartulario contentis, existentibus in palacio apostolico Avinionensi; que quidem res et bona fuerunt assignata per reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Philippum sancte ecclesie romane presbiterum cardinalem reverendo in Christo patri ac domino domino G. dei gratia Magalonensi episcopo domini nostri pape thesaurario et per ipsum dominum thesaurarium recepte et recognite, prout in fine huius cartularii lacius continetur. f. 1*a* (182*a*)

Sequntur privilegia, littere et alia instrumenta diversa reperta in subscriptis coffris, existentibus in fundo turris thesaurarie. f. 17*a* (198*a*)

1. Primo in quodam *[coffro]* ferrato, cum sera, signato per litteram **A** [50], sunt quatuor privilegia sine sigilis, due bulle auri, quindecim litere diversis sigillis cereis sigillate, due bulle plumbee et due littere sine sigillis per modum transcripti [51], de privilegiis terris et libertatibus ecclesie romane per dominum Rodulphum [52] imperatorem ac regem Romanorum datis et concessis.

Item in uno capsoneto infra dictum coffrum sunt undecim littere parve diversis sigillis cereis sigillate.

[50] Ad has litteras procul dubio referenda sunt, quae habentur in libris *Introitus et exitus camerae apost.*, n. 282, f. 173*a*: « Die XXVI m. ianuarii *[an. 1358]* soluti fuerunt « Guillelmo Burgundionis habitatori Avinionensi pro certis litteris de letone per ipsum « factis et positis in certis cofinis, ubi sunt littere et privilegia antiqua, in turri bassa - « I flor. »

[51] De his *transsumptis* sive exemplaribus an. 1339 iussu Benedicti XII Montefalcone et Assisii confectis vide Denifle-Ehrle, *Archiv*, II, 8 et I, 297 et Muratori, l. c., c. 77 *s*.

[52] Muratori, l. c., c. 89.

2. Item in quodam alio coffro, ferrato, sine sera, signato per litteram **B**, sunt septem littere bulla aurea imperiali munite, et quatuor sigillo cereo regio domini Karoli quarti imperatoris [53].

Item XV alie littere diversis sigillis cereis sigillate super coronatione dicti domini Karoli et confirmatione privilegiorum ecclesie romane per antecessores suos concessorum.

Item due alie bulle auree regis Boemie [54].

Item una bulla, filo canapis more romane curie bullata, super onctione et consecratione dicti domini imperatoris.

Item duo instrumenta seu littere cum filis sericis viridibus et rubeis sine sigillis.

Item sex alia instrumenta seu littere sine sigillis.

3. Item in quodam alio coffano rubeo, ferrato, cum duabus seris, signato per litteram **C**, sunt quinque littere, auro bullate, regis Armenie [55].

Item quatuor alie littere in pergameno, auro bullate, continentes professionem Grecorum [56] catholice fidei.

f. 17b Item tres littere in papiro, Grecorum, scripte auro, bullate cum quatuor bullis aureis.

Item quinque littere in papiro rubeo, litteris grecis aureis scripte.

Item undecim littere in papiro albo, scripte litteris grecis et nigris.

Item tres littere in pergameno albo, scripte litteris grecis, in quarum una est bulla plumbea.

Item octo littere in pergameno, scripte litteris latinis et grecis, quarum alique sunt diversis sigillis cereis sigillate.

4. Item in quodam alio coffro rubeo, ferrato, cum sola sera, signato per litteram **D**, sunt tringinta et due littere seu privilegia, bullis aureis bullate.

Item una littera bulla aurea et diversis sigillis munita.

Item viginti littere diversis sigillis cereis sigillate et cum illis sunt duo instrumenta publica sive transumpta.

Item decem et novem littere papales, in filis tam sericis quam canapis bullate.

Item decem et octo instrumenta publica.

Item undecim tam carte quam littere de diversis, non signate nec sigillate.

Item in uno capsoneto, existente in dicto coffro, sunt tres littere regie, bullis plumbeis regis Castelle et Portugalie [57] munite, de regnis Iherusalem et Sicilie.

[53] L. c., c. 97.
[54] I. e. Caroli IV, l. c.
[55] Ms. *Armanie*. — L. c., c. 103.
[56] L. c., c. 100.
[57] L. c., c. 116*s*.

5. Item in quodam alio coffro rubeo, ferrato, cum duabus seris, signato per litteram **E**, sunt octo littere bullate auro.

Item duodecim littere apostolice, bullis plumbeis bullate.

Item decem et septem instrumenta sive littere, divers*[is]* sigillis cereis sigillate, quarum una est bulla plumbea munita.

Item septem alia instrumenta super diversis, sine sigillis et bullis.

6. Item in quadam capsa de nuce, cum sera, signata per litteram **F**, sunt septem capsoneti fustei et unus coffanus veluto viridi coopertus et alius rubeus; et in coffano de veluto cooperto sunt duodecim littere sive instrumenta, quorum aliqua sunt diversis sigillis cereis sigillata et una littera papali bulla munita.

Item in coffano rubeo sunt plures littere Alamannie, Cracovie [58] et aliarum nationum.

Item est unus saculus lineus, dicto coffano alligatus, in quo sunt diverse scripture tangentes exequtionem archiepiscopi Regensis.

Item et in prescriptis septem capsonetis [sunt] diverse littere et scripture f. 18a
diversarum nacionum diversa negocia et obligaciones ac alia iura ecclesie romane tangentia continentur, prout in cedulis dictis capsonetis affixis legebatur.

7. Item in quodam coffro viridi, ferrato [59], cum sola sera, signato per litteram **G**, sunt nonnulla instrumenta seu littere obligationes, monitiones et diversos contractus continentia, quorum alique sunt sigillis cereis in pendentibus [60] sigillate, et quinque papales bulla plumbea more curie romane bullate.

8. Item in quodam coffro de cypresso, ferrato, cum duabus seris, marcato, signato per litteram **H**, sunt undecim littere apostolice, more romane curie bullate.

Item decem et novem alie littere, quarum alique sunt diversis sigillis cereis sigillate.

Item duo rotuli de pergameno nonnullas obligationes iur*[is]* in se continentes.

Item una capseta parva, in qua sunt diverse scripture diversa negotia continentes.

9. Item in quodam alio coffro viridi obscuro, ferrato, cum sera, signato per litteram **I**, sunt decem et novem littere papales, more romane curie bullate.

Item due alie littere bulla Veneciarum munite [61].

[58] I. e. Poloniae, l. c., c. 147.

[59] Ms. *ferrata.*

[60] Aliae enim litterae erant *sigillis in pendentibus* sive *pendentibus* munitae, aliae vero *a tergo sigillatae;* cf. paullo post p. 282, n. 18.

[61] Muratori, l. c., c. 148.

Item viginti quatuor tam instrumenta quam littere diversis sigillis cereis sigillate.

Item sexaginta tam littere quam instrumenta et alie scripture private.

Item tria regestra tam de pergameno quam de papiro.

Item unus quaternus papireus scriptus.

10. Item in quodam coffro nigro, ferrato, cum sera, signato per litteram **K**, sunt due maxime littere apostolice domini Iohannis pape XXII more romane curie bullate.

Item decem instrumenta sive littere diversis sigillis cereis in pendentibus sigillate.

Item quinque alia instrumenta sine sigillis.

Item tria cartularia de pergameno, diversos processus et recognitiones in se continentia.

f. 18a **11.** Item in quadam capsa de sapino, cum sola sera, signata per litteram **L**, sunt novem littere apostolice more romane curie bullate diversa continentes.

Item undecim littere sive instrumenta diversis sigillis cereis sigillate.

Item tres magni rotuli de pergameno certos processus continentes.

Item decem et octo instrumenta seu documenta et duo quaterni papirei.

Item quatuor quaterni de pergameno diversas recognitiones et homagia continentes.

12. Item in quodam coffro de nuce, ferrato, cum sola sera, signato per litteram **M**, sunt decem littere papales, more romane curie bullate et alia non bullata.

Item triginta quatuor tam instrumenta quam littere, diversis sigillis cereis sigillate in pendentibus, et aliquibus (!) sunt alie scripture simul ligate, diversa continentes.

Item quinque instrumenta.

Item unus quaternus de pergameno et unus rotulus de pergameno, certum processum continentes.

Item in uno massepano, infra dictum coffrum existente, sunt diverse littere diversa continentes.

13. Item in quodam coffro ferrato, cum sola sera, signato per litteram **N**, sunt (!) unum privilegium domini Otonis imperatoris litteris aureis scriptum [62].

Item sunt undecim littere diversis sigillis sigillate, duabus exceptis.

14. Item in quodam alio coffro ferrato, cum sola sera, signato per litteram **O**, sunt duo capsoneti, et in *maiori* sunt quoddam privilegium litteris

[62] L. c., c. 79; cf. Sickel, *Das Privilegium Otto I für die röm. Kirche*, Innsbruck 1883.

aureis scriptum et auro bullatum, domini Henrici imperatoris [63] et duo transumpta eiusdem, sigillis cereis in pendentibus sigillata, cum quadam copia ipsius privilegii,

Item aliud privilegium, data et sigillo carens, continens, quod dictus imperator dimisit regalia sancti Petri ecclesie romane et alia [64].

Item unus rotulus de corticibus arborum illegibilis.

Item in *minori* capsoneto sunt quinque littere domini Willelmi imperatoris [65], quarum tres sunt diversis sigillis cereis sigillate, due vero non.

Item alia littera tempore Manfredi [66], bulla et sigillo carens.

Item alia sigillata et sex littere Alberti imperatoris sigillis cereis pendentibus sigillate.

15. Item in quodam coffro viridi, valde ferrato, cum sola sera, signato f. 1
per litteram **P**, sunt sex privilegia domini Frederici [67] non sigillata.

Item quatuor parve littere auro bullate.

Item decem et octo littere seu privilegia diversis sigillis sigillate, quarum due sunt bulla plumbea munite et alia littera papalis non bullata.

16. Item in quodam alio coffro rubeo, ferrato, signato per litteram **Q**, sunt in uno capsoneto [sunt] due littere domini Karoli IIII^ti [68] imperatoris, quarum una est auro bullata et alia cera alba sigillata; et quatuor alie littere, quarum due sunt plumbo bullate et alie due sigillis cereis domine regine et domini Ludovici eius viri sigillate, super acquisitione Avinionis.

Item tres littere parvis sigillis cereis sigillate.

Item triginta quinque privilegia seu instrumenta, diversis bullis plumbeis munita.

Item triginta instrumenta seu documenta sine sigillis.

Item et in uno longo saculo sunt viginti instrumenta et duo quaterni papiri iurisdictionem Avinionensem [69] tangentia.

Item in alio parvo saculo sunt diverse scripture super iure terrarum comitatus Venayssini [70], rubricate in quaterno scripturarum dicti comitatus simul alligato.

17. Item in quodam alio coffro, diversimode ferrato, cum sola sera et scuto lotonno, signato per litteram **R**, sunt undecim littere regis Ungarie [71], auro bullate.

[63] Muratori, l. c., c. 77.
[64] L. c., c. 76.
[65] L. c., c. 88.
[66] Ms. *Malfredi*, l. c., c. 89.
[67] L. c., c. 82*s*.
[68] L. c., c. 97*s*.
[69] L. c., c. 143.
[70] L. c.
[71] L. c., c. 125.

Item viginti octo alie, diversis sigillis cereis sigillate, cum uno instrumento infra unam de dictis litteris sigillat*[is]* existente.

18. Item in quodam coffro ferrato, cum sera nova, signato per litteram **S**, sunt novem instrumenta seu littere, diversis bullis plumbeis bullate.

Item undecim littere seu instrumenta, diversis sigillis cereis tam pendentibus quam a tergo sigillata.

Item septem instrumenta sine sigillis.

Item una bulla plumbea et diversis sigillis pendentibus sigillata.

Item in quodam massepano est una littera, sigillo cereo in pendente sigillata, continens censum duarum marcarum auri, quem prestare tenetur locus Montispesuli [72] ecclesie Romane.

Item unus capsonetus, in quo sunt due littere, diversis cereis sigillis pendentibus communite et novem alia instrumenta non sigillata.

Item in uno alio massepano una littera testimonialis, sigillo cereo Ka-
f. 19b roli IIII^ti [73] imperatoris munita, de denario censuali beati Petri.

Item duo cartularia tam pergameni quam papiri.

19. Item in quodam alio coffro depicto, ferrato, cum sola sera, signato per litteram **T**, sunt octo littere, bulla plumbea munite et una non bullata, inter quas sunt nonnulla alia documenta inclusa, continentes certos processus contra hereticos religiosorum mendicantium [74].

Item plura instrumenta simul ligata, continentia inventarium bonorum domini Andree Fredoli abbatis sancti Affrodii Biterrensis [75].

Item diverse scripture diversa continentes, in quinque rotulis ligate, inter quas sunt tres littere, sigillis cereis sigillate.

Item in uno massepano sunt quatuor littere, diversis sigillis cereis pendentibus munite.

20. Item in quodam coffro rubeo, ferrato, cum sola sera, signato per litteram **V**, sunt multi rotuli autentici, tangentes factum nobilis Porcelli de filiis Urci [76] et adherencium eidem, dum rebellabat contra ecclesiam romanam, et plura alia diversa instrumenta modici valoris ac computi, sicut in cedula dicto coffro affixa legebatur, cum fuisset difficile illa seriatim designare.

21. Item in quodam alio coffro parvo, cooperto corio impressato, ferratoque, cum sola sera, et signato per litteram **X**, sunt sex littere domini Henrici secundi [77] imperatoris, auro bullate.

[72] L. c., c. 144.
[73] L. c., c. 97; cf. paullo ante p. 281, n. 16.
[74] L. c., c. 189 IV.
[75] Cf. paullo ante p. 209.
[76] Muratori, l. c., c. 183.
[77] L. c., c. 76.

Item tres littere papales, more romane curie bullate.

Item quinque alie, diversis sigillis cereis sigillate.

Item unum instrumentum per modum tramsumpti, sine sigillo, cum nota ipsius in papiro.

22. Item in quodam alio coffro viridi, ferrato, cum sola sera, signato per litteram **Y**, sunt informationes facte de mandato domini Clementis pape quinti per universum mundum contra magistros et fratres militie Templi [78], qui una die fuerunt omnes capti, sicut in cedula dicto coffro affixa continetur, que fuisse[n]t difficile seriatim designare.

23. Item in quodam alio coffro viridi, ferrato, cum sola sera, signato per litteram **Z**, sunt plures littere, bullate bulla domini Bonifacii pape VIII, tangentes depositionem et privationem cardinalatus dominorum quondam Petri et Iacobi de Columna [79] cum multis instrumentis per ipsum in universum mundum missis; et quedam littera, bulla domini Benedicti pape XI [80] bullata, in qua revocat omnes processus et sententias latas contra predictos de Columna, sicut in cedula de super dicto coffro affixa continetur, que dificile fuisset ea seriatim designare. f. 20a

24. Item in quodam alio coffro viridi, ferrato, cum sola sera, signato per duplicem litteram **AA**, sunt multi libri compotorum et expensarum super edificiis summorum pontificum tam in palacio apostolico quam aliis locis ac panhote, coquine et hospic*[io]* domini nostri pape necnon quorumdam collectorum diversarum parcium, sicut in cedula desuper affixa legebatur.

25. Item in quodam alio coffro nigro ferrato, cum sola sera, signato per duplicem litteram **BB**, sunt similes scripture ut in precedenti proxime coffro signato per litteram AA.

26. Item in quadam capsa de sapino, sine sera, signata per litteram **CC**, sunt minute litterarum secretarum summorum pontificum regestrate per magistrum Iohannem de Augicuria dictarum minutarum registratorem, sicut in cedula desuper affixa legebatur.

27. Item in quadam alia capsa sapinea, sine sera, signata per duplicem litteram **DD**, sunt minute, ut in proxime precedenti coffro, ut in cedula desuper affixa legebatur.

28. Item in quodam alio coffro rosso, ferrato, cum duabus seris, signato per duplicem **EE**, sunt plures littere bullate ad perpetua*[m]* rei memoriam di-

[78] L. c., c. 190 IV; cf. SCHOTTMÜLLER, *Der Untergang des Templer-Ordens*, I, 695 *s.*, II, 1 *s.*

[79] MURATORI, l. c., c. 189 V.

[80] Ms. *VI.*

versorum summorum pontificum de reservacionibus ecclesiasticorum et concessione privilegiorum ac concedendis officiis vacante imperio et non occupandis ac eciam de multis declarationibus, ordinationibus et aliis ibidem contentis, videlicet diversorum beneficiorum [81], sicut in cedula desuper affixa legebatur.

f. 20b **29.** Item in quodam alio coffro viridi, ferrato, cum sola sera, signato per duplicem **FF**, sunt plures littere bullate ad perpetua*[m]* memoria*[m]* sicut in alio proxime precedenti coffro, ut in cedula desuper affixa legebatur.

30. Item in quodam alio coffro ferrato, sine sera, signato per duplicem **GG**, sunt computa et raciones Auxitane, que modicum tangunt ecclesiam romanam, sicut cedula desuper affixa designat.

f. 21a Sequitur [82] inventarium factum de omnibus libris existentibus in palacio predicto. — Et primo de libris existentibus in quadam capella, in qua celebrare solebat dominus cardinalis Avinionensis [83] prope cameram domini B. de Sancto Stephano [84], assignatis per dominum.. archidiaconum Cavallicensem pro domino cardinali Iherosolimitano [85] prenominato [86].

1. [a] Primo pars Psalterii glosata, post IIII[or] membranas habens V depictas et istoriatas, et in fine quinti folii depicti in auro incipit: *Eusebius*, et finit in ultimo folio scripto in textu: *vocant nomine*.

2. [b] Item prima pars Psalterii glosata, que incipit in primo folio: *laudacionem domini*, et in ultimo folio scripto: *in secula*.

3. Item secunda pars Psalterii glosata eiusdem operis, que incipit in primo folio scripto: *Exultate Deo*, et finit in penultimo folio de scriptis: *sanctus spiritus*.

a Gr. 996. *b* Gr. 990, 991.

[81] Muratori, l. c., 189 IV et 199 XI.

[82] Iuvat hic recensere atque explicare scribendi compendia, quibus legentes ad reliquas librorum recensiones ac quasdam bibliothecas remitto. — Indicat igitur **Bo.** recensionem Perusinam bibliothecae Bonifatianae (paullo ante pp. 26-102); — **Reg.** excerpta e registris (pp. 137-144); — **Int.** e libris introitus et exitus cam. apost. (pp. 144-172); — **Spo.** libros in inventariis spoliorum an. 1353 recensitos (pp. 194-246); — **Gr.** recensionem bibliothecae Gregorii XI (in extrema huius voluminis parte); — **Lu.** recensionem priorem bibliothecae Petri de Luna (in altero huius operis volumine); — **Av.** recensionem librorum an. 1410 in palatio Avenionensi asservatorum (ibidem); — **Pen.** recensionem posteriorem bibliothecae a Petro de Luna in castro Peniscolae constitutae (ibidem); — **Bu.** bibliothecam principis Burghesii; — **Va.** Vaticanam proprie sic appellatam; — **Pa.** Parisiensem, quam nationalem dicunt.

[83] Anglicus Grimaldi, Urbani V frater; cf. Int. et exit. n. 324, ff. 74*a*, 125*a*.

[84] Erat is cubicularius Innocentii VI, cf. *Inventar.* n. 268, f. 57*a*.

[85] Philippo Cabassole, cuius paullo ante p. 274 mentio facta est.

[86] F. 9*a* (190*a*) inter res in quodam camera magnae turris collocatas recensetur: *Item quidam magnus liber de littera hebraica.*

4. [a] Item postilla super Exodi et Levitico, que incipit in primo folio scripto: *hec sunt omnia*, et finit in ultimo folio scripto: *me deum*.

5. [b] Item postilla Numerorum et sequentium istoriarum Paralipomenon, que incipit in primo folio scripto: *locutus est dominus*, et finit in ultimo folio scripto: *valemus*.

6. [c] Item postilla super Ieremia, que incipit in primo folio et secundo corundello: *sicut*, et finit in penultimo folio de scriptis et ultimo corundello: *quos*.

7. [d] Item postilla super Epistolis Canonicis et Actuum Apostolorum, que incipit in secundo corundello primi folii: *humane*, et finit in ultimo corundello penultimi folii de scriptis: *non mul*.

8. [e] Item postilla super Matheo, que incipit in secundo corundello primi folii: *quatuor*, et finit in penultimo corundello ultimi folii de scriptis: *Petro*.

9. [f] Item postilla super Iohanne, que incipit in secundo corundello primi folii: *sicionis*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *de eo*.

10. [g] Item postilla secunde partis epistolarum Pauli, que incipit in secundo corundello primi folii: *ad fidem*, et finit in ultimo corundello ultimi folii: *du*.

11. [h] Item postilla super Luca duplicata, que incipit in secundo corundello primi folii: *sonorum*, et finit in penultimo corundello ultimi folii: *corporaliter*.

12. [i] Item postilla super Iob, que incipit in secundo corundello primi f. 21b
folii: *Iob*, et finit in primo corundello ultimi folii: *sicut non*.

13. [j] Item prima pars postille super Parvis Prophetis, que incipit in secundo corundullo primi folii: *vive* [l], et finit in primo corundello ultimi folii: *ad litteram ter*.

14. Item postilla secunde partis Parvorum Prophetarum et Esdree ceterorumque ystorialium usque ad finem Macabeorum, que incipit in secundo corundello primi folii: *liseo*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *obtulit*.

15. [m] Item postilla super libris Sapientie, Canticorum et Actus Apostolorum, que incipit in secundo corundello primi folii: *scriptus*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *postea*.

16. Item postilla super libro Numerorum et sequencium usque ad finem libri Regum, que incipit in secundo corundello primi folii: *progredientibus*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *et ideo*.

17. [n] Item postilla super Ecclesiast., que incipit in secundo corundello primi folii: *igitur*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *appropriate ad*.

18. [o] Item postilla super Luca, que incipit in secundo corundello [p] primi folii: *sonorum*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *claustra*.

a Cf. n. 659, 652; Gr. 716. b Gr. 906. c Gr. 915. d Gr. 929. e Cf. n. 594, Gr. 921. f Gr. 924. g Cf. n. 26, Gr. 926, 927. h Cf. n. 18, 1227; Gr. 923, 931. i Gr. 913. j Gr. 919, 920, 968, 969. l Vel: *ume*. m Gr. 916. n Gr. 973. o Cf. n. 11. p Ms. *corundelli*.

19. Item postilla super Proverbiis et Ecclesiast., que incipit in secundo corundello primi folii: *volumina*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *et predi*.

20. [a] Item postilla prime partis Psalterii, que incipit in secundo corundello primi folii: *rans*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *homo pul*.

21. Item postilla Sapientie et super Canticis, duplicata, que incipit in secundo corundello primi folii: *non*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *et fun*.

22. [b] Item postilla super Ezechiel et Daniel, que incipit in secundo corundello primi folii: *ipse*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *noctem*.

23. Item postilla super Apocalipsi, duplicata, que incipit in secundo corundello primi folii: *custodire*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *emite*.

24. Item postilla super Apocalipsi, que incipit in secundo corundello primi folii: *qui viderit*, et finit in penultimo corundello penultimi folii: *absque ar*.

f. 22a **25.** Item postilla super Ysaya, que incipit in secundo corundello primi folii: *propheta*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *sancti*.

26. [c] Item prima pars postille Pauli, que incipit in secundo corundello primi folii: *beatus*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *pec*.

27. Item postilla super Genesi, que incipit in secundo corundello primi folii: *et*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *liberando*.

28. [d] Item postilla super secunda parte Psalterii, que incipit in secundo corundello primi folii: *tis*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *auge*.

29. [e] Item libri Tulii [87] multi, qui raro inveniuntur, in uno magno volumine, qui incipiunt in secundo corundello primi folii: *enim*, et finiunt in ultimo corundello penultimi folii: *Siracussis*.

30. [f] Item postilla super Marcho, que incipit in secundo corundello primi folii: *dottrine*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *inmundum*.

Biblie [g].

31. Item una Biblia, cooperta corio viridi, que incipit in secundo corundello primi folii: *urbem*, et finit [et finit] in penultimo corundello ultimi folii ante interpretationes: *in medio pla*.

32. Item alia Biblia magna, cooperta corio albo, que incipit in secundo corundello primi folii: *tali*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *et in*, et est sine interpretacionibus.

a Cf. n. 28; Gr. 907. *b* Gr. 918. *c* Cf. n. 10. *d* Cf. n, 20. *e* Gr. 1345. *f* Gr. 922. *g* Vide Gr. 1063 *s*, 877.

[87] Cf. huius voluminis p. 139, 142, 174, not. 140.

33. Item alia B i b l i a, cooperta corio albo et postibus papireis, que incipit in secundo corundello primi folii: *intravit,* et finit in ultimo corundello penultimi folii ante interpretationes: *scribe.*

34. Item alia B i b l i a, cooperta de samicto rubeo operato, que incipit in secundo corundello primi folii: *dum que,* et finit in ultimo corundello penultimi folii ante interpretationes: *mortui.*

35. Item alia B i b l i a, cooperta de veluto viridi, que incipit [a] in secundo corundello primi folii: *ad extremum,* et finit in ultimo corundello penultimi folii: *in me.*

36. Item alia B i b l i a, magna glosata, usque ad librum Baruch inclusive, cooperta corio livido, que incipit in tercio corundello primi folii in glosa: *po,* et finit in ultimo corundello penultimi folii in textu: *opprobriis.*

37. Item alia B i b l i a antiqua, cooperta corio rubeo, que incipit in secundo corundello primi folii: *Philostratus,* et finit in ultimo corundello penultimi folii ante interpretationes: *faciem.* f. 225

38. Item alia B i b l i a antiqua, cooperta corio rubeo, que incipit in secundo corundello primi folii: *gelium,* et finit in ultimo corundello penultimi folii ante interpretationes: *eum.*

39. Item alia B i b l i a, cooperta corio rubeo, que incipit in secundo corundello primi folii: *urbem,* et finit in ultimo corundello penultimi folii ante interpretationes: *tanta est.*

40. Item alia B i b l i a glosata, cooperta corio albo, que incipit in secundo corundello primi folii in glosa: *tetius,* et finit in penultimo folio in glosa: *quindenarii.*

41. Item alia magna B i b l i a, cooperta corio tannato, que incipit in secundo folio: *toribus,* et finit in penultimo folio ante interpretationes: *omnibus a.*

Diversi libri.

42. Item quidam liber s e r m o n u m, coopertus corio rubeo, qui incipit in secundo corundello primi folii: *iacenti,* et finit in secundo corundello penultimi folii ante quandam tabulam: *quia.*

43. Item liber magnus, coopertus corio rubeo, intitulatus: *Incipit de animalibus A l b e r t i,* et incipit in secundo corundello primi folii: *derare primum,* et finit in ultimo corundello penultimi folii: *ex parte.*

44. [b] Item c o l l e c t a r i u m pontificale de grossissima lictera, coopertus samitto rubeo, quod incipit in secundo folio: *templi,* et finit in penultimo folio in rubro: *autem.*

45. Item liber N u m e r o r u m et D e u t e r o n o m i i [c], in uno volumine, quod incipit in textu secundi folii: *penna,* et finit in textu penultimi folii: *filii Israel.*

a Ms. *incibit.* b Av. 101. c Ms. *de Uteronomii.*

46. Item quoddam volumen Geremie, Trenorum et Ysaye, coopertum corio albo, quod incipit in secundo folio in textu: *dixit dominus*, et finit in textu penultimi folii: *dixit dominus*.

47. [a] Item liber de paupertate Christi, compilatus per dominum Clementem papam VI, dum erat magister Parisius, qui incipit in secundo corundello secundi folii: *Salomoni*, et finit in penultimo folio et ultimo corundello: *leguntur*, coopertus de veluto rubeo.

f. 23a **48.** Item quidam parvus liber super pontificali officio, coopertus de veluto rubeo, qui incipit in secundo corundello primi folii: *servus*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *robur*.

49. [b] Item alius [c] parvus liber super vita sancte Elizabeth, coopertus de veluto rubeo, qui incipit in secundo folio prologi: *pit*, et finit in penultimo folio dicti libri: *sponse*.

50. Item quidam tractatus super paupertate Christi fratris Iohannis de Neapoli [88], coopertus corio viridi claro, qui incipit in secundo corundello primi folii: *mittendo*, et finit in penultimo corundello ultimi folii: *solum*.

51. [d] Item alius liber de statu et dispensacione Christi [89] et paupertate apostolorum, coopertus corio viridi cum postibus papirei*[s]*, qui incipit in tercio folio: *possessa*, et finit in penultimo folio: *aut est*.

52. [e] Item quidam parvus liber apologie pauperum [90], coopertus carta pergameni, qui incipit: *Summi legislatoris*, et finit: *a persequentibus animam meam*.

53. Item quidam pulcher rotulus, bene ystoriatus et illuminatus, qui incipit in rubro: *Hic incipit prologus in compilacione istoriarum veteris testamenti, que in Biblia continentur ab Adam usque ad Christum et eius apostolos*, et finit: *Henricus de Lutimburg*, et est in quadam custodia de corio nigro.

Sequntur libri reperti in quadam camera
prope capellam predictam.

Et primo sequntur **libri sancti Augustini.**

54. Primo pars prima milleloquii beati Augustini, cooperta corio viridi, que incipit, in secundo folio post rubricas: *in omni*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *alii ne*.

55. Item secunda pars milleloquii eiusdem, cooperta corio viridi, que incipit in primo corundello secundi folii post rubricas: *se dicunt*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *predicacio*.

a Gr. 1149, Av. 217. *b* Cf. n. 2010, Gr. 763, Av. 295. *c* Ms. *aliud*. *d* Gr. 676, Av. 602, Bu. 294. *e* Gr. 676.

[88] Ord. praed. *licentiatus* Parisiis an. 1316. Habes illam commentationem in codice Vatic. 3740, cf. Raynaldus, *Annales* ad an. 1323, n. 7.

[89] Henrici de Careto, ord. min., episcopi Lucani.

[90] S. Bonaventurae.

56. [a] Item exposicio sancti Augustini super psalmos usque ad LXX psalmum, que dicitur prima pars, et incipit in secundo corundello primi folii: *solus*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *tuum*, et est cooperta corio rubeo claro.

57. Item exposicio sancti Augustini super secunda parte psalterii, cooperta corio rubeo, que incipit in secundo corundello primi folii: *tempore*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *evagina*. f. 23b

58. Item Augustinus super prima parte psalterii, coopertus corio albo, qui incipit in primo corundello secundi folii: *id est*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *per totum*.

59. Item Augustinus super quadam parte psalterii, coopertus corio albo, qui incipit in secundo corundello primi folii: *et ipsa*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *iubilacionis*.

60. Item prima pars psalterii beati Augustini, cooperta corio viridi, que incipit in secundo corundello primi folii: *tizabit*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *eos*.

61. [b] Item prima pars quinquagenarum psalterii super psalmos, cooperta corio viridi, que incipit in secundo corundello primi folii: *sobrietatem*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *placendi*.

62. Item Augustinus super psalterio, coopertus corio viridi, qui incipit in secundo corundello primi folii: *hic*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *proficiatur*.

63. [c] Item Augustinus de verbis domini et Gregorius super quadraginta omeliis, coopertus corio viridi, qui incipit in secundo folio post rubricas: *tempus*, et finit in penultimo folio: *earum*.

64. [d] Item Augustinus in epistola Iohannis, coopertus corio rubeo, qui incipit in secundo corundello primi folii: *et Verbum*, et finit in ultimo corundello penultimi folii ante numerum librorum: *caritas est*.

65. [e] Item quidam magnus liber de concordia IIII^{or} evangeliorum, coopertus corio croceo, qui incipit in secundo corundello primi folii: *citra*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *naturam*.

66. [f] Item quidam magnus liber Augustini [91] continens omnia concilia, et precipue IIII^{or} generalia, Nicenum, Constantinopolitanum, Effesina (!), Calsidoniense, coopertus corio viridi, qui incipit in secundo folio et primo corundello: *dominus*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *sua*.

67. Item Augustinus de civitate dei, coopertus corio rubeo, qui incipit in secundo corundello primi folii: *futuram*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *qui*. f. 2[illegible]

68. Item quidam liber continens XVII volumina in uno libro, qui incipit in secundo corundello primi folii: *ut*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *Christi*, et est coopertus corio rubeo.

a Cf. Gr. 7. *b* Gr. 60. *c* Int. 11, Gr. 87. *d* Gr. 39, Pen. 331, Pa. 1974. *e* Cf. n. 90, Gr. 1. *f* Gr. 89.

[91] De his collectionibus cf. MAASSEN, *Geschichte der Quellen u. Litter. des can. Rechts.*

69. Item quidam liber sermonum sancti Augustini, coopertus corio rubeo, qui incipit in secundo corundello primi folii: *bilitate*, et finit in tercio corundello penultimi folii: *vocant*.

70. Item liber Augustini ad Volusianum cum pluribus aliis epistolis, coopertus corio quasi rubeo, qui incipit in secundo corundello primi folii: *cum voles*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *pastus*.

71. Item quidem liber Augustini de trinitate, coopertus corio croceo, qui incipit in secundo corundello primi folii: *mino*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *pervenimus*.

72. Item alius liber Augustini de trinitate, coopertus corio viridi, qui incipit in secundo corundello primi folii: *cernit*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *substanciam*.

73. [a] Item quidam liber Augustini confessionum et Ysidori de summo bono, in uno volumine cooperto corio viridi, qui incipit in secundo corundello primi folii: *dedisti*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *sibi*.

74. [b] Item liber Augustini contra Pelagianos, cum aliquibus aliis libris in eodem volumine cooperto corio viridi, qui incipit in secundo corundello primi folii: *scilicet*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *anime*.

75. [c] Item liber loqucionum sancti Augustini[92], cum multis libris in eodem volumine cooperto corio viridi, qui incipit in secundo corundello primi folii: *latima*, et finit in ultimo corundello *fortis*.

76. Item liber florum Augustini super libro de trinitate, coopertus corio rubeo, qui incipit in secundo corundello primi folii: *obliviscentem*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *racio*.

77. [d] Item tabula super libro sancti Augustini de civitate dei, cooperta corio, que incipit in secundo corundello primi folii: *sic*, et finit in ultimo corundello penultimi folii: *querere*.

Iam paullo ante monui, Urbanum V in Italia resedisse, cum ea, quam modo vulgavi, librorum in palatio Avenionensi asservatorum recensio ineunte [1] anno 1369 conficeretur. Rediit tandem Avenionem die 24 m. septembris 1370, ita ut paucos, quos procul dubio secum asportarat libros, Avenionem referret. Non multo post die 19 m. decembris an. 1370, quam vivens sibi comparaverat eximiae sanctitatis laudem, moriens comprobavit.

Ei suffectus est die 30 decembris an. 1370 nepos Clementis VI Petrus Rogerii de Belloforti, qui Gregorius XI est appellatus. Is a prima adolescentia non solum studiis altioribus theologiae et iuris ad gravissima quaeque curiae munera obeunda, verum etiam liberalibus disciplinis ad optimorum scriptorum amorem est excultus. Si alia deessent argumenta, id tam epistolae a Francisco Petrarca ad amicos datae [2], quam illae ipsius Gregorii, quas paullo ante vulgavi [3] evincerent; quin etiam ipsa copia librorum, quos sibi antequam pontifex renuntiatus esset, comparaverat, id abunde demonstraret.

Quantum vero Gregorius inter infinitas regiminis curas litteris atque libris delectatus sit, insigne habemus documentum indicem bibliothecae Avenionensis, quem ipse per se disposuisse videtur ac conscripsisse.

Huius indicis exemplar observaverat in bibliotheca Gabrielis Naudei [4] Labbeus, quod his verbis indicat: *Registrum omnium*

[1] Die enim 5 vel 17 m. maii descriptio videtur iam fuisse perfecta.

[2] Fr. Petrarcae, *Epistolae de rebus familiaribus et variae ed.* Fracassetti, *Epist. var. XV, dd. 2 iunii 1371*, III, 331.

[3] Vide huius voluminis pp. 141-144.

[4] Is († 1653), cum singulari diligentia et industria bibliothecas praesidis de Mesme, cardinalium Bagny, Antonii Barberini, Mazarini, denique reginae Sueciae administraret, copiam quandam optimorum librorum suo sibi aere comparaverat. Codicum manuscriptorum eius recensionem habes in cod. 10381 bibliothecae Parisiensis, quam *nationalem* dicunt. Excerpta quaedam ex ea vulgavit Labbeus, in *Nova bibliotheca manuscriptorum librorum sive specimen antiquarum lectionum.* Parisiis 1653, 4⁰ pp. 220-237.

librorum librariae domini nostri papae, distinctum per tabulas compositas iuxta serenitatem et aptitudinem intellectus Rogerii de Bello Forti, sola dei clementia Gregorii papae XI, anno domini 1375 scriptum per fratrem Petrum Amelii de Benaco [5]. At quorsum id, translata eâ bibliothecâ [6] in illam cardinalis Mazarini et cum hac maiori ex parte (an. 1668) in bibliothecam regiam Parisiensem, sit dilapsum, nemo hucusque docuit. — Praeterea exemplar recensionis Gregorianae refertur in reliquiis cuiusdam indicis tempore Petri de Luna, ut videtur, conscripti, quas in altero huius operis volumine typis describam [7].

Quare nihil ex hoc indice praeter titulum videbatur superesse, donec paucis ante annis Henrico Denifle v. cl. registra Avenionensia in tabulario Vaticano perquirenti [8] fere integrum, ut videtur, exemplar se obtulit [9]. — Denique paullo post in eodem tabulario duo folia reperi [10] illius exemplaris, ex quo illud a P. Denifle indicatum videtur esse derivatum.

Atque hoc quidem, quod unum nobis nunc praesto est, exemplar, magnâ oscitantiâ a librario rudi atque illiterato est exaratum. Praeterea uligine ita est corrosum ac lacerum, ut nisi brevi apte reconcinnetur, sit maxima ex parte in infinita fragmenta dilapsurum; quae miseranda eius conditio, ut illud integrum describerem, nisi aliae quoque eaeque gravissimae rationes id a me postulassent, mihi persuadebat.

Confecta est ea recensio procul dubio, antequam Gregorius XI die 13 m. septembris an. 1376 Avenione Romam versus profici-

[5] Labbeus, l. c. p. 55. — Erat is *socius domini Raimundi episcopi Appamearum confessoris domini pape*, qui quasi bibliothecarii munere fungebatur; vide paullo ante pp. 169*s*.

[6] De historia eius bibliothecae vide Delisle, *Cabinet des manuscrits de la bibliothèque nationale*, I, 279-285.

[7] N. 23 Inventarium librorum domini Gregorii pape XI, copertum cum pergameno.

[8] Vide Denifle-Ehrle, *Archiv*, II, 2.

[9] Registrorum Avenion. Clementis VII, tomus XXVII continet ff. 1*a*-7*a* litterarum compendia, quae *rubricellas* vocant; - deinde ff. 7*a*-17*a* partem libri *introitus* anni 1381, - ff. 17*a*-20*a* litteras gallice conscriptas Ludovici ducis Calabriae (Loys fils de roy de France, duc de Calabre); - sequitur ff. 20*a*-95*b* index Gregorianus, de quo hic disputamus; - ff. 96*a*-106*b* secunda recensio prioris indicis Petri de Luna, de quo in altera huius operis parte accuratius dicam. — Postea ff. 106*a*-112*a* habes f. 106*b* partem quandem supellectilis hispanice descriptam, ff. 108*b*-111*b* recensetur brevissime libri in XXXIV *coffinis* aut *balis* dispositos. — Denique reliquam eamque longe maiorem voluminis partem occupant litterae Clementis VII anno quarto (1381) datae.

[10] Archiv. Avenion. Inventar. n. 469[B], ff. 34, 35 complectitur nn. 79-128 recensionis integrae.

sceretur. Quin etiam ex titulo codicis Naudeani constare videtur, eam ipso anno 1375 aut esse confectam aut ab alio exemplari iam annis superioribus exarato esse transcriptam. — Itaque praeter libros anno 1369 in palatio constitutos eos quoque exhibet, qui annis proxime insequentibus erant adiuncti, inter quos selectissimos illos imprimis commemoro, quos Gregorius, antequam ad pontificatum proveheretur, suo sibi aere coemerat [11].

Praeterea ex alio quoque eoque duplici capite Gregoriana recensio illam Urbani anni 1369 aliquatenus superat ac complet. Non enim ut haec sic illa in modum *inventariorum* thesauri [12] est confecta; quare non primum tantum cuiusque codicis scriptum, sed plerumque fere omnia indicat ac describit. Accedit quod multo diligentius quam id in indice Urbani est praestitum, libros secundum varias, quas tractabant, disciplinas collectos dispositosque refert.

Moneo denique eam inter indicem Gregorianum atque Peniscolensem Petri de Luna intercedere necessitudinem, ut de hoc nonnisi inspecto illo, recte aestimari vix possit.

In vulganda hac recensione ex mendis, quibus scatet, leviora tantum in ipso textu ita correxi, ut in extrema pagina lectionem codicis adiungerem; graviora vero in calce tantum paginae, ubi id necessarium videbatur, emendavi. Quae si in ipso textu correxissem, timebam, ne propriam huius indicis faciem ita transformarem, ut de locis dubiis ex ipsa eius indole certo aestimari non posset. Hoc itaque consilium cepi, ne propriam textus conformationem, licet mendosissimam, tollerem, neve legentes sexcentis illis mendis identidem interiectis cum fastidio morarer.

In librorum titulis explicandis legentes plerumque ad observationes relegabo, quibus indicem Urbani V illustravi; quare hic fere eos solos libros spectabo, qui aut de novo bibliothecae sunt illati aut in indice Urbani non erant singillatim recensiti.

Reliqua, quae ad illustrandam Gregorianam recensionem atque ipsam bibliothecam opportuna videbantur, ad extremum huius voluminis caput reieci.

[11] Vide paullo post n. 1483*s*.
[12] Cf. paullo ante p. 276.

Et primo isti sunt libri **beati Augustini** [13].

f. 20a **1.** [a] In primis in volumine signato per I sunt liber de consensu quatuor evangelistarum libri quatuor, de questionibus libri III [14], item de verbis domini [15], de gratia novi testamenti, item de speculo vel manuale [16], de nativitate [b] (?) beate Marie, item de annunciacione dominica [17], de utilitate penitentie, de quibusdam verbis Apostoli [18], de Genesi contra Manicheos libri duo, de visitatione infirmorum, item de heremit[ic]a vita, de adulterinis coniugiis libri duo, contra sermonem Arianorum, de contemptu mundi ad clericos, item de bono latrone [19], de honestate mulierum, item de cognitione vere vite; de simbolo contra Iudeos, paganos et Arianos; de diffinitionibus ecclesiasticorum dogmatum [20], de tempore barbarico, de contempnenda morte, item de trinitate, de quatuor virtutibus caritatis, item de cantico novo, de quarta feria, item de cataclismo, de muliere forti; item sermones de oracione et ieiunio, de divite, de penitencia, de oracione dominica, de fornicacione, quod homo factus est ad dei ymaginem et similitudinem, de laudibus dei; item de quibusdam proposicionibus epistolarum ad Romanos et ad Galatas [21], item epistola Originis apologetica.

2. [c] Item in volumine signato per II sunt libri Augustini super articulos fidei, Bernardus de comtemplacione, item consciencia sanctorum, item de libero arbitrio et gracia, item apologia Bernardi, item Bernardus super *Missus est*, item omelia Augustini de sanitate anime et contra aurispices et sortilegos.

3. [d] Item in volumine signato per III sunt sermones et omelie sanctorum doctorum de omnibus festivitatibus sanctorum tocius anni.

4. [e] Item in volumine signato per IIII sunt omelie Augustini super Iohannem.

5. [f] Item in volumine signato per V Augustini de cultu martirum et martirilogium (!).

6. [g] Item in volumine signato per VI Augustinus de Achademicis libri III, item de salute anime, item de mariale [22], item confessio qualiter humano generi subvenit, item de miraculis sacre scripture libri III, item super Matheum et

a Cf. n. 99, Ur. 90. *b* Ms. *nativite.* *c* Pen. 417. *d* Ur. 120, Pen. 337. *e* Pen. 271. *f* Pen. 315. *g* Pen. 319.

[13] Indicem alphabeticum operum s. Augustini habes in MIGNE, *PP. lat.*, tom. XLVI, c. 33-43.

[14] Quaestionum evangeliorum ll. 2 (al 3).

[15] Sermones de verbis domini.

[16] MIGNE, l. c., tom. XL, c. 967.

[17] Sermones, MIGNE, l. c., tom. XXXIX, c. 3013.

[18] Sermones de verbis Apostoli.

[19] Sermones, MIGNE, l. c., tom. XXXIX, c. 2043.

[20] De ecclesiasticis dogmatibus.

[21] MIGNE, l. c., tom. XXXV, c. 2063, 2105.

[22] Putem legendum *manuale,* cf. Pen. 319.

Lucam, item libri locutorium [23], item questiones veteris testamenti, item exposicio quarundam exposicionum epistolarum ad Romanos et ad Galatas, item f. 20b de correctione Donatistarum item de gracia dei et peccato originali, item ad Orosium et de erroribus Origenis [24], item de dono paciencie [25], item de hiis que false sibi imputabantur, item de vera prudentia, item de penitencia, item de vera et falsa penitencia, item sermones de ascencione Domini, item de nativitate virginis Marie, et de laudibus eius, item de humana [a] efigie domini nostri Iesu Christi.

7. [b] Item in volumine signato per VII Augustinus super psalmum septuagesimum quintum,

8. Item in volumine signato per VIII Augustinus super psalterium a psalmo LXXV usque ad finem.

9. [c] Item in volumine signato per IX tabula epistolarum Augustini.

10. [d] Item in volumine signato per X Augustinus de civitate dei, item ad Orosium, item de sanitate anime, item contra sortilegia, item de pollucione notturna, item de laude caritatis, item retrattacio contra Faustum, item contra Faustum libri XXXIII, item de virginitate, item de mendacio.

11. [e] Item in volumine signato per XI Augustinus encherid*[i]*on, de trinitate, de vera religione, de libero arbitrio, de doctrina christiana, ad Orosium, contra quinque hereses, LXXXIII questiones.

12. [f] Item in volumine signato per XII tabula de civitate dei,

13. [g] Item in volumine signato per XIII altercatio [26] fidei catholice inter Arrium presbiterum et Athanasium episcopum Probo iudice presidente, tractatus Gregorii Nazariheni (!), item de Gregorio et Basileo (!), item regula Basilii, item prefacio Gelasii pape super regula beati Augustini, regula beati Benedicti, regula sancti Macarii, regula fratrum minorum cum exposicione, abusiva seculi secundum sanctum Cyprianum.

14. [h] Item in volumine signato per XIIII sunt libri: primo Ieronimus ad Desiderium de doctoribus sive scriptoribus ecclesie, item de viris illustribus, Casiodorus de institucione divinarum litterarum, item excepta Augustini de civitate, de trinitate, Augustinus de cognicione vere vite, Augustinus ad sororem suam de heremitica vita, item libri Hugonis de archa Noe, de archa sapientie et ecclesie et arca sponse, item summa collectorium et de virtutibus antiquorum philosophorum fratris Iohannis [27], item tractatus de laudibus beate Marie.

15. [i] Item in volumine signato per XV Augustinus de concordia quatuor f. 21a evangelistarum.

a Ms. *humane*. *b* Cf. n. 58s., 64s. *c* Cf. n. 77, Ur. 123. *d* Pen. 286. *e* Ur. 119, Pen. 313. *f* Cf. n. 88, Ur. 77, Pen. 291s. *g* Int. 2, Ur. 87, Pen. 714. *h* Cf. paullo post n. 1321, Pen. 234. *i* Pen. 275, cf. paullo post n. 76.

23 Loquutionum ll. 7.

24 Ad Orosium contra Priscillianistas et Origenistas lib. I.

25 De dono perseverantiae.

26 Vigilii Tapsensis.

27 Ioannes Gallensis, ord. min.

16-7. [a] Item in volumine signato per XVI Ambrosius de ystoria Nambuthe [b], Augustinus de concordia IIII^or evangelistarum, item epistola Senece ad Paulum apostolum.

18. Item in volumine signato per XVIII [28] epistole Augustinus numero CLXXVII, item tractatus de caritate; vide in tabula ultra medium.

19. Item in volumine signato per XIX Augustinus de verbo Ysaie quod multitudo sacrificiorum vestrorum [c] etc., super Genesim ad litteram, XII libri de libero arbitrio, de fide rerum invisibilium, de natura boni, LXXXIII questionum, de continencia coniugali, de opere monachorum, de bono coniugali, contra mendacium, de mendacio, sermo domini in monte, de perfectione et iusticia hominis, de natura et gracia, de predestinacione sanctorum, de gracia et libero arbitrio, de correctione et gracia, de bono perseverancie, de *[cura]* agenda mortuorum ad Paulinum, contra errores Manicheorum, de periculis prodotum (!), de predestinacione dei, de benedictione Esau et Iacob, sermones super versum *Tenuisti manum dexteram* psalmi LXXII; item sermo factus in mensa Cipriani [29] de versu *Domine dilexisti decorem domus tue*, de versu: *Deus noster manifeste veniet*, de versu *Cor mundum crea in me Deus*, contra adversarium legis et prophetarum, ecclesiasticum docma, item epistole Augustinus ad Fortunatum, ad Donatum.

20. [d] Item in volumine signato per XX Augustinus in epistolam Fundamenti, item de vita clericorum sermone*[s]* et tractatus, que epistole eiusdem numero CXLVIII expressantur in primo folio.

21. [e] Item in volumine signato per XXI Augustinus de civitate dei.

22. [f] Item in volumine signato per XXII oraciones beati Augustini in soliloquis [g].

23. Item in volumine signato per XXIII Augustinus de civitate dei.

24. [h] Item in volumine signato per XXIIII Augustinus de verbis apostoli, *[de verbis]* domini, de vita christiana, de abusivis, de agone christiano et opere monachorum.

25. Item in volumine signato per XXV Augustinus de civitate dei.

26. Item in volumine signato per XXVI exceptio Augustini de diversis materiis distincta per ordinem alphabeti.

f. 21b **27.** [i] Item in volumine signato per XXVII tabula Augustini contra Faustum.

28. [j] Item in volumine signato per XXVIII Augustinus contra Parmenianum, enchiridion, de preceptis et articulis fidei, de sacramentis, de simbolo, exposicio *Pater noster*, de fide ad Petrum.

29. Item in volumine signato per XXIX sermones sanctorum patrum, sermones Leonis et Augustini, scintillarium [l] Bede.

a Ur. 109. *b* Ms. *Nabuthe*. *c* Ms. *virorum*. *d* Pen. 343. *e* Pen. 287s., cf. n. 23, 25. *f* Ur. 96, Pen. 322. *g* Ms. *solisoquis*. *h* Ur. 117, Pen. 336. *i* Ur. 115. *j* Ur. 106. *l* Ms. *scillarum*.

[28] Excidit in Ms. n. XVII.

[29] Vide paullo post n. 34.

30. [a] Item in volumine signato per XXX retractaciones Augustini, de immortalitate anime, de moribus ecclesie, de quantitate anime, de gracia et libero arbitrio, libri musice, de vera religione.

31. [b] Item in volumine signato per XXXI sine postibus in papiru tabula de doctrina christiana et de dis*[ci]*plina christiana.

32. Item in volumine signato per XXXII Augustinus de trinitate, item confessionum, de vera religione, de doctrina christiana, enchiridion.

33. [c] Item in volumine signato per XXXIII s*[c]*intillarium Augustini.

34. [d] Item in volumine signato per XXXIIII Augustinus contra Faustum et soliloquium anime, sermo de veteribus scripturis et novis contra Arrianos [30], de verbis Apostoli, de assumpcione beate Marie, de ovibus, de deitate et incarnacione, de paupertate et diviciis, super illo versu psalmi *Tibi derelictus est pauper, Si vis venire ad vitam,* de ieiunio, de Abel et Cain, de Ysaac et Rebecca, de X plagis, de induracione cordis Pharaonis, de nativitate beate Marie, de avaricia et luxuria, de mirabilibus sancte scripture, contra Felicianum hereticum, de elemosina, libri musice, contra perfidiam Arrianorum, de Ieronimo super epistolam Iohannis, de lapsu mundi, de hiis qui divites esse affectant, de continencia, de timore dei, de deprecacione Abrae, sermo super psalmum LXVII ad mensam sancti Cipriani in basilica Petri, de iusticia que est ex lege, de interrogatione Iudeorum de Christo cuius filius esset in basilica Celestine, de caritate, de talento accepto, de penitentibus, omelia de Abraam et Ysaac, sermo de Iacob et Ioseph et omelia eorum, de spirituali colluctatione, de via trium dierum, de virga Aaron, omelia Ieronimi, de Balam et Balac, Augustinus de Rab meretrice et duobus nunciis, quod iudicio dei Iudei de terra promissionis expulsi sunt, de transitu Iordanis, omelia Ambrosii de Gedeone, omelia Augustinus de Sampsone et de David et Ysai [31], Golia et de Absalon, de edificatione altaris, de Salomone, de Elia propheta, de Heleseo propheta, de assumptione beate Marie, item retrattationum; vide in fine libri.

35. [e] Item in volumine signato per XXXV Augustinus de baptismo par- f. 22a
vulorum, sermo Domini in monte, epistola ad Valentinum, epistola Prosperi ad Augustinum de natura boni, de bono coniugali, de nupciis et concupiscencia, de adulterinis coniugiis, de sancta virginitate, de sancta viduitate, contra epistolam Fundamenti [32], de spiritu et lictera.

36. [f] Item in volumine signato per XXXVI Augustinus contra Achademicos et contra Manicheos super Genesim et singularitate clericorum, de conflictu viciorum, iponostius [33], de origine anime, de moribus Donatistarum ad Bo-

a Ur. 79, Pen. 317. *b* Pen. 295. *c* Ur. 121, Pen. 326. *d* Pe. 298. *e* Pen. 296. *f* Ur. 107, Pen. 303.

[30] De trinitate sive de scripturis veteribus et novis contra Arianos. MIGNE, l. c., tom. XXXIX, c. 1689.

[31] De David et Isai sermo, MIGNE, l. c., tom. XXXIX, c. 1818.

[32] Contra epistolam Manichaei, quam vocant Fundamenti lib. I, MIGNE, l. c., tom. XLII, c. 173.

[33] Hypomnesticon (hygnosticon).

nifacium, de orando deum, contra adversarios legis[34] et contra perfidiam Arrianorum, contra Adamantum, de magistro, *[de]* meditacione, questiones veteris et novi testamenti, Ieronimus contra Lucif*[e]*rianum, ad Sixtum presbiterum[35], contra Iulianum.

37. [a] Item in volumine signato per XXXVII Augustinus de doctrina christiana, de cura pro mortuis agenda, super Genesim, sermones de verbis Domini et de verbis Apostoli, de facultatibus ecclesie, de primo parente, de igne purgatorii, de moribus ecclesie, de moribus Manicheorum, de triplici habitaculo, de contemptu mundi, de honestate mulierum, omelia super Iohannem, de fide et operibus, de vita christiana.

38. [b] Item in volumine signato per XXXVIII Augustinus de civitate dei, super Genesim ad litteram, contra Manicheos, confessionum, de synodis, de vera religione, ad Orosium[36], enchiridion.

39. [c] Item in volumine signato per XXXIX sermones Augustini super epistolam Iohannis, commentum Ieronimi super Marchum, questiones Augustini super Penthacio [d], questiones veteris et novi testamenti, de VIII questionibus contra Pelagianos, de questionibus evangelii Mathei et Luce, de prescientia dei, de mirabilibus sacre scripture, manuale sive speculum, ad Fortunatum, de gratia novi testamenti, de X^cem^ cordis, de X plagis Egipti, soluciones questionum contra paganos, libri musice, super epistolas ad Romanos et ad Galatas, de correctione Donastitarum [e], de gratia dei et peccato origi-
f. 22b nali, ad Orosium, de continencia anime, sermones de doctrinis dandis, de pace, de flagellis, cum pluribus aliis; vide in tabula in fine libri.

40. [f] Item in volumine signato per XL Augustinus confessionum, Ysidorus de summo bono, de sententia Ieronimi de essencia divinitatis.

41. [g] Item in volumine signato per XLI Augustinus de trinitate.

42. [h] Item in volumine signato per XLII sermones Augustini de cogitacionibus et mirabilibus sacre scripture, de oratione, de vera innocencia ad nepotem suum, de facultatibus ecclesie, de contradictione[37] et unico baptismo, de cathezizandis [i] rudibus, de sententia beati Iacobi, de cognicione vere vite, omelia Iohannis Crisostomi de beato Paulo apostolo.

43. Item in volumine signato per XLIII Augustinus de fide et operibus, de verbis Domini, de cathezizandis rudibus, de baptismo adversus Donostitas (!), de baptismo parvulorum, de unico baptismo contra Maximianum hereticum, altercatio Augustini Iuliani heretici et Pelagiani.

44. [j] Item in volumine signato per XLIIII consilia sanctorum patrum Ilarii, Augustini, epistola Clementis pape ad sanctum Iacobum, exemplar

a Pen. 293. *b* Pen. 285. *c* Ur. 64, Pen. 331, Pa. 1974. *d* L. *Pentateucho.* *e* L. *Donatistarum.* *f* Ur. 72, Pen. 311. *g* Pen. 279s. *h* Pen. 332. *i* L. *catechizandis.* *j* Pen. 1071?

[34] Contra adversarium legis et prophetarum ll. 2, MIGNE, l. c., tom. XLII, c. 603.

[35] S. AUGUSTINI epistola, MIGNE, l. c., tom. XXXIII, c. 874.

[36] Vide paullo ante p. 455, not. 24.

[37] Fortasse legendum *de continentia*, cf. Pen. 332.

constituti domini Constantini imperatoris, Augustinus de correctione et gracia, Ylarius de essentia Patris et Filii contra hereticos; est sine postibus.

45. [a] Item in volumine signato per XLV Augustinus contra Faustum, Ieronimus de nominibus Hebreorum.

46. [b] Item in volumine signato per XLVI Augustinus contra Iulianum, libri musice, de unico baptismo, iponosticio (!), de moribus Manicheorum, de perfectione iusticie, super Genesim ad litteram, ad Simplicianum, ad Orosium, contra Felicem Manicheum, super XV [38], de periurio, de substantia dilectionis, quid [c] sit vere diligendus, quot modis diabolus humilitatem impugnat, de tribus locis, de quinque statibus vite humane, de iudicio faciendo, de oblivione malorum preteritorum, de duodecim gradibus, de incarnacione Verbi, de essentia deitatis, epistola ad Romanos, tractatus de corpore Christi, de elemosina, de dilectione, questiones evangeliorum, sentencie septem sapiencium, dialetica Augustini, categorium [d] Aristotilis ab Augustino translate ad quendam comitem; vide in fine libri.

47. [e] Item in volumine signato per XLVII tabula Augustini encheridion. f. 23a

48. [f] Item in volumine signato per XLVIII flores Augustini de trinitate.

49. [g] Item in volumine signato per XLIX sermones numero CCC et XXXIII; vide in principio libri.

50. [h] Item in volumine signato per L Augustinus de omnibus heresibus, item adversus Manicheos, de gratia et de magistro, de duabus animabus, contra V genera hostium, de origine heresum, de divinacione demonum, de orando deum, de timore iudicii, de fide et operibus, sermo contra Arrianos.

51. Item in volumine signato per LI omelia Ambrosii LXXVII; respice tabulam in principio.

52. [i] Item in volumine signato per LII tabula Augustini de trinitate.

53. [j] Item in volumine signato per LIII tabula Augustini super Iohannem.

54. [l] Item in volumine signato per LIIII Augustinus super Genesim, de agone christiano, de disciplina christiana, de penitencia, de libero arbitrio ad Orosium, de predestinatione divina, Iohannes Damasenus et fidei ortodoxe [m], Ancelmus cur deus homo; Augustinus LXXXIII questionum, de trinitate, de vera religione, de spiritu et anima, de quantitate anime, de immortalitate anime, de fide ad Petrum.

55. [n] Item in volumine signato per LV epistole Pauli ad Romanos et ad Chorintios Venerabilis Bede ex dictis Augustini.

56. [o] Item in volumine signato per LVI Hugo de sacramentis, Augustinus contra Faustum, de spiritu et littera, sermones de pastoribus et ovibus, de baptismo adversus Donastitas, de baptismo parvulorum, de unico baptismo contra

a Pen. 300. b Cf. n. 84, Ur. 133, Pen. 301. c L. *quis*. d L. *categoriae*. e Ur. 104, Pen. 314. f Pen. 283. g Ur. 126? h Ur. 114, Pen. 307. i Ur. 138, Pen. 234. j Ur. 128, Pa. 1968. l Cf. n. 98, 1309, Ur. 100, Pen. 258. m L. *de fide orthodoxa*. n Cf. n. 349, Ur. 131. o Pen. 297.

[38] In Pen. 301 legitur *super Iob*.

Felicianum, de prefectione iusticie omnium, de natura et gracia, de libero arbitrio, de correctione et gratia, de predestinacione sanctorum, de bono perseverancie, de soliloquis, de cathezizandis rudibus, de quantitate anime, de adulterinis coniugiis, de mendacio, de natura et origine anime, de orando deum, de videndo deum, de fide et simbolo, ad inquisiciones Ianuarii, de penitentia, de periurio, de disciplina christiana, dialogus, de unitate sancte trinitatis [39].

57. [a] Item in volumine signato per LVII tabula Augustini super Genesim ad litteram.

58. [b] Item in volumine signato per LVIII prima pars psalterii Augustini.

f. 23b **59.** Item in volumine signato per LVIIII secunda pars psalterii Augustini.

60. [c] Item in volumine signato per LX prima quinquagena psalterii Augustini.

61. [d] Item in volumine signato per LXI Augustinus confessionum, de trinitate, de doctrina christiana, de concordia evangelistarum, de utilitate credendi, de vera religione, de anima et spiritu, de questionibus anime, de verbo dei, dyalogus Augustini contra quinque hereses, encheridion, de fide ad Petrum, de summo bono, de videndo deum.

62. [e] Item in volumine signato per LXII speculum Augustini, de mirabilibus sacre scripture; item Origenes de Helcana, Senenna (!), Samuele et Heli, Ophni, et Finees; item Origenes super Ysaiam, Ieremiam, Ezechielem, Cantica Canticorum, Genesim, Exodum, Leviticum, Numerum, Iosue, Iudicum; item ydenetarium [f] Clementis, epistola Clementis ad Iacobum, epistola Dyonisii et [g] Thimotheum de morte apostolorum Petri et Pauli.

63. [h] Item in volumine signato per LXIII Augustinus de cura pro mortuis, Ancelmus cur deus homo, meditaciones eiusdem, Seneca de quatuor virtutibus, prosologonio [i] Ancelmi; Albertus [40] de morte et vita, de sompno et vigilia, de divinacione, de sensu, et sensato, de memoria et de intellectu, de natura et origine anime.

64. [j] Item in volumine signato per LXIIII prima pars psalterii Augustinus.

65. Item in volumine signato per LXV secunda pars psalterii Augustini.

66. [l] Item in volumine signato per LXVI Augustinus ad Orosium contra quinque hereses, LXXXIII questionum.

67. [m] Item in volumine signato per LVII Augustinus *[su]*per Iohannem.

68. [n] Item in volumine signato per LXVIII Augustinus de Achademicis, de moribus ecclesie, de natura et gratia, de libero arbitrio, de correctione et gracia, sermo de oracione, contra Fortunatum, contra Iudeos, contra Pelagium, de utilitate personarum [o], de baptismo contra Donatistas, contra Maximianum

a Ur. 140, Pen. 259. *b* Ur. 58*s.*, Pen. 261*s.*, cf. n. 64*s.*, 69*s.*, 85*s.* *c* Ur. 61. *d* Pen. 310. *e* Pen. 461. *f* L. *itinerarium.* *g* L. *ad.* *h* Ur. 99. *i* L. *proslogium.* *j* Cf. n. 58. *l* Pen. 304. *m* Pen. 270. *n* Pe. 318. *o* L. *psalmorum.*

[39] Putem indicari *dialogum quaestionum LXV* (Migne, l. c., tom. XL, c. 733), quarum duodecim priores excerptae sunt ex opusculo de trinitate et unitate dei.

[40] B. Albertus Magnus.

de X plagis, de X precepta (!) legis, de laudibus caritatis, de vera innocentia, super Apocalipsi, contra Parmemanum, de cathezizandis rudibus, contra Petilianum, tractatus de assumptione beate Marie.

69. [a] Item in volumine signato per LXIX prima pars psalterii Augustinus. f. 21a

70. [b] Item in volumine signato per LXX secunda pars psalterii Augustinus.

71. [c] Item in volumine signato per LXXI Augustinus retractationum de gracia novi testamenti, de moribus ecclesie Manicheorum, de vera religione, de gracia et libero arbitrio de prefectione iusticie, de natura et gratia, de correctione et gratia, de predestinacione sanctorum, de bono perseverancie, epistola Fulgentii, encheridion, Augustinus de doctrina christiana.

72. [d] Item in volumine signato per LXXII Augustinus contra Faustum.

73. [e] Item in volumine signato per XXIII omelia Augustini de pastoribus, de ovibus, de mendacio, de opere manchorum [f].

74. [g] Item in volumine signato per LXXIIII tercia pars quinquagene Augustini super psalterio.

75. [h] Item in volumine signato per LXXV sermones Augustini LVI cum tabula per alphabetum bona; vide in fine.

76. [i] Item in volumine signato per LXXVI Augustinus de consensu IIII^or evangelistarum.

77. [j] Item in volumine signato per LXXVII tabula epistolarum Augustini CII, item super libro de trinitate, super Genesi ad litteram, contra Faustum, super Iohannem et confessionum.

78. [l] Item in volumine signato per LXXVIII dialogorum Augustini, de X cordis, de essentia dei, de penitentia ad sororem suam, de vita christiana, de videndo deum, de vera religione, de penis purgatorii, de gracia novi testamenti, de conflictu viciorum, de nupciis, sermones de beato Vincentio et utilitate credendi.

79. [m] Item in volumine signato per LXXIX [41] sermones Augustini super caritate Iohannis contra Manicheum, questiones super evangelio, contra Fortunatum, contra mendacium, de cantico novo, de quarta feria, de tempore barbarico, de predestinacione, de singularitate clericorum, speculum de summo bono, questiones novi et veteris testamenti, de contemptu mundi, de honestate f. 21b mulierum.

80. [n] Item in volumine signato per LXXX epistole numero CLXVIII; vide in tabula ultra medium li*[bri]*; item Augustini ad Iulianum comitem, item L omeliarum, de agone christiano, retractacionum contra Manicheos in epistola Fundamenti.

81. Item in volumine signato per LXXXI omel*[ie]* Augustini et meditaciones Ancelmi.

a Cf. n. 58. *b* Cf. n. 59. *c* Int. 1, Ur. 81, Pa. 1909. *d* Ur. 85, Pen. 299. *e* Int. 11, Ur. 116, Pen. 321. *f* L. *monachorum*. *g* Ur. 91, Pen. 263. *h* Ur. 134, Pen. 334. *i* Cf. n. 15. *j* Cf. n. 9. *l* Ur. 122. *m* Ur. 98, Pen. 333. *n* Ur. 132, Pa. 1935.

[41] Hic incipit, quod paullo ante p. 452 indicavi, fragmentum alterius exemplaris huius indicis.

82. [a] Item in volumine signato per LXXXII Augustinus de natura et origine anime, epistola ad Petrum presbiterum, ad Vincentium, de coniugiis [b], de origine anime, ad Optatum episcopum [42], de prescientia dei, de videndo deum, inquisitiones Ianuarii, de correctione Donastitarum (!), contra adversarium legis, contra Arrianos.

83. [c] Item in volumine signato per LXXXIII registrum librorum Augustini.

84. [d] Item in volumine signato per LXXXIIII Augustinus contra Iulianum, Ricardus de potestate ligandi, Crisostomus de eo quod nemo leditur ab alio.

85. [e] Item in volumine signato per LXXXV prima pars psalterii Augustini.

86. Item in volumine signato per LXXXVI secunda pars psalterii Augustini.

87. [f] Item in volumine signato per XXXVII Augustinus de verbis domini et XL omelie beati Gregorii pape, epistola Augustini de coniugiis et de die sabbati.

88. [g] Item in volumine signato per LXXXVIII tabula Augustini de civitate dei.

89. [h] Item in volumine signato per LXXXVIIII consilia generalia sanctorum patrum synodalia, de quibus compositum est decretum; item Augustinus contra Maximinum ad quendam comitem, de corpore Christi, super Matheum, item de incarnatione Verbi, contra Felicem Manicheum, annotatuum [i] super Iob, de substancia dilectionis, quot modis dyabolus humilitatem impugnat, de quinque septenis, de elemosina, de dilectione, sententie septem sapientum, questiones super Genesi, cathegorica [j], dialetica, contra Crescon*[i]*um gramaticum, item exposicio Hilarii Pictaviensis super Marchum.

f. 25*a* **90.** Item in volumine signato per XC Augustinus ad Orosium, contra quinque hereses, LXXXIIII questionum.

91. [l] Item in volumine signato per XCI locutiones et questiones Genesis, Iosue et Iudicum.

92. [m] Item in volumine signato per XCII tabula super libro confessionum Augustini.

93. [n] Item in volumine signato per XCIII Augustinus de igne purgatorii, de gaudio electorum, de penis dampnatorum, de disciplina christiana, de vita christiana, de agone christiano, de vera et falsa penitencia, de XII abusibus seculi, sermo de Iosep, LXXXIII questionum, de facultatibus ecclesie, de primo parente.

94. [o] Item in volumine signato per XCIIII Prosper de vita activa ac contemplativa, Augustinus de vera innocentia, Augustini soliloqui*[a]*.

a Ur. 102, Pen. 325. *b* Locus videtur mendosus, cf. Pen. 325. *c* Ur. 113, Pen. 327. *d* Cf. n. 46, Ur. 112, Pen. 302. *e* Cf. n. 58*s*. *f* Ur. 63, Pen., 335. *g* Cf. n. 12. *h* Int. 27 ?, Ur. 66, Pen. 1068. *i* L. *annotationes*. *j* L. *categoriae*. *l* Ur. 75. *m* Pen. 312. *n* Ur. 118, Pen. 324. *o* Pen. 504.

[42] Epistola ad Optatum de origine animae, MIGNE, l. c., tom. XXXIII, c. 857.

95. [a] Item in volumine signato per XCV Augustinus de mendacio et contra mendacium, de videndo deum, super Genesi ad litteram contra Manicheum, questiones veteris et novi testamenti, sermones communes Augustini XXVIII; vide in principio libri.

96. [b] Item in volumine signato per XCVI lectiones et questiones Augustini super Penthatheon, questiones veteris et novi testamenti, altercatio [43], contra Iulianum hereticum.

97. [c] Item in volumine signato per XCVII Augustinus de trinitate.

98. [d] Item in volumine signato XCVIII Augustinus super Genesim ad litteram, de doctrina christiana, LXXXIII questionum et de libero arbitrio.

99. [e] Item in volumine signato per XCIX Augustinus de concordia evangelistarum, de utilitate credendi, de spiritu et anima, de verbo dei, de fide ad Petrum, de natura boni, de libero arbitrio, de fide rerum invisibilium, LXXXIII questionum, de nuptiis, contra Iulianum, et altercationes [44], sermo de Arrianis, de viduitate, contra adversarium legis, contra Maximinum, de opere monachorum, locutiones, de virginitate, de bono coniugali, contra mendacium, f. 25b
contra Adamantum, de divinacione demonum, de immortalitate anime, de magistro, de duabus animabus, contra epistolas Iuliani, de vera innocentia, de beata vita, de Achademicis, de ordine, contra epistolam false sibi impositam, de predestinacione dei, de conflictu viciorum, de contemplacione, de contricione, de vera et falsa penitencia, de dogmate philosophorum, de essencia divinitatis, de humilitate et obediencia.

100. [f] Item in volumine signato per C epistole Augustini, soliloquiorum Augustini, meditaciones Ancelmi; Hugo de claustro anime, plures epistole fratris Bonaventure de ewangelica paupertate, de indulgencia beate Marie Portuensi [g] Assisii, de verbis sancti Francii [h]; libri Thome contra dampnantes statum mendicitatis, de perfectione vite, contra errores Grecum [i] et Saracenorum, de motu cordis et plures alii; vide in tabula in principio.

101. [j] Item in volumine signato per CI Augustinus de fide et operibus, de cura pro mortuis, de timore et consideracione iudicii, de contemptu mundi, de honestate mulierum, de disçiplina christiana; de triplici habitaculo paradisi, de inferno et purgatorio; de obediencia; Hugo de virtute orationis; item meditaciones Ancelmi, cur deus homo, de incarnacione Verbi, de casu diaboli prosologium, de similitudinibus; Crisostomus de laudibus Pauli, quod nullus leditur nisi a seipso.

a Ur. 82, Pen. 306, Pa. 2015. *b* Pen. 256. *c* Cf. Pen. 279s. *d* Cf. n. 54, Pen. 257. *e* Pe. 276. *f* Pen. 345. *g* L. *Portiuncule.* *h* L. *Francisci.* *i* L. *Graecorum.* *j* Pen. 323.

[43] Fortasse altercatio cum Pascentio, MIGNE, l. c., tom. XXXIII, c. 1156.
[44] Vide notam praecedentem.

Libri Leonis papae.

102. [a] In volumine signato A. I. sermones sancti Leonis pape et epistole eiusdem, numero LXXI.

103. [b] Item in volumine signato per C°II speculum ecclesie, item sermones Leonis pape numero C et II, item epistole eiusdem; item sermones Innocentii tertii, item Innocentius de condicione humane, miserie de f. 26a misterio misse eiusdem, exposicio canonis, septem psalmi penitenciales, exposicio *Ave Maria* et super *Pater noster* et super symbolum, item de articulis fidei; item epistola eiusdem Innocentii qualiter regnum Aragonum factum sit censuale ecclesiastice [c]; item epistole Cipriani, epistole Cornelii ad Cyprianum et de gracia dei, et de laude virginitatis, item Augustinus ad Nebridium, item Boecius de disciplina scolarium epistole Augustini XLI, item pronosticorum futuri seculi Iuliani [45], item tract*[at]*us introductorius.

104. [d] Item in volumine signato per C P sermones de ieiuniis, et alii sermones Leonis pape.

SECUNDA TABULA.

Libri beati Gregorii pape.

105. [e] In volumine signato per I compilacio beati Gregorii pape decretalium.

106. [f] Item in volumine signato per II regestrum omnium epistolarum Gregorii pape, item responsiones Gregorii ad Augustinum monachum ad partes Anglie missum episcopum Cantuariensem, item super Cantica Canticorum, item Paterius de testimoniis beati Gregorii pape.

107. Item in volumine signato per III tabula omnium librorum per alphabetum beati Gregorii pape, item moralia eiusdem.

108. Item in volumine signato per IIII Patherius de testimoniis beati Gregorii pape.

109. [g] Item in volumine signato per V tabula librorum moralium beati Gregorii pape.

110. [h] Item in volumine signato per VI pastorale Gregorii et dialogorum, f. 26b omelie super Ezechielem, super Cantica, regestrum, de institutis monachorum, de canonico orationum nocturnarum, de institutis renunciandi seculo, de spiritu castimonie (?) argie, de spiritu fornicacionis, de spiritu philargine vel de amore pecuniarum, de spiritu ire, de spiritu tristicie, de spiritu accidie, de

a Ur. 455, Pen. 440. *b* Pen. 510. *c* L. *ecclesie*. *d* Pen. 437. *e* Av. 388. *f* Ur. 148. *g* Cf. n. 115, Ur. 151, Pen. 352*s*. *h* Pen. 361.

[45] Iulianus episcopus Toletanus.

spiritu achenodoxie id est avaricie, de spiritu superbie; collaciones abbatis Moysi, Danielis, Psalmicii, Sarapionis, Theodori, Abbatis Sereni, Cheromami, Nestoris, Iosep, Pramonis, Iohannis, Theone, Abrahe; dicta Ieronimi, de vigiliis, historia tripertita, dicta Proferi [a], sermones Ysac; vide in tabula in fine.

111. Item in volumine signato per VII dialogorum beati Gregorii pape.

112. Item in volumine signato per VIII Gregorius super Cantica.

113. Item in volumine signato per IX moralia beati Gregorii pape.

114. [b] Item in volumine signato per X tabula super moralia, pastorale et super Ezechielem beati Gregorii.

115. Item in volumine signato per XI tabula super moralia beati Gregorii.

116. [c] Item in volumine signato per XII regestrum beati Gregorii.

117. [d] Item in volumine signato per XIII dialogorum et pastorale beati Gregorii.

118. [e] Item in volumine signato per XIIII omelie super Ezechielem et evangelia dominica*[lia]* beati Gregorii.

119. Item in volumine signato per XV omelie beati Gregorii super Ezechielem, moralia, dialogorum et pastorale.

120. [f] Item in volumine signato per XVI omelie Gregorii super Ezechielem.

121. [g] Item in volumine signato per XVII vita beati Gregorii pastorale, dialogorum, omelie super Ezechielem et super Evangelia et super Cantica et responsionum.

122. Item in volumine signato per XVIII dialogorum beati Gregorii.

123. Item in volumine signato XIX omelia beati Gregorii super Ezechielem.

124. [h] Item in volumine signato per XX Gregorius de XVI dictionibus, declaracio deficilium dictorum et dictionum in theologia, sermones beati Augustini cum tabula, meditaciones beati Augustini, commentum Iohannis Crisostomi ad Hebreos et de compunctione cordis, Gregorius super Cantica. exposicio Pater noster, simbolum beati Gregorii, quedam exposicio vocabulorum Ieronimi, regestrum Gregorii, capitula canonum Apostolorum, capitula consilii Niceni [i] et Ancirani [j], Anthioceni et Calcedonensis. f. 27a

125. [l] Item in volumine signato per XXI prima pars moralium beati Gregorii.

126. Item in volumine signato per XXII Ymo [m] excerptiones opusculorum beati Gregorii, et cronice Damasi.

127. Item in volumine signato per XXIII moralia super Iob beati Gregorii.

128. Item in volumine signato per XXIIII omelie beati Gregorii.

129. [n] Item in volumine signato per XXV pastorale beati Gregorii.

130. [o] Item in volumine signato per XXVI prima pars moralium super Iob beati Gregorii per alphabetum.

a L. *Prosperi.* *b* Ur. 150s. *c* Ur. 143. *d* Ur. 161. *e* Pen. 357. *f* Ur. 152. *g* Ur. 1391, Pen. 356. *h* Pen. 367. *i* Ms. *Winceni.* *j* Ms. *Ancinani.* *l* Ur. 155. *m* L. *Ivo.* *n* Cf. n. 134, Ur. 147. *o* Ur. 160, Pen. 349.

131. [a] Item in uno volumine signato per XXVII secunda pars moralium super Iob beati Gregorii per alphabetum.

132. Item in volumine signato per XXVIII dialogus beati Gregorii.

133. [b] Item in volumine signato per XXIX auctoritates biblie exposite per beatum Gregorium in libro moralium, item auctoritates biblie exposite per beatum Gregorium.

134. [c] Item in volumine signato per XXX pastorale Gregorii.

135. [d] Item in volumine signato per XXXI expositiones ystoriarum et auctoritatum veteris et novi testamenti sumptarum ex libris Gregorii [46].

136. Item in volumine signato per XXXII tabula super libris Gregorii, que vocatur *Gregoriana* super Ezechielem.

137. [e] Item in volumine signato per XXXIII libri epistolarum Gregorii et omeliarum super Ezechielem.

Libri sancti Thome de Aquino.

138. [f] Item in volumine signato per I exposicio sancti Thome super Matheum.

f. 27b **139.** [g] Item in volumine signato per II expositio sancti Thome super Marchum et Matheum.

140. [h] Item in volumine signato per III exposicio sancti Thome super Lucam et Iohannem.

141. [i] Item in volumine signato per IIII exposicio sancti Thome super Lucam et Iohannem.

142. [j] Item in volumine signato per V exposicio sancti Thome super Marchum et Matheum.

143. [l] Item in volumine signato per VI expositio sancti Thome super Matheum.

144. [m] Item in volumine signato per VII prima pars summe sancti Thome.

145. [n] Item in volumine signato per VIII secunda pars summe sancti Thome.

146. [o] Item in volumine signato per IX prima pars prime partis summe sancti Thome.

147. [p] Item in volumine signato per X secunda pars prime partis summe sancti Thome.

148. [q] Item in volumine signato per XI prima pars secunde partis summe sancti Thome.

149. [r] Item in volumine signato per XII secunda pars sancti Thome.

a Ur. 144, 350. *b* Ur. 153. *c* Cf. n. 129. *d* Ur. 162. Pe. 372. *e* Pen. 368. *f* Cf. n. 143, Ur. 297, Pen. 110. *g* Cf. n. 142, Ur. 280, Pen. 108. *h* Cf. n. 141, Ur. 285, Pen. 109. *i* Cf. n. 140. *j* Cf. n. 139. *l* Cf. n. 140. *m* Cf. n. 164, 240; Ur. 243. *n* Cf. n. 149, 188, 220, 226; Ur. 265, Av. 172, Bu. 109. *o* Cf. n. 147, Ur. 275, Av. 240, Va. 731*b*. *p* Ur. 274, Av. 184, Va. 731*a*. *q* Cf. n. 157, 241; Ur. 271. *r* Cf. n. 145.

[46] Tabula Gregoriana, quam IACOBUS FOLQUERIUS, ord. s. Aug., 1345 Clementi VI inscripsit; cf. OSSINGER, *Bibliotheca Augustiniana*, p. 354.

150. [a] Item in volumine signato per XIII tercia pars summe sancti Thome.

151. [b] Item in volumine signato per XIIII exposicio super Iohannem sancti Thome.

152. [c] Item in volumine signato per XV prima pars prime secunde partis sancti Thome.

153. [d] Item in volumine signato per XVI secunda pars prime secunde partis sancti Thome.

154. [e] Item in volumine signato per XVII prima tercie partis summe sancti Thome.

155. [f] Item in volumine signato per XVIII ultima pars tercie partis f. 28a sancti Thome.

156. [g] Item in volumine signato per XVIIII tercia pars sancti Thome cum addicionibus.

157. [h] Item in volumine signato per XX prima pars secunde sancti Thome.

158. [i] Item in volumine signato per XXI summa theologie [j] supra primam prime sancti Thome.

159. [l] Item in volumine signato per XXII exposicio super Iohannem sancti Thome.

160. [m] Item in volumine signato per XXIII tabula super scriptis sancti Thome.

161. [n] Item in volumine signato per XXIIII scriptum sancti Thome super Boetium de trinitate.

162. [o] Item in volumine signato per XXV tabula super prima secunde partis sancti Thome.

163. Item in volumine signato per XXVI tabula super scriptis sancti Thome.

164. [p] Item in volumine signato per XXVII prima pars summe sancti Thome.

165. [q] Item in volumine signato per XXVIII primus sentenciarum sancti Thome.

166. [r] Item in volumine signato per XXIX secundus sentenciarum sancti Thome.

167. [s] Item in volumine signato per XXX tercius sentenciarum sancti Thome.

168. [t] Item in volumine signato per XXXI prima pars quarti sancti Thome.

169. [u] Item in volumine signato per XXXII primus sentenciarum sancti Thome.

170. [v] Item in volumine signato per XXXIII secundus sentenciarum f 28b sancti Thome.

a Cf. n. 156, 219, 242. *b* Cf. n. 159, Ur. 283, Pen. 114. *c* Ur. 281, Av. 181, Va. 732. *d* Ur. 284, Av. 168, Va. 732. *e* Ur. 273, Av. 192, Va. 717. *f* Ur. 257, Av. 183, Va. 717. *g* Cf. n. 150. *h* Cf. n. 148. *i* Cf. n. 146. *j* Ms. ubique *theulogie*. *l* Cf. n. 151. *m* Cf. n. 163, Ur. 261, Av. 314. *n* Ur. 288, Av. 470. *o* Ur. 287, Av. 280, Ba. 116. *p* Cf. n. 144. *q* Cf. n. 169, Ur. 311, Av. 616. *r* Cf. n. 170, Ur. 253. *s* Cf. n. 172, Ur. 305, Av. 277. *t* Ur. 278. *u* Cf. n. 165. *v* Cf. n. 166.

171. [a] Item in volumine signato per XXXIIII tercius sentenciarum sancti Thome.

172. Item in volumine signato per XXXV tercius sentenciarum sancti Thome.

173. [b] Item in volumine signato per XXXVI quartus sentenciarum sancti Thome.

174. [c] Item in volumine signato per XXXVII tractatus sancte crucis, de vita sancti Thome.

175. Item in volumine signato per XXXVIII compilatio theologie sancti Thome.

176. Item in volumine signato per XXXIX questiones de potencia [d] dei, de incarnacione et de anima sancti Thome.

177. [e] Item in volumine signato per XL summa sancti Thome.

178. [f] Item in volumine signato per XLI questiones de veritate sancti Thome.

179. Item in volumine signato per XLII questiones de potencia dei et summa contra gentiles sancti Thome.

180. [g] Item in volumine signato per XLIII questiones de potencia dei sancti Thome.

181. Item in volumine signato per XLIIII questiones de potencia dei sancti Thome.

182. Item in volumine signato per XLV questiones de potencia dei sancti Thome.

183. [h] Item in volumine signato per XLVI questiones de veritate sancti Thome.

184. [i] Item in volumine signato per XLVII prima pars questionum de veritate sancti Thome.

f. 29*a* **185.** [j] Item in volumine signato per XLVIII secunda pars questionum de veritate sancti Thome.

186. [l] Item in volumine signato per XLIX questiones de anima, correctione fraterna, de virtutibus, de unione Verbi, de creaturis sancti Thome.

187. [m] Item in volumine signato per L questiones de malo, de potencia [n] dei sancti Thome et scriptum super Boetium de trinitate.

188. [o] Item in volumine signato per XLI secunda pars summe sancti Thome.

189. [p] Item in volumine signato per LII postillaris super epistolas ad Romanos et ad Corinthios sancti Thome.

190. [q] Item in volumine signato per LIII questiones de veritate et de potencia [r] dei, de malo, de ente, de [s] essencia, de productione inyoti (!). de inyocione (!) elementorum, de motu cordis, de productione forme substancialis sancti Thome.

a Cf. n. 167. *b* Cf. n. 221, Ur. 267. *c* Ur. 292. *d* Ms. *penitentia*. *e* Ur. 250. *f* Cf. n. 183, Ur. 298, Av. 176. *g* Cf. n. 181, 182; Ur. 260, Av. 171, Va. 787*a*. *h* Cf. n. 178. *i* Ur. 269, Av. 161, Va. 785*a*. *j* Ur. 256, Av. 166, Va. 785*b*. *l* Ur. 322, Av. 209. *m* Ur. 310. Av. 173. *n* Ms. *pondo*. *o* Cf. n. 145. *p* Ur. 268, Pen. 115. *q* Ur. 254, Av. 186. *r* Ms. *penitencia*. *s* L. *et*.

191. Item in volumine signato per LIIII sentencia capitulorum Biblie, item tabula super dictis sancti Thome, item tabula figurarum Biblie et obsecraciones secundum historias Biblie, item exemplum bonum de operibus trinitatis.

192. [a] Item in volumine signato per LV summa sancti Thome contra gentiles.

193. [b] Item in volumine signato per LVI quolibet fratris Theme per ordinem alphabeti.

194. [c] Item in volumine signato per LVII postila (!) sancti Thome super epistolas ad Galatas, ad Philippenses et ad Thesalonicenses et ad Ephesios.

195. [d] Item in volumine signato per LVIII compendium theologie sancti Thome.

196. [e] Item in volumine signato per LIX prima pars opusculorum sancti Thome. f. 29b

197. [f] Item in volumine signato per LX secunda pars opusculorum sancti Thome.

198. Item in volumine signato per LXI quolibet sancti Thome et super Boetium de trinitate et de spiritualibus creaturis et questiones de anima.

199. [g] Item in volumine signato per LXII Thomas super Iob, Ysaiam et super epistolam ad Hebreos.

200. [h] Item in volumine signato per LXIII summa contra gentiles sancti Thome.

201. [i] Item in volumine signato per LXIIII quolibet sancti Thome.

202. [j] Item in volumine signato per LXV tabula ultime partis sancti Thome.

203. [l] Item in volumine signato per LXVI opuscula sancti Thome.

204. [m] Item in volumine signato per LXVII liber de preceptis, et quedam opuscula sancti Thome.

205. [n] Item in volumine signato per LXVIII questiones de malo sancti Thome.

206. [o] Item in volumine signato per LXIX questiones de malo sancti Thome.

207. Item in volumine signato per LXX liber de ente sancti Thome.

208. [p] Item in volumine signato per LXXI postilla super Iob sancti Thome.

Hervaeus Natalis *opera* 632; - *contra H. de Gandavo* 633; - *quodlibeta* 629, 1568.
Hieronymus (s.) 14, 376-404, 1321, 1544; - *epist. ad Dardanum* 613; - *ad Nepotianum* 1420; - *excerpta* 743; - *homilia* 34; - *de nominibus Hebr.* 45, 124; - *de renuntiatione saeculi* 784; - *de viris illustribus* 257, 1329; - *de vitis patrum* 1543; - *in Matthaeum* 872; - *in Marc.* 39; - *in epist. Pauli* 243; - *in Vetus Testam.* 1223; - *in Trenos* 836; - *tabula* 1324, 1325.
Hilarius (s.) 278; - *concilia et de essentia Patris* 44; - *sermo de dedicatione* 280, 613; - *de trinitate* 1320, 1542; - *in Marcum* 89.
Hildebertus Cenomanensis *versus* 262.
Historia Hierosolimitana 1330; - *Lombardicae* 1189; - *de perditione Acconis* 1330; - *Troiana* 1619; - *historiarum collectio* 1618; - *historialis liber de aetatibus mundi* 1627; - *historialis liber in castellano* 1630.
Holkot v. *Robertus.*
Homiliae 715.
Honorius Augustodun. *lucidarius* 1589; - *de imagine mundi* 1330, 1357.

Horatius *poetria* 342.
Hugo Ethereanus 777.
Hugo a. s. Charo in *ll. Sentent* 1509; - *speculum ecclesiae* 1357, 1661.
Hugo a s. Victore 296-304, 1326; - *de arca Noe* 14; - *de claustro animae* 100; - *in Eccl.* 863, 1317; - *de medicina animae* 1329; - *de sacramentis* 56, 1551; - *sententiae* 363, 1552; - *de virtute orationis* 1329; - *in Dion. Areop.* 275.
Huguccio *derivator* 815-820, 1668.
Hymni glossati 1663.

Iacobus Caetani de Stefaneschis *de Benedicto XI* 773; - *de abdicatione Coelestini et promotione Bonifatii VIII* 755.
Iacobus Fournier card. s. Priscae, v. *Benedictus XII.*
Iacobus de Lausana *sermones* 1297.
Iacobus de Viterbio *quolibet* 622.
Iacobus de Voragine *collationes* 1255; - *sermones* 1280, 1598.
Iesselinus *v.* Genzellinus de Cassanhis.
Iesu (de) et Maria 1333.
Ignatius (s.) *epistola* 1334.
Imagine (de) *mundi* v. *Honorius August.*
Imperiale v. *Gervasius Tilberiensi.*
Imperatorum nomina et coronationes 823.
Indulgentia (de) *et remissione* 730.
Infantia (de) *Salvatoris* 753, 756, 1330.
Infideles (contra) *et rebelles ecclesiae* 1195.
Informatio locutionis 1329.
Ingenio (de) *bonae nativitatis* 733.
Innocentius III 103; - *libellus* 542; - *chronica* 1210; - *de miseria conditionis humanae* 671, 697, 1587, 1588; - *de sacramentis ecclesiae* 1659; - *de sacrificio missae* 1159, 1478.
Innocentius IV 506, 507; - *lectura* 1360.
Inquisitionis haereticae pravitatis liber 1423; - *tractatus* 1651; - *instructiones* 488.
Interpretationes hebraicorum nominum 1080; v. *expositiones.*
Investigatio Orientis 1355.
Invocationes ad Deum 1160.
Ioachim Abbas 613, 862-874.
Ioannes XXII *retractatio de visione beata* 799; - *sermones* 1265.
Ioannes de Abbatisvilla *sermones* 1294.
Ioannes Aegidius *de praeconiis Hispaniae* 1623.
Ioannes Andree 511; - *additiones in l. 1.* 546; - *in decretales* 1362; - *in speculum* 563, 575.
Ioannes de Bacone *in epistolas Pauli* 1507; - *in ll. Sentent.* 1520.
Ioannes Balbi Ianuensis *catholicon* 813, 1153, 1667.
Ioannes Beleth *de officiis ecclesiasticis* 1584.
Ioannes de Blanosco 559.
Ioannes Boccaccio *de viris illustribus* 1634.
Ioannes Calderinus *de interdicto* 1377.
Ioannes Cassianus *collationes* 860, 1554; - *de octo vitiis* 247; - *contra Nestorium* 263.
Ioannes Cavallini 1212.
Ioannes Chrysostomus (s.) 356-363, 279, 363, 377; - *in Matthaeum et Ioannem* 1500; - *in Ioannem* 264, 1501; - *in epist. ad Hebraeos* 124; - *homilia de s. Paulo* 42, 101, 402; - *sermones* 1329; - *quod nemo laeditur ab alio* 84, 101.
Ioannes Damascenus (s.) 279-285; - *de fide orthodoxa* 54, 288, 294; - *logica* 289.
Ioannes Duns Scotus *in 4 ll. sentent.* 617, 618, 1508; - *in l. 1.* 619, 1393; - *in ll. 2. 4.* 620.
Ioannes frater *dialogus* 613.
Ioannes Gallensis (762, 1278), 1321, 1329; - *summa collectionum* 1579; - *de virtutibus antiq.* 14; - *horarium religiosae vitae* 1329.
Ioannes Monachi *in Sextum* 509.
Ioannes Nazareth *de medicina* 474.
Ioannes Peckham *de perfectione* 673, 674; - *tractatus* 644; - *de regimine sacerdotum* 1334.
Ioannes Petri v. *Ioannes Cavallini.*
Ioannes de Polliaco *quodlibeta* 629, 630.

Ioannes Rigaldi *breviloquium* 657, 736.
Ioannes de Rupella *de anima* 776.
Ioannes Sernamontis *de exemplis* 341.
Ioannes de Tambaco *de sensibilibus deliciis paradisi* 771.
Iordanus de Osnabruga *de praerogativa rom. imper.* 1349.
Isaac v. *Almagestum.*
Isidorus (s.) 247-256; - *de summo bono* 40, 279; - *in Cant.* 262; - *epistolae* 360; - *de sacramentis* 377; - *de ortu et obitu ss. patrum* 383.
Iudaeos (contra) *disputatio* 684, 1646; - *tractatus* 1644; - v. *Bernardus Oliverius, Escalia Iacob, Isidorus, Mostrador, Nicolaus de Lira, Petrus Alfunsi, Porchetus, Raimundus Martin.*
Iulianus (s.) Toletanus *anticimenon* 342; - *prognosticatio* 103, 1586.

Kilwardby v. *Robertus.*

Lactantius *institutiones* 613.
Lamentum mortis 1591.
Laudibus (de) *patriae coelestis* v. *Haimo Halberstad.* - *s. Ioannis Baptistae et s. Ioannis Evang.* 1418.
Laurentius *super decretum* 342.
Lectura tractatuum 1674.
Legendarium 1449-1452.
Leo (s.) 102-105; - *sermones* 29, 243, 1596, 1597; - *contra Eutychen* 243.
Leo de Balneolis *de astrologia* 747.
Libris (de) *missivis* 1357.
Livius Titus 832-836.
Lingua gallica: casus decretorum 1374; - *vulgaris castellana: liber historiarum* 1630; - *Mostrador de iustitia* 1648; - *De escalia Iacob* 1649.
Littera antiqua 332, 983, 1077; - *valde antiqua* 715, 1215; - *curialis* 549; - *bononiensis* 1343, 1345, 1362, 1484.
Logica vetus 411; - *nova* 410, 556, 557; - *vetus et nova* 409, 554, 1222; - *tabula* 478; - *logicalia* 1676, 1677; - *compilatio secundum modernos* 1673.
Lombarda *novella* 560.
Lucanus 1222.
Lucidarius 1589.
Lulistas (contra) *dialogus* 1641.

Macarius *orationes* 613; - *epistola* 360; - *regula* 13.
Macrobius 874, 1330, 1340.
Mahomet *lex et errores* 685, 690, 1650.
Mamotrectus v. *Marchesinus.*
Mandagotus v. *Guilelmus.*
Manipulus florum 1092, 1114-1118, 1592.
Marchesinus de Regio *mamotrectus* 703, 1081.
Marchianus *astronomia* 1330.
Margarita super bibliam 712, v. *Guido Vincentinus.*
Maria (s.) *mariale* 1321, 1327, v. *Petrus Comestor;* - *de eius laude metrice* 1664; - *de miraculis* 1665; - *de nativitate* 753, 756; - *officium sabat.* 757; - *speculum* 1279; - *de transfixione* 758.
Marinus Sanutus *secreta fidelium* 831, 1428.
Martialis (s.) *epistolae* 342.
Martin v. *Raimundus.*
Martinus *de trinitate* 381.
Martinus Polonus *tabula iuris* 541, 752, 1222, 1369.
Martyrologium 1445, 1446.
Mauritius frater *distinctiones* 1099, 1253, 1256, 1259, 1283.
Mayronis v. *Franciscus.*
Medicina (de) *oculorum* 1329.
Methodius *de regnis regum* 870.
Michael de Caesena 688.
Millenarium 1336.
Minores fratres *contra eos* 734; - *regula c. expos.* 13; - *privilegia* 780; - *cuiusdam sermones* 1276, 1286; - *de vitiis et virt. summa* 1329.
Mirabilia urbis Romanae 1330; - *Constantinopolitanae* 1629.
Mis ae (s.) *liber metricus* 1662; - *tractatus* 783.
Missale 1467, 1469.
Monaldus *summa* 535.
Montelauduno v. *Guilelmus.*
Morborum liber 469.

Mortalitate (de) *magna tempore Nicolai IV* 1431.
Mostrador de iustitia contra Iudaeos 1648.

Natura (de) *accipitrum et equorum* 470.
Nazareth v. *Grabatius Ioan.*
Nicodemus *evangelium* 280.
Nicolaus frater *distinctiones* 1250; - *themata* 1234.
Nicolaus frater *de paupertate Christi* 1640.
Nicolaus de Aquavilla *sermones* 1238.
Nicolaus de Biard *distinctiones* 1262.
Nicolaus Eymerici *dialogus contra Lulistas* 1641.
Nicolaus de Gorham *distinctiones* 1244; - *in Luc.* 977; - *in Matth.* 976; - *in Psalm.* 1401; - *sermones* 1285; - *themata* 1234.
Nicolaus de Hanapis *de exemplis* 1242.
Nicolaus de Lira 935-953; - *in Pentat.* 1407-1410, 1058; - *contra Iudaeos* 292, 1058.
Nicolaus de Tarvisio v. *Benedictus XI.*
Nicolaus de Treveth *in Boetium* 1339; - *in Livium* 832; - *in Senecam* 848; - *scutum fidei* 699; - *in Genes.* 962; - *in epist. Pauli* 975.
Notabilia super toto corpore iuris 1383.
Notule litterarum papalium 809.
Novella Lombarda 560.

Obscuritatibus (de) *allegoriarum Vet. Test.* 1593.
Ockam v. *Guilelmus.*
Odericus frater *descriptio partium orientalium* 292.
Odo *chronica* 1223.
Officiis (de) *divinis* 1658; - *episcopi* 1357; - *officia Corporis Christi* 1476; - *s. Ludovici regis* 1475; - *b. Siri* 1477.
Olivi v. *Petrus Ioan.*
Omiliae v. *Homiliae.*
Omnibonus frater *sermones* 1296.
Oneribus (de) *Isaiae* 1331 v. *Ioachim.*
Oraculorum s. scripturae liber 721.
Orarium v. *horarium.*
Orationes et antiph. B. V. 1470; - *et secretae* 1472, 1473.
Ordo benedictionis abbatum 1454; - *altarium* 1456, 1463; - *ecclesiarum* 1462; - *festivitatum* 1455; - *graduum septem ecclesiae* 1458, 1460, 1461; - *linteaminum et vestium* 1457; - *de ordine iudiciario* 1376; - *praeparationis ad missam pro episcopo* 1464; - *pro papa* 1465.
Ordinatione (de) *planetarum* 1349.
Origine (de) *mundi* 1334.
Origenes 350-356; *apologia* 1, 613; - *in epist. Pauli* 846; - *homiliae* 260.
Orosius 1320, 1622.
Ostiensis v. *Henricus de Segusia.*
Ovidius *de vetula* 874.

Palladius *de agricultura* 858, 870.
Papa (de) *haeretico quaestio* 1425.
Papias 820-823.
Parisius articuli condemnati v. *articuli.*
Partes et contemptus 764.
Paschasius Ratbertus *in Trenos* 863.
Passagium (ad) *directorium* 724; - *de pass. ad Ioannem XXII* 1428, 1429; - *de pass. Terrae sanctae* 1631, v. *Marinus Sanutus.*
Passio s. Agnetis 342; - *s. Andreae* 613.
Paupertate (de) *allegationes* 677; - *apologia pauperum* 661, 662, 667; - *Christi et apostolorum* 663, 687; - *ecclesiastica (evangelica)* 668; - *de statu et dispositione Christi et paup. apostolorum* 676; - *contra paup. fratrum Minorum* 734; - *de paup. Christi tractatus* 772; - *de perfectio evangelica* 725, v. *Benedictus XII, Bertrandus de Baiona, Clemens VI, Giraudus de Abbatisvilla, Guido de Terrena, Ioan. de Neapoli, Ioan. Peckham, Petrus Aureolus, Petrus Ioan. Olivi.*
Petrus Alfunsi *contra Iudaeos* 1647.
Petrus de Aliena *in decretales* 531.
Petrus Aureolus *de conceptione B. V.* 292, 744; - *compendium s. scripturae* 654, 658, 659; - *de paupertate* 613; - *reportata et quodlibeta* 611; - *in l. 1. Sentent.* 610, 612.

Petrus Berchorius *dictionarium* 1082-1084, 1089-1091, 1151.
Petrus Blessensis *epistolae* 1350.
Petrus Bonetus 508.
Petrus de Braco *repudium ambitionis* 1380.
Petrus de Bruniquello *figurae* 1257.
Petrus de Capella *sermones* 660.
Petrus Chrysologus *sermones* 1323, 1596.
Petrus de Ciperia *de oculo morali* 331, 700, 761, 1329, 1590.
Petrus Comestor *historia scholastica* 1076-1080, 1488[a]; - *cum commentatione* 1489; - *de laude b. Virginis et s. Ioan. Bapt.* 697, 1327.
Petrus Damianus (s.) 1221; - *epistolae* 1322; - *sermones* 1328.
Petrus Grossolanus *contra Graecos* 777.
Petrus Hispanus *logica* 1359.
Petrus Ioannis Olivi *in Gen. Reg. Eccle. Cant. Is. Tren. Ez.* 1042, 1412; - *in Is. XII Proph.* 967; - *in Marc., Luc.* 978; - *in Prov., Luc.* 1043; - *in XII Proph.* 1044; - *in Iob* 1045; - *in Act. epist. Canon. et ad Rom.* 1046; - *in Act.* 1047; - *in Ioan.* 1156; - *in epist. Canon.* 785; - *in Senecam tabula* 1414; - *q. q. de corpore Christi* 1148; - *q. q. de paupertate* 1193; - *q. q. de perfectione* 635; - *de usuris* 967; - *contra eius postil. in Apoc.* 1147.
Petrus Lombardus *ll. Sentent.* 577-588, 636, 781, 1390, 1391, 1392; - *l. 4.* 1510; - *comment. in ll. 4.* 636, 641; - *in l. 2.* 645; - *in l. 3.* 634, 643, 782; - *in l. 4.* 650, 1394; - *notulae in ll. 2.* 1394; - *in psalm.* 997; - *sermones* 1269.
Petrus de Lutra 775.
Petrus de Onzula *de notis* 545.
Petrus de Palude *in ll. 2. et 4. Sentent.* 1514, 1515.
Petrus Quesvel *summa* 524.
Petrus de Riga *aurora* 693.
Petrus Rogerii v. *Clemens VI.*
Petrus de Salinis *(rosarium) in decretum* 526, 538, 569.
Petrus de Sampsone *distinctiones* 1248.
Petrus de Sicilia *sermones* 1282.
Petrus de Tarantasia *in l. 1. 2. 3. Sentent.* 1511-1513.
Philippus de Greve 823; - *in psalm.* 1041.
Philosophia (de) *liber* 1436.
Pilati (de) *gestis* 1189.
Plato *Timeus* 1330.
Plinius 837-841.
Poenitentia (de) 670.
Polycarpus *oratio* 292.
Policraticus 855, 856; v. *Ioan. Sarisberiensis.*
Pontificale 1447, 1448.
Porchetus *contra Iudaeos* 852.
Portiuncula (de) *indulgentia* 100.
Potestate (de) *ecclesiae* 1202.
Primatu (de) *rom. ecclesiae* 1199, 1207.
Priscianus 412; - *quaestiones de eo* 1670.
Promptuarium sanctorum 1144.
Proprietatibus (de) *moralibus* 1149.
Prosae notatae 1466.
Prosper *cronica* 1223; - *epistola* 35; - *sententiae* 289, 402; - *de vita contemplativa* 94, 1330.
Ptolemaeus *Almagestus* 475.
Ptolemaeus Lucensis *historia ecclesiastica* 1192.

Quaestio, an sacerdos solvat matrimonium 493.
Quaestiones *morales* 466; - *philosophiae* 449, 450; - *de 10 praeceptis* 772; - *theologiae* 1570, 1571; - *de trinitate* 772.

Rabanus Maurus 257-265; - *in Iudith* 1323.
Raimundus Martin *pugio fidei* 1653, 1654.
Raimundus de Pennaforte *casus* 529, 1580; - *de poenitentia* 653.
Rasis *de medicina* 342.
Regimine (de) *sanitatis* 470, 476, 1222, 1433.
Registrum litterarum papalium 808.
Regula v. *Constitutiones.*
Remediis (de) *conversorum* 1585.
Remigius Autisiodorensis 243-247; - *in epist. Pauli* 256; - *in Apoc.* 836; - *in Prophet.* 263.

Repertorium morale 713, v. *Petrus Berchorius*. – *super Innocentium IV* 495.
Reportationes et auctoritates 749.
Republica (de) *antiquorum et zelo* 762, v. *Ioan. Gallensis.*
Richardus Armacanus *quaestiones Armenorum* 1639.
Richardus de Mediavilla *quaestiones* 644.
Richardus Pictaviensis *cronica* 1219.
Richardus de s. Victore 290-296; – *de potestate ligandi* 84; – *de trinitate* 279, 285, 289; – *in Apoc.* 368.
Robertus de Bardis *tabula* 1312[a].
Robertus Grosseteste Lincolniensis *in Dionysium Areop.* 270; – *in ll. Posteriorum* 438.
Robertus Holkot *quaestiones* 1594; – *in Sapientiam* 1416.
Robertus Kilwardby *de ortu scientiarum etc.* 765.
Roffredus *summa* 1375.
Rolandinus de Passageriis 729.
Rosarium iuris 568, v. *Petrus de Salinis.*
Rufinus 694, 1231.

Sacramentis (de) *ecclesiae et decalogo* 756.
Salustius *contra Ciceronem* 1334.
Sanutus v. *Marinus.*
Sancti et martyres, qui raro in martyrologio inveniuntur 1189.
Scintillarius 737, 1390.
Scotus v. *Ioan. Duns.*
Scripta super bibliam cum figuris 1146.
Secretum ecclesiae romanae de articulis fidei 783.
Sedulius *hymni* 1334.
Seneca 841-852, 1340-1343; – *epistola ad Paulum* 17; – *de paupertate* 1334; – *de virtutibus cardinalibus* 63, 1382.
Septenarius candelabrorum 775, v. *Petrus de Lutra.*
Serapion Ioannes *de medicinis simplicibus* 477.
Sermones 836, 1229; – *Abiiciamus* 1268, 1272, 1292, 1295, 1298, 1299; – *Tunc videbunt* 1261, 1284; – *adventus* 1261, 1284; – *ad status* 1235, 1249; – *coram papa* 1602, 1604; – *dominicales* 1245, 1260, 1274-1276, 1287, 1291, 1293, 1601; – *dominicales et festivales* 1279, 1600; – *festivales* 1246, 1264, 1273; – *diversi* 1288, 1607; – *extravagantes* 660, 1329; – *octo* 1329; – *in evangelia* 1266; – *florum moralium* 1267; – *sanctorum* 709, 1289, 1300; – *sanctorales* 1277, 1290; – *de visitatione praelatorum* 788, 1239.
Sertum florum 342.
Sibertus de Beka ord. carm. *quaestiones* 626.
Sicardus Cremonensis *cronica* 1223.
Sigibertus 1223.
Simon de (Cassia) Bononia *de civitate nova* 707.
Simon de (Langton) Longiscona 710.
Sion magister 823.
Solinus *de septem mirabilibus* 295, 748, 858.
Speculum doctrinale 1188; – *de novem regnis* 1179; – *salvationis humanae* 754; – *ecclesiae* 103.
Strabo v. *Warnefridus.*
Suetonius 859.
Suffragium monachorum 536; – *pauperum* 1383.
Superfluitates (contra) *inutilium expositionum* 675.
Sulpitius Severus *dialogus* 260, 381.
Summa de casibus 742; – *confessorum* 1118-1123, 1577; – *Campus florum* 1129; – *directoria iuris* 524; – *Flores monachorum* 1357.

Tabula alphabetica 1263; – *auctoritatum* 1230; – *super ll. philosophiae* 735; – *iuris* 523; – *originalium* 1112; – *partes binae* 1109, 1110, 1110[a], 1111; – *Colligite fragmenta* 1108, v. *Andreas de Curtili, Gualterus Pictav.*
Tancredus *summa* 1375.
Terra Sancta (de) 682; – *de conditione t. s.* 680, 681; – *quod nullus possit transfretare* 741; – *de mirabilibus terrae orientalis* 1626; – *flos historiae terrae*

orient. 1625; v. *passagium*, *Baldericus.*
Testamentum XII prophetarum 870, 873.
Teutonicorum *b. Mariae hospitale* 789.
Theobaldus 823.
Thomas de Aquino (s.) 138-243, 1559-1566; - *in Matth. Marc.* 1000; - *in Luc. Ioan.* 1001; - *in Boet. de hebdom.* 1338; - *tituli 2e p. summae* 648; - *tabula 3e p.* 1314; - *in ll. 1. 2. 4. Sentent.* 1516, 1517, 1518; - *in l. 4.* 1313; - *quaestiones disput.* 649; - *qq. de malo* 644; - *in ll. Physic.* 479; - *contra Guil. de s. Amore* 100, 669; - *fallaciae* 1675; - *de fide et spe* 870; - *de regimine principum* 1367; - *correctorium corruptorii* 636; - *opuscula* 100.
Thomas Cabham *de poenitentia* 652.
Thomas de Cantilupo (s.) *miracula* 722.
Thomas Cantimpretanus *bonum universale de apibus* 778.
Thomas de Capua *dictamina* 804, 810.
Thomas Hibernicus *manipulus florum* 1114-1117.
Tractatus 408.
Turpinus *de gestis Caroli M.* 1624.

Ulricus frater 789.

Valerius Maximus 1349, v. *Dionysius de Burgo.*
Vegetius 856, 1349.
Ventura *de orthographia* 823.
Versus de contemplatione divinae maiestatis 613; - *de morte etc.* 613.
Victor (s.) Vitensis *de persecutione Vandalica* 1189.
Victoria (de) *Clementis contra Venetos* 1432.
Vigilius Tapsensis *altercatio fidei* 13, 279, 342, 377.
Vincentius Bellovacensis *speculum historiale: 4 partes* 1162-1166, 1172-1176; - *pars 1. 2. 4.* 1169-1172; - *pars 1. 2.* 1176, 1177, 1614, 1615; - *abbreviatum* 1617; - *tabula* 1178, 1616; - *speculum naturale pars 1.* 1166, 1167; - *pars 2.* 1168.
Virgilius 1389.
Virtutibus (de) *breviloquium* 714; - *tractatus* 1146; - *cardinalibus* 1157; - *et vitiis summa* 711; - *binae partes* 1131-1138; - *cuiusdam fratris Minoris* 1329; - *incipiens: de abstinentia* 691, 1270.
Visione (de) *beata liber* 799; - *quaestio* 1426, v. *Benedictus XII*, *Durandus*, *Ioannes XXII.*
Vita (de) *et moribus philosophorum* 1330, 1351, v. *Ioan. Gallensis;* - *de vita mala* 1189; - *s. Albani* 1357; - *s. Bassiani* 717; - *s. Bernardi* 1633; - *s. Cassiani* 717; - *s. Dominici Loricati* 1322; - *s. Elysabeth* 763, 1305; - *Ioannis Eleemosynarii* 860; - *s. Martialis* 1632; - *s. Rodulphi* 1322; - *s. Thomae Cantuariensis* 245, 246, 1222, 1304.
Vitae patrum 1231, v. *Rufinus.*
Vitiis (de) 1141.
Voragine (de) v. *Iacobus.*

Warnefridus Strabo *in Vet. Test.* 1323.

Zacharias Chrysopolitanus 1498.

LIBRI SACRAE SCRIPTURAE

Biblia *in 13 voll.* 877-890, 1063-1072 (?); - *in 3 voll.* 932-934; - *in 2 voll.* 1483; - *in singulis vol.* 890-903, 1484-1486; - *1a pars postillata* 1054, 1062; *metrificata* 1395.
Genesis 877; - *glossata* 986, 1003, 1063; - *postil.* 903.
Exodus 716, 877; - *glos.* 986, 1003, 1063, 1074; - *postil.* 904.
Leviticus 716, 877; - *glos.* 987, 1075.
Numeri *glos.* 987; - *postil.* 905, 906.
Deuteronomius *glos.* 1004.
Iosue *glos.* 988, 1005.
Iudicum *glos.* 988; - *postil.* 906.
Paralipomenon 879; - *glos.* 988, 1007; - *postil.* 906.
Ruth *glos.* 988.
Regum 878, 988.
Esdras 879; - *glos.* 988, 1005.

Nehemias 879; - *glos.* 1005.
Tobias 880; - *glos.* 988, 1005.
Iudith 880; - *glos.* 1005.
Esther 880; - *glos.* 988.
Machabaei *glos.* 988
Machabaei *glos.* 988.
Iob 880, 1053; - *glos.* 989, 1007, 1493; - *postil.* 913, 983.
Psalterium 881; - *glos.* 990, 991, 1008, 1400, 1494; - *glos. et historiata* 928, 996; - *glos. et postil.* 1048; - *postil. pars 1. 2.* 907, 908, 909, 910; - *pars 2.* 911, 1059.
Salomonis *ll. tres postil.* 1495; - *liber postil.* 964, 965, 974.
Ecclesiastes 1053; - *postil.* 965, 973, 982; - *pars 1. 2.* 960, 961.
Sapientiae 1053; - *postil.* 982.
Ecclesiasticus 1053; - *postil.* 911, 912.
Cantica *postil.* 914, 965, 982.
Libri sapientiales 882; - *glos.* 992; - *postil.* 916.
Isaias 884; - *glos.* 993, 1009, 1396, 1397; - *postil.* 917, 1059.
Ieremias 884; - *glos.* 994, 1009; - *postil.* 915, 1059; - *concordantia* 720.
Treni *glos.* 1009.
Ezechiel 885; - *glos.* 995, 1010; - *postil.* 918; - *concordantia* 696.
Daniel 885; - *glos.* 995, 1010; - *postil.* 918.
Prophetae minores 886, 1058; - *glos.* 995, 1010, 1398, 1399; - *postil.* 963; - *pars 1. 2.* 919, 920, 968, 969.
Evangelia 888; - *glos.* 998, 1011; - *postil.* 888.
Matthaeus *postil.* 921.
Marcus *glos.* 1402; - *postil.* 922.
Ioannes *postil.* 924.
Lucas *postil.* 923, 931.
Epistolae Pauli 887, 1013; - *glos.* 999, 1002, 1403; - *postil.* 979, 1502; - *pars 1. 2.* 926, 927.
Epistolae canonicae *glos.* 1012, - *postil.* 929, 1503.
Actus Apostolorum 889; - *glos.* 1012; - *postil.* 916, 929.
Apocalypsis 889; - *glos.* 1012; - *postil.* 925, 930, 971, 981, 1052, 1061, 1154, 1504, 1505, 1506.

LIBRI IURIS

Clementinae 492, 574, 1366.
Codex *pars 1. 2.* 481, 482.
Decretum *abbreviatum* 1371.
Digestum vetus *2 partes* 483, 484; - *secundum novam ordinationem* 485.
Digestum novum 1372; - *pars 1. 2.* 486, 487.
Extravagantes *Bonifatii VIII et Clementis V* 488; - *diversorum* 1367.
Feudorum liber 499.
Infortiatum *pars 1. 2.* 490, 491.
Institutiones 489.
Sextus 503, 574; - *pars 2. 3.* 500, 501; - *cum triplici apparatu* 502, 1366; - *ordinatio nova cum Clementinis* 492.
Volumen *pars 1. 2.* 497, 498.

CAPUT IV

DE BIBLIOTHECAE AVENIONENSIS HISTORIA, SITU, DISPOSITIONE, CONFORMATIONE

De bibliothecae Avenionensis origine paullo ante [1] fuse disserui, superest ut enarrare pergam quae ad ipsius historiam pertinent.

§ 1. **De historia bibliothecae Avenionensis.** — Iam ante dixi [2] tempore Clementis V conditionem curiae fuisse eam, quae litterarum studio ac bibliothecae constituendae parum faveret; nihilominus eum quoque pontificem etsi non abundanti, at certe convenienti librorum copiâ fuisse instructum. Restat, ut id certis comprobem documentis.

Unica, quae nobis ex tempore Clementis suppetit thesauri recensio, ea est, quae post mortem pontificis anno 1314 Carpentorati est conscripta. At cum in ea contineantur ea solum quae ex thesauro Clementis in ecclesiae romanae thesaurum pervenerant, mirum non est, nullam in ea occurrere librorum mentionem. Quare opportunissimi mihi advenerunt loci ad Clementis libros spectantes, quos nactus sum, cum scripta causae a Ioanne XXII contra cognatos affinesque sui praedecessoris institutae accuratius typis describerem [3]. De qua causa sufficiat hic obiter notare, Ioannem, cum pontifex renuntiatus in ecclesiae thesauro praeter quamdam copiam aureae argenteaeque supellectilis solum septuaginta florenorum millia invenisset, ac rumor serperet, ingentem nummorum vim a Clementis parentibus in Vasconiam esse asportatam, suum duxisse, causâ rite instituta rem aperire. Verum plurimorum testium concordi sententiâ certo constitit, fere omnia ita esse peracta, ut Clemens moriens constituerat.

Sequitur iam, ut ex illis scriptis [4] ea omnia excerpam ac componam, quae ad bibliothecam Pontificis spectant.

[1] Vide huius voluminis pp. 135, 172.

[2] Vide paullo ante p. 131.

[3] Vide: *Der Nachlass Clemens V und der in Betreff desselben von Iohann XXII (1318-1321) geführte Process* in DENIFLE-EHRLE, *Archiv*, V, 1-159.

[4] Eas, quae ad rem nostram spectant, habes in TABULARIO VATICANO, *Regesta Avenion. Ioannis XXII*, tom. XLIII, ff. 183-250.

Die 27 m. maii 1320 testatur cardinalis Raimundus de Fargis inter alia [5]: « Item habui unum parvum librum continentem aliquas orationes et letaniam beate Marie Virginis, qui fuit dicti domini mei Clementis, et nescio si habui eum in vita vel post mortem ipsius nec a quo habui. »

« Item camera romane ecclesie habuit libros legales dicti domini mei, quos ipse fecerat fieri in grossa littera. — Item habuit alios libros dictus dominus meus de Pelagrue, quos nondum potuit bene vendere. »

« Item pater sanctissime habuit dictus dominus de Pelagrue unum volumen continens cronicas a prefato domino meo, quod quidem volumen ego habui a dicto domino de Pelagrue et idem acomodavi quibusdam amicis meis, de quibus non recordor, qui ex tunc illud volumen michi reddere non curarunt. Ego tamen pater sanctissime scio originale, de quo predictum volumen fuit transumptum. »

Cardinalis Bernardus de Garvo die eodem [6]: « Item habuit dictus dominus meus de Pelagrua libros legales domini mei Clementis. »

Arnaldus vero Pelagrua cardinalis tit. s. Maria in Porticu vocatus in iudicium confessus est [7] *die 18 m. augusti 1320 post multa alia:* « Preterea pervenerunt ad manum meam libri predicti domini Clementis, quorum partem, pater sanctissime, vos habuistis et alios habeo, exceptis duobus, qui fuerunt extimati et venditi, quorum pretium debetur; et etiam excepto uno libro cronicarum, quem habuit dominus Raymundus de Fargis cardinalis, quem nisi idem dominus restituat, paratus sum satisfacere de valore ipsius, cum fuerit extimatus. Quos quidem libros pridie in consistorio mandastis michi pater sanctissime, quod vendi facerem et precium dari pro anima dicti domini Clementis, quod intendo facere vel paratus sum eos restituere, si vestre placeat sanctitati. »

« Item erant Montiliis multi sacci continentes processus et multa, que spectabant ad ecclesiam romanam, quos habuerunt clerici camere vestre, prout scire poteritis ab eisdem [8]. »

« Audivi tamen, sed alias de certo nescio, quod predictus thesaurarius [9] de libris eiusdem domini Clementis habuit et secum portavit medietatem unius sexti libri decretalium cum apparatu Archidiaconi. »

« Item sunt in domo mea quinque cofini veteres, in quibus tenentur libri supradicti, quos habeo, qui fuerunt dicti domini Clementis. »

Ioannes Delescapone clericus camerae die 28 m. maii 1320 retulit [10]: « Item vidit Burdigalis magistrum Raymundum habentem coram se quendam

[5] L. c. p. 39 (f. 189*a*); p. 41 (f. 190*a*).

[6] L. c. p. 47 (f. 197*b*).

[7] L. c. p. 55 (f. 207*b*), p. 56 (f. 208*b*), p. 58 (f. 210*b*).

[8] Cf. Denifle-Ehrle, *Archiv*, I, 43. In recensione thesauri an. 1314 confecta (Archiv. Avenion. Introitus et exitus n. 467, f. 15*a*) habes: *Item tres sacci magni pleni diversis scripturis, qui portati fuerunt de Montiliis per magistrum Iohannem Lascopone.*

[9] Raimundus Fabri.

[10] L. c. p. 67 (f. 220*b*).

librum glosatum, in quo alias vidit dominum C*[lementem]* studentem, et credit, quod essent evangelia; item medietatem sexti libri decretalium, prout recordatur et audivit, quod erat cum apparatu Iohannis Andree vel Archidiaconi, alia pars remansit Montiliis cum aliis libris, qui assignati fuerunt capellanis prefatis [11]. »

Eodem die magister Amelius de Beronia canonicus Turonensis dixit [12]: « Item vidi frequenter partem cuiusdam biblie valde pulcre in camera dicti domini thesaurarii, quam in pluribus voluminibus . . tunc episcopus Tholosanus [13] dederat dicto domino Clementi, ut dicebatur. Nescio tamen, si dicta biblia cum libris et aliis bonis dicti domini Clementis fuit portata in Vasconia. »

Praeterea eodem die testatus est [14] *Petrus de Caunis clericus et familiaris Raimundi Fabri thesaurarii:* « Recordor etiam me fecisse quoddam instrumentum, in quo certi familiares domini cardinalis de Pelagrua predicti, nomine suo recepisse recognoverunt sex bogias continentes vaxellam argenteam deauratam dicti domini Clementis per eum relictam fabrice ecclesiarum Urbis, cuius pondus dicebatur esse VIIII^cVIII marcarum et II unciarum. Item IIII coffinos cum multis libris, contentis in suprascriptionibus desuper affixis. Item VIII cassias, ubi erant XVI volumina librorum missorum domino Clementi per episcopum quondam Tholosanum. »

« Item scio, quod dominus vicecomes concessit domino meo predicto unum volumen biblie seu totam bibliam in diversis voluminibus ad vitam ipsius domini mei, consignandum seu consignandam post eius obitum domino vicecomiti antedicto vel ad mandatum suum. »

His egregie ea confirmantur, quae probabili coniectura de libris Clementis V paullo ante statueram. In thesauro enim, quem Pontifex, cum ineunte mense martio an. 1314 morti proximus Castro Novo Calcernerii Rocam Mauram properaret, in castro de Montiliis deponendum curavit, erant *quatuor coffini cum multis libris*, quorum tituli coffinis erant adpicti; praeterea *octo cassiae*, in quibus insigne quoddam bibliae exemplar, sexdecim constans voluminibus asservabatur; quod Gaillardus de Preissaco episcopus Tolosanus Clementi avunculo suo dono dederat.

Ex iis libris mortuo Clemente, quatuor illi coffini ad cardinalem Arnaldum de Pellagrua, pontifici affinem, devenerunt. Is, qui cum Bertrando Leomaniae et Altivillaris vicecomite, Clementis nepote, eius res disponendas distribuendasque suscepisset, libros le-

[11] Capellani cardinalis Arnaldi de Pelagrua.

[12] L. c., p. 74 (f. 229*b*).

[13] Gaillardus de Preissac, nepos Clementis, episcopus Tolosanus 1305-1317.

[14] L. c., p. 79 (f. 235*a*), p. 80 (f. 236*a*).

gales quidem *grossâ litterâ* exaratos camerae apostolicae *assignavit*, ex quibus aliquos etiam anno 1411 in palatio Avenionensi asservatos esse puto [15]; alios libros Ioanni XXII tradidit; alios paucos minoris momenti vendidit; alios denique adhuc anno 1318 apud se detinebat. Non plane liquet, utrum inter eos, de quibus modo dixi, libros insigne illud bibliae exemplar fuerit, an vero, - quod quidem Petrus de Caunis innuere videtur - a Bertrando Leomaniae vicecomite in Vasconiam delatum sit.

Hoc unum igitur, quod ad rem nostram pertinet, certum est, ex bibliotheca Clementis libros legales camerae apostolicae traditos ac quosdam alios Ioanni a cardinali Arnaldo exhibitos in bibliothecam Avenionensem fuisse asportatos.

Non leviter Clemens libris ac studiis medicinae delectari visus est. Id, ut alia praeteream, litterae demonstrant, quibus plurima de studio huius artis in *universitate* Montepessulana aptius disponendo statuit [16]. Eodem spectat epistola die 15 m. martii 1312 data, qua, ut liber *valde utilis super medicinae practica* ab Arnaldo de Villanova, clarissimo illo medico, conscriptus a eo, quicumque eum haberet, ad se transmitteretur, poena anathematis proposita indicit [17].

[15] Videsis in altero huius operis volumine Av. 51-54.

[16] *Regestum Clementis V, ed. cura mon. s. Bened.* n. 6273.

[17] « *Venerabilibus fratribus, universis patriarchis, archiepiscopis et episcopis, ad quos* « *presentes littere pervenerint.* — Dudum quondam magister Arnaldus de Villanova clericus « Valentinae diocesis, physicus noster, dum adhuc viveret, pluries postquam assumpti fuimus « ad culmen apostolicae dignitatis, nobis dixit oretenus, se valde utilem librum super me- « dicinae pratica compilasse, quem nobis frequenter dare promisit et etiam verbo dedit, « in nos ex tunc, in nos, quantum potuit, eiusdem libri dominium transferendo. Cum igitur « dictus magister Arnaldus morte praeventus, praefatum librum tradere nobis iuxta huius- « modi promissionem nequiverit, fraternitati vestrae ac vestrum singulis in virtute obe- « dientiae per apostolica scripta mandamus, quatenus omnes electos abbates, priores, decanos « praepositos, archipresbyteros, plebanos et alios ecclesiarum praelatos et quaslibet alias per- « sonas ecclesiasticas, religiosas et seculares, exemptas et non exemptas Cistercien*[sium]*, « Cluniacen*[sium]*, Cartusien*[sium]*, Premonstraten*[sium]*, sanctorum Benedicti et Augu- « stini ac Praedicatorum et Minorum et quorumcumque aliorum ordinum et etiam laicos « cuiusvis status vel dignitatis existant, vestrarum civitatum et dioecesium in maioribus et « aliis ecclesiis et locis vestris, de quibus expedire videritis, per vos vel per alium seu « alios publice et generaliter ex parte nostra monere curetis, quod quicunque habet vel « scit librum praedictum aut sciverit vel habuerit in futurum, illum nobis per se vel per « alium quantocius revelare seu per dilectum filium Bernardum Oliverii clericum latorem « praesentium, quem propter hoc specialiter mictimus vel per alium fidelem nuntium de- « stinare procuret; nos enim in omnes et singulos librum huiusmodi quomodolibet occul- « tantes, vel qui quam citius comode poterunt, revelare seu mittere, ut praedicitur non « curarint, ex nunc prout ex tunc, excommunicationis sententiam promulgamus. » *Regestum Clementis V*, l. c., n. 8768.

Itaque Ioannes XXII, cum pontificatum iniret, ut thesaurum ecclesiae romanae pecunia vix non penitus vacuum, sic bibliothecam paucissimis instructam libris est nactus.

Cui inopiae sublevandae Ioannes sedulo atque efficaciter adhibuit operam. Ex libris enim camerae apostolicae apertissime patet, eum et thesaurum maximis pecuniis et bibliothecam optimis auctam libris successori transmisisse. Quare paullo ante ab eo certiora bibliothecae Avenionensis initia repetenda esse dixi [18].

Qua potissimum ratione bibliothecam auxerit, constare videtur ex *libris expensarum*, ex quibus retuli libros ab eo coemptos. Librorum eius iussu in curia exaratorum, nullum fere apparet vestigium; nec tamen inde ausim colligere, nullos tunc esse conscriptos. Non est dubium, quin eius quoque tempore plurimi libri ex spoliis praelatorum thesauro sint illati; ex quibus ut successores, sic eum aliquos putem selegisse, quos libris a se coemptis adiungeret. Denique haud pauci ei ab auctoribus sunt oblati [19].

Communi fere omnium scriptorum consensu constitutum videtur, Ioannem XXII bibliothecam suam fratribus Praedicatoribus conventus Avenionensis testamento reliquisse [20]. Id dicuntur comprobare tria volumina Musei Calvet, ubi exeunte saeculo proxime elapso rudera bibliothecae conventus illius sunt recepta. — Ac volumen quidem signatum n. 87, quod imprimis in hac quaestione invocare solent, priorem partem summae theologicae s. Thomae Aquinatis exhibet, ineunte saeculo XIV nitide exaratam, cuius prima folia ita sunt ablata, ut legenti primum occurrat quartus articulus primae quaestionis. Primo folio vacuo saeculo XIV inscripta sunt haec:

Anno a nativitate domini M CCC XXIIII, die XIV (?) mensis maii, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Iohannis dei gratia pape XXII anno VIII°, prefatus dominus noster papa dedit conventui Avinionensi ordinis fratrum predicatorum istum librum, quem idem dominus noster papa voluit penes dictum conventum perpetuo remanere, et ipsum non posse per dictum

[18] Vide huius voluminis p. 133.

[19] V. paullo ante p. 136.

[20] Primus id MAHUET in sua illius conventus historia: *Praedicatorium Avenionense* p. 53 asseruisse videtur. De affectu enim, quo Ioannes ordinem prosequebatur loquens: *verum etiam*, inquit, *in fine vitae nobis suam ditissimam et pretiosissimam bibliothecam legavit*, cui assentitur L. DELISLE, *Notice sur les mss. de Bernard Gui* in *Notices et extraits des mss.* XXVII (1879), 2e p., p. 274.

conventum seu fratres, qui tunc sunt vel erunt pro tempore, in alium conventum vel personas alias transferre, permutare, donare, pignori obligari nec extra conventum comodare vel alio quovis quesito colore alienare; sed in libraria communi predictorum fratrum incathenare. Quod si contrarium facerent conventus vel fratres predicti aut superiores ordinis eorundem, voluit et ordinavit, quod statim ad cameram sedis apostolice revertatur; districte prohibens, ne quis presentem titulum audeat removere. Et tu lector ora pro eo. »

De hoc igitur volumine non est dubium, quin a Ioanne Fratribus Praedicatoribus conventus Avenionensis sit dono datum.

Praeterea afferri solent codices nn. 230, 231 ex eodem conventu in Museum Calvet translati, quibus tertia et quarta pars Speculi Sanctoralis Bernardi Guidonis episcopi Lodovensis continentur [21]. At nullum, ne tenue quidem, in eis apparet indicium, ex quo, eos a Ioanne XXII conventui relictos fuisse, possit concludi. — Fuerunt, qui id vellent ex epistola [22] elicere, quae in utroque volumine primo folio in margine inferiori est adiuncta. In ea Ioannes gratias agit auctori pro quarta Sanctoralis parte sibi oblata. At praeterquam quod ea epistola etiam tertiae parti, in quam nullatenus quadrat, praepostere sit ingesta; codicibus quoque n. 5406 Parisiensi et n. 64 Tolosanis [23] adpicta legitur, quos tamen ob id nemo unquam Ioannis XXII fuisse dixerit. — Denique cum Bernardus Guidonis Avenione saepius etiam longiorem moram traxerit [24], facillime fieri potuit, ut aliqua ex suis voluminibus donaverit conventui.

Unus igitur Mahueto praesto est testis codex n. 87 Musei Calvet, cum quo aliquos alios quoque fortasse a Ioanne Praedicatoribus donatos aut testamento relictos fuisse, ultro concedam. Atque hos codices putem Mahuetum in eam adduxisse opinionem, ut suis *ditissimam et pretiosissimam* Ioannis bibliothecam concessam esse scriberet. — Nihil quidem mihi occurrit, quod obstet, quin Ioannes libros, qui eius, antequam pontificatum iniret, fuerant proprii, conventui donasse dicatur; at nullo id vel levi suadetur indicio. Etenim in aliis quoque conventibus asservabantur libri a

[21] Delisle, l. c., p. 274.
[22] Habes eam epistolam huius voluminis p. 137.
[23] Delisle, l. c., 425, not. 1.
[24] Cf. Delisle, l. c., p. 182*s*.

Ioanne XXII illuc dono transmissi. Habes enim in Tabulario Vaticano [25] indicem multiplicis supellectilis ab eo pontifice inter Galliae Italiaeque ecclesias et conventus distributae. Excerpam ex eo, quae ad libros spectant.

Anno a nativitate domini M CCC XXIX die VII mensis aprilis de mandato domini nostri pape pro usu monasterii beate Marie de Caturco de ordine Cartusiensi noviter fundati per prefatum dominum nostrum pro religiosis dicti ordinis tradidimus fratri Iohanni Fayni priori dicti ordinis libros, ornamenta et calices, que secuntur pro servicio divino exequendo in monasterio supradicto: *praeter calices et paramenta:*

Item tradidimus dicto priori unam bibliam magnam in duobus voluminibus. — Item librum concordanciarum. — Item librum istoriarum scolasticarum. — Item librum epistolarum Pauli glosatum. — Item librum sermonum Guidonis [26]. — Item librum Augustini de trinitate. — . . . Item duos libros, qui fuerunt ecclesie Sydoniensis [27], super moralibus Iob.

Item die V septembris de anno predicto de mandato dicti domini nostri tradidimus dicto priori pro usu dicti monasterii unum arologium (!) cum campanellis. — Item tradidimus eidem duos libros, videlicet unum catholicon traditum per dominum nostrum et unam bibliam, que fuerat de bonis domini Escoti quondam episcopi Convenarum per dominum papam reservatis; ad usum dicti monasterii fuerunt dati dicti libri . . . .

Die III martii de anno a nativitate domini M CCC XXX tradidimus ex dono domini nostri pape priori Bonipassus pro usu conventus dicti loci unum librum concordanciarum biblie. Item anno predicto die VII novembris tradidimus dicto priori monasterii beate Marie de Caturco duos libros, videlicet flores sanctorum et pastoralem Gregorii. . . .

Item die XVII mensis aprilis de anno domini M CCC XXXII tradidimus dicto priori unum librum dictum distinctiones fratris Nicholai de Gorhan de ordine fratrum predicatorum; et hoc de mandato domini nostri pape.

Ceterum ad libros, quos Ioannes pontifex coemit, quosque exarari iussit vel dono accepit, illud Mahueti extendi certe nequit. Ex his enim plures, quin immo fortasse fere omnes, in palatio pontificio remanserunt, atque aliqui inde Paniscolam, Tolosam ac demum Parisios translati sunt. Cuius rei insigne argumentum sunt codices nn. 1909 et 1968 bibliothecae Parisiensis, quorum ille die 20 m. iulii an. 1317, hic die 24 m. februarii an. 1332

[25] In Regest. Avenion. Clementis VI, tom. 28, ff. 375-391.
[26] GUIDO EBROICENSIS, ord. praed.
[27] Cf. paullo ante p. 346, n. 771, not. 246.

a Ioanne suae bibliothecae est adiunctus [28]. Codicem quoque n. 365 eiusdem bibliothecae [29], qui commentationes Dominici Grimae continet, anno 1319 ab auctore Ioanni oblatum putat Leopoldus Delisle [30] v. cl., cum prima codicis pagina eam ipsam oblationem coloribus nitide expressam exhibeat. — Nec minus aperte hoc idem demonstrant codices nn. 63, 87, 116, 140, 178 recensionis Urbani V, a Ioanne coempti, qui si non diutius, certe usque ad tempus Gregorii XI in palatio Avenionensi remanserunt.

Denique Ioannes, qua erat mentis perspicacia et animi magnitudine, in id singulari diligentia incubuit, ut palatium pecuniis aliisque ornamentis instructissimum transmitteret successoribus. Quare nisi id certissime demonstretur, nunquam adducar ut credam, eum palatium ditissima illa privasse bibliotheca.

Ex reliquis libris, qui ex bibliotheca Ioannis XXII dicuntur esse dilapsi, psalterium, quod dicitur Ioannis XXII, ab eodem opinor fuisse dono datum Clementiae reginae Hungariae [31]. — Ex eius registris, quae ad tabularium potius quam ad bibliothecam pertinebant, volumen aliquod cum multis libris Parisios devenit [32]; aliud nescio qua ratione bibliothecae Cameracensi est ingestum [33].

Demum ex libris, a Ioanne ipso quodam modo compositis, unum nactus sum volumen *sermonum eius habitorum festis diebus nativitatis, annuntiationis, assumptionis Beatae Virginis, omnium Sanctorum et aliis plerisque, reportatorum per suae Sanctitatis servum fratrem Raymundum* [de Fronciaco] *procuratorem ordinis fratrum minorum* [34], quod nunc asservatur in bibliotheca Parisiensi signatum n. 3290.

Haud minori studio Benedictus XII, *magnus magister in lege et divinitate* [35] augendae optimis libris bibliothecae adlaboravit.

[28] Vide paullo ante p. 290, n. 81; p. 294, n. 128.

[29] Cf. paullo ante p. 325, n. 487.

[30] *Cabinet des manuscrits de la bibliothèque nationale de Paris*, I, 488.

[31] *Mélanges de Clairambault*, t. IX, p. 29.

[32] Codex 4114 Bibliothecae Nationalis; de eo cf. Delisle, l. c., I, 474.

[33] Cf. Le Glay, *Catalogue descriptif et raisonné des manuscrits de la bibliotèque de Cambrai*. Cambrai 1831 et Pertz, *Archiv*, VIII, 93; XII, 204.

[34] His verbis illud descriptum invenio in schedis Francisci Suaresii episcopi Vasionensis in còdice XXXIX, 73, Bibliothecae Barberinae (Romae), ubi de Ioanne XXII. Cf. de eodem volumine paullo ante p. 151, n. 13. — De Raimundo de Fronciaco vide Denifle-Ehrle, *Archiv*, III, 3; V, 47, 84.

[35] Continuator Ptolemaei Lucensis in Baluze, *Vitae pap. Avenion.*, I, 236, 197.

Singulari affectu is in sacram Scripturam ferebatur. Testes sunt sex grandia collationum volumina [36], quibus evangelium b. Matthaei enarravit. His accedunt tractatus de visione beata [37] ac duo alia volumina contra haereticos sui temporis [38] conscripta.

Quo securius evitaret turbas, in quas Ioannes novissimis vitae suae annis ob opinionem de *beatorum visione* inciderat, quoque certius eum errorem proscriberet, Benedictus universa sua scripta ante pontificatum a se composita, atque imprimis commentationem iussu Ioannis de visione beata conscriptam, aliquibus theologis tradidit diligenter examinanda. Id ipse pontifex de eo tractatu apertissime indicat [39]. At non eum solum tractatum a theologis fuisse excussum, ex eo patet, quod huic examini per plures annos vacaverunt, atque id de scriptis super Matthaeum in tabulis camerae disertis verbis referatur [40].

Inter libros, eo iubente, in curia exaratos codicem n. 4006 bibliothecae Vaticanae [41] fuisse putem, quo aliquae eiusdem *collationes* ac tractatus de visione beata continentur. Habes in eo *litteram*, quae in recensione Urbani V dicitur *curialis;* proxime

[36] Vide huius voluminis p. 182.

[37] Cf. paullo ante p. 156 et p. 507, Gr. 798.

[38] Vide paullo ante pp. 316, 358, Ur. 382, 923.

[39] In praefatione enim illius commentationis haec leguntur: « *Quamvis autem supradictus libellus fuerit lectus ex integro coram multis cardinalibus et praelatis et magistris in theologia pluribus ac in decretis et multis aliis intelligentibus viris et per longum spatium temporis diligenter examinatus; quamvis a multis rogatus fuerim, quod ipsum publicarem, tamen hoc facere nolui, quousque tam per me quam per alios in theologia magistros iuratos iterum fuit examinatus. Nunc vero ad profectum ecclesiae Christi ipsum publicare volo;* » v. COD. VATIC. 4006, f. 17*b* et RAYNALDUS ad an. 1335, n. 23. — De hoc ultimo libri examine habes p. 155 huius voluminis nomina magistrorum et stipendia eis soluta. Auctor vero vitae 3ª apud BALUZE, *Vitae pap. Avenion.*, I, 222: « *Item pridie nonas eiusdem mensis* [iulii i. e. die 6 iulii 1335], inquit, *papa Benedictus ivit ad Pontem Sorgiae volendo ibi vacationes deducere et habuit secum plures magistros in theologia, et coram illis et dominis cardinalibus, quibus placuit interesse, fecit legere librum, quem ipse Benedictus papa composuit de visione et auctoritates ibi positas fecit per dictos magistros examinari, an essent pertinentes, et ibi quaestiones visionis examinavit;* » cf. ibidem c. 231.

[40] Si non serius certe ab anno 1335 ad 1338 illud examen est continuatum.

Legimus enim in TABUL. VATIC. *Introitus et exitus* n. 171, f. 85*a*: « Die XVII m. augusti *[1338]* pro vadiis debitis domino Remigio Alberti de Septimo ordinis Cisterciensis « a die decima m. decembris usque ad diem undecimam m. martii proxime preteritorum, « quod tempus continet LXXX dies, dato sibi die quolibet medio floreno auri, qui quidem « dominus Remigius cum dominis episcopo Albiensi et fratre Pastore episcopo Assisinat. « corrigebant scripta domini nostri facta super Matheum, tradidimus Ade de « Urchii procuratori suo - XL flor. auri. »

[41] Cf. paullo ante p. 507, Gr. 798.

ad eam accedit, quae eo tempore in cancelleria erat in usu, ita tamen ut paullo sit contractior, ne scilicet singula verba nimium diffusa maius occupent spatium. — Aliâ litterâ, communi nimirum illius temporis, egregium illud conscriptum est volumen, codex Vaticanus 4030 [42], qui actiones exhibet a Benedicto XII, cum ecclesiam Appameensem regeret, contra haereticos institutas.

Ex libris Benedicti non solum ii, quos pontifex exarari curaverat, verum ii quoque, quos ante pontificatum sibi comparaverat, in bibliotheca Avenionensi videntur permansisse. Ex utroque enim librorum genere [43] plures in indicibus Gregoriano, Paniscolensi, Avenionensi anni 1411 [44] recensentur. Hoc idem comprobant, quos paullo ante attuli, codices Vaticani 4006 et 4030, Avenione seculo sexto decimo Romam translati.

Pari diligentia, qua Benedictus, Clemens VI quoque sacrae Scripturae studio vacavit. Praeterea quae assidua lectione et meditatione collegerat, singulari eloquentiae laude exponebat [45]. Cuius rei egregia reliquit monumenta, complura sermonum ac collationum volumina, quae manu scripta in multis asservantur bibliothecis.

Iis, quae paullo ante [46] dixi, addo, multo plures libros Clementem Parisiis quam Avenione pro se conscribi iussisse. Id discimus ex pretio soluto Antonio Malabayla mercatori Astensi et sociis, quorum opera negotiis curiae in Gallia et Flandria administrandis utebatur. Legimus enim in computo [47] cum eis facto: *Item computat solvisse* [Antonius] *Parisius domino Helye de Corseo in tribus vicibus pro scriptura librorum, quos dominus papa ibidem scribi fecit - III^c flor. auri. Item pro portatura dictorum librorum ad curiam - XVI flor., VIII gross. — Pro scriptura librorum domini pape et de mandato eius - MII^c flor. Item*

[42] Cf. paullo ante p. 358, Ur. 925.

[43] Scripta enim sua, si sermones aliquos ac fortasse unum alterumve volumen commentationum in b. Matthaeum exceperis, ante pontificatum composuit; quare pleraque cardinali Iacobo tituli s. Priscae attribuuntur.

[44] Vide in indicibus illarum recensionum sub voce *Benedictus XII;* praeterea paullo ante p. 160, Gr. 258, 291, 369.

[45] Vide paullo ante pp. 163, 165 et in altero huius operis volumine Cod. Burghes. 43 Non solum in capella magna, verum etiam haud raro in platea magna palatii, exstructo ad id *catafalco* ad populum verba faciebat; cf. paullo post et Baluze, l. c., I, 278.

[46] V. paullo ante pp. 162, 182.

[47] In Tabulario Vatic., *Archiv. Avenion*, *Collectoriae* n. 449, f. 167 *b s.*

pro vectura duarum ballarum, in quibus portati fuerunt de Parisius prefati libri domini nostri ad curiam - XXVI flor., II gross.

Ne tunc quidem longius a se libros abesse patiebatur, cum animi relaxandi gratia Villam Novam in alteram Rhodani ripam secederet. Habes enim paullo ante indicatum, quantum eis solveretur, qui *portarent reportarentque* libros [48].

Cum Clemens circa annos 1317-1324 [49] Parisiis monachus Casae Dei (Chaisedieu) ac paullo post magister theologiae versaretur, acriter subtiliterque decertare solebat cum Petro Aureolo et Francisco Mayronis [50]. Quod quidem luculenter ex quaestionibus theologicis apparet a Clemente conscriptis, quarum plures manu scriptas in bibliothecis sine auctoris nomine delitescentes inveni. Eodem fere tempore composuisse videtur tractatus duos contra Beguinorum ac quorundam Spiritualium aliorumque haereticorum [51] errores. — Praeterea certe inde ab anno 1312 [52] singulari studio et industria omnis generis conquirebat libros, quibus sua ipse manu, quo die, a quo, quo pretio emisset, solebat adnotare [53]. Quare minime dubito, quin, cum pontifex electus fuit egregiam in palatium Avenionense intulerit bibliothecam.

Suspicari aliquis posset, hanc bibliothecam ab eo testamento fuisse relictam monasterio Casae Dei, quod monachus incoluerat, abbas rexerat, pontifex insigni munificentia restauraverat atque ampliaverat [54]. At exploratum omnino mihi videtur, illam Avenione

[48] V. paullo ante p. 165. Praeterea habes in *Introitus et exitus* n. 215 (1343), f. 94, ad diem 22 m. aug.: *Item pro portagio capelle, librorum, reliquiarium* (!), *cofrorum camere, vasorum, vestimentorum et aliorum supellectilium domini pape de Avinione ultra Pontem* [i. e. Villamnovam] - XXXIII sol. — Id nemo mirabitur, qui observaverit, etiam Carolum V Galliarum regem exeunte eodem saeculo suos secum circumtulisse libros. V. Delisle, *Cabinet des mss. de la bibliothèque nationale de Paris*, I, 21, not. 1.

[49] Petrum Ioannes XXII litteris die 14 m. iulii 1318 datis magistrum theologiae renuntiari iubet; v. Du Boulay, *Historia universitatis Parisiensis*, IV, 177. — Similem epistolam pro Francisco de Mayronis de Digna datam die 24 m. maii an. 1323 habes l. c., p. 197.

[50] V. in altero huius operis volumine Cod. Burghes., 57.

[51] Paullo post 1317, cum acriter de Christi paupertate disputaretur, scripsit *magister in theologia* de decretali *Quia quorundam mentes*; v. Baluze, *Vitae paparum Avenion.* I, 836; cf. paullo ante pp. 288, 360; Ur. 47, 958.

[52] In codice Burghes. 57 habes in penultimo folio: « Iste liber est P*[etri]* Rotgerii « de Malomonte monachi Case Dei et constitit XII solidis leviorum (?) Parisiensium, anno « ab incarnatione domini M°CCC°XII° die veneris ante festum Omnium Sanctorum, quem « emit a Bernardo ... »

[53] V. paullo post.

[54] V. Faucon, *L'église abbatiale de la Chaise-Dieu en Auvergne, son fondateur, son architecte, ses decorateurs.*

permansisse. Ex codicibus enim, qui maxime eius erant proprii, haud pauci partim per Petrum de Luna Parisios, partim Avenione Romam in aedes principum Burghesiorum vel in bibliothecam Vaticanam pervenerunt. Ex illis potissimum observandus est codex Parisiensis 507, in quo etiam nunc conspicitur una ex *cedulis cum depinctione armorum*, quibus Clemens anno 1352 omnes voluerat notari libros, quos *tempore cardinalatus et antea habuerat usque ad eum annum* [55]. Ex codicibus Vaticanis imprimis laudandus cod. 3847 (cf. Ur. 292, Av. 615), qui vitam s. Thomae de Aquino exhibet a Bernardo Guidonis episcopo Lodovensi conscriptam ac Clementi VI dono transmissam hac inscriptione praeposita: *Venerabili viro domino Petro Roggerii magistro in theologia Parisius frater B. episcopus presentem legendam sancti Thome de Aquino transmitit.* Inter codices vero Burghesianos nn. 57, 134, 312, 362 eas exhibent notas [56], a Clemente ipso adpictas, de quibus paullo ante dixi. — Denique alii quoque libri a Clemente bibliothecae Avenionensi adiuncti in recentioribus indicibus recensentur, ut Ur. 499, (43), Gr. 262, Pen. 338 [57].

Ineunte pontificatu Innocentii VI bibliotheca Avenionensis, maxime ex spoliis praelatorum, in eam excreverat molem, ut quibus abundabat exemplaribus, iis collegia ab Innocentio et Urbano V Montepessulano, Tolosae, Bononiae aliisque locis constituta instrui possent. De his largitionibus, praecipue Urbani, paullo ante [58] ex registris ac libris camerae complura retuli documenta, ac paullo post agam, cum dispersionem bibliothecae enarrabo.

De tempore Gregorii XI iis, quae paullo ante protuli, haec addo, quae serius nactus sum [59].

Die IX mensis ianuarii [1374] soluti fuerunt de mandato reverendi in Christo patris domini Petri episcopi Magalonensis, domini pape thesaurarii fratri Richardo de s. Andoeno ordinis predicatorum pro quibusdam scripturis per eum ordinatis et factis pro domino nostro papa et expensis, quas idem

[55] Vide paullo ante p. 165; cf. Delisle, l. c., p. 488.

[56] Vide alterum huius operis volumen; cf. Denifle-Ehrle, *Archiv*, I, 152.

[57] Cf. Delisle, l. c , p. 488; addo cum codice Parisiensi 2032 conferendum esse cod. 1968 ab eodem *Hugone de Parisio* exaratum.

[58] Vide huius voluminis pp. 139*s*, 168*s*.

[59] V. Kirsch, *Rechnung für Abschreiben und Einbinden von Büchern aus dem I. 1374* in De Waal, *Römische Quartalschrift*, III (1889), 75.

frater asserit fecisse pro scripturis huiusmodi, dicto fratre recipiente manualiter - X floreni communes....

Die IX mensis marcii computavit frater Petrus Amelii, socius domini episcopi Appamiarum de certis expensis per ipsum factis pro quibusdam scripturis pro domino papa, ut sequitur. Et primo pro octo cisternis magne forme scriptis de libro beati Thome, quod dominus noster facit fieri, dando pro quolibet unum florinum cum dimidio, - XII flor. — Item pro illuminatura et auro - III; pro rasura pergamene - X sol.; — pro ligatura dicti libri - XVI sol. — Item pro certis ceremoniis scriptis in libro ceremoniarum domini pape, extractis de libro bone memorie domini cardinalis Penestrini [60] - IV flor. — Summa omnium premissorum, que fuit dicto fratri Petro manualiter recipienti soluta, est - XX flor. communes, II sol. — *[Tabular. Vatic., Archiv. Avenion., Collectoriae n. 391 (Miscellanea cameralia), f. 114].*

Exemplar illius libri, qui operâ fratris Petri Amelii ex libro cardinalis Praenestini excerptus dicitur, habes in codice Vatic. 4734, in quo notatur f. 1[a]: *Istum librum fecit scribi cum diligentia reverendissimus in Christo pater et dominus, dominus Petrus Rogerii Gregorius papa XI.* Dico exemplar illius libri; codicem enim ineunte saeculo XV exaratum esse putem [61].

Caeterum iam paullo ante monui, conditionem curiae temporibus Urbani V et Gregorii XI haud eam fuisse, quae augendae bibliothecae faveret, cum omnes maximo studio ad reducendam in Italiam curiam essent intenti.

Reliqua, quae de historia bibliothecae dicenda restant, cum ad librorum dispositionem potissimum spectent, paullo post exponam.

§ 2. **De historia palatii romanorum pontificum Avenionensis.** — Sequitur, ut inquiramus, in qua potissimum parte palatii Avenionensis bibliotheca fuerit constituta. Nec id curiosius a me quam utilius quaeri quis putaverit. Cum enim aliae illarum aedium partes alio tempore sive ignis incendio sive hostium incursibus consumptae sint ac dirutae, de vicissitudinibus bibliothecae ibidem asservatae accurate disputare non possumus, quin perspexerimus, in qua palatii parte contineretur, quaeque illius partis fuerit fortuna.

[60] Intelligitur opinor Petrus de Pratis cardinalis renuntiatus an. 1317, episcopus Praenestinus 1321-1361. — De libris caeremoniarum curiae romanae agam in Denifle-Ehrle, *Archiv*, VI.

[61] Quare dissentio a I. B. Gattico, *Acta selecta caeremonialia.* Romae 1753, I, 1, qui eum sub Gregorio XI descriptum censet.

Doleo ad eam rem eruendam atque constituendam perlongam tractationem hic esse interponendam; at nulla eam ratione praetermittere potui, cum de historia eius palatii vix quidquam sit certo constitutum, quin etiam singula sollerti ac molesta inquisitione e fontibus sint eruenda. Nec id cuiquam mirum videri potest, qui difficultates eius rei elucidandae animadverterit. Cum enim palatium situm sit Avenione, Romae in tabulario Vaticano potissimum eius historia est investiganda. Deinde cum illud a militibus sit occupatum, remotis imprimis molitionibus recenter ingestis, examinari accuratius nequit.

Nec minus ardua est fontium inquisitio ac studium. Historia enim palatii imprimis ex *libris expensarum curiae* sive ex *libris introitus et exitus camerae apostolicae* est eruenda, in quibus a *scriptoribus thesaurariae* per singulos dies, quantum pecuniae et pro quibus rebus esset expensum diligenter est recensitum. Atque in voluminibus quidem a Ioanne XXII ad Urbanum V conscriptis *expensae* singulis annis *factae* in certa quaedam dispositae ac collectae capitula referuntur, inter quae unum quoddam esse solet, cui titulus *Pro operibus et edificiis*. At ipsa eorum librorum multitudo tanta est – ex solo enim saeculo quarto decimo fere trecenta nobis praesto sunt volumina, – quae animum ab ea investigatione plurimum deterreat. Accedit, quod accurata illorum voluminum recensio in tabulario Vaticano nondum sit confecta; quare eorum studium haud leviter impeditur.

Ex libris de palatio vulgatis imprimis laudandae sunt commentationes [62], quibus Eugenius Müntz v. cl. plurimum,

[62] Praecipuas hic breviter recensebo: *Les peintures de Simone Martini à Avignon* in *Memoires de la société nationale des antiquaires de France*, tom. XLV (1885). — *Les peintres d'Avignon pendent le règne de Clément VI* in *Bulletin monumental* (1884). — *Fresques inédits du XIV siècle, au palais des papes à Avignon* in *Gazette archéologique* (1886). — *Un document inédit sur les fresques du palais des papes à Avignon* in *Gazette archéclogique* (1881). — *Sur l'auteur des fresques de la chapelle s. Martial au palais des papes* in *Memoires de l'académie de Vaucluse*, tom. I, (1882). — *L'antipape Clément VII. Essai sur l'histoire des arts à Avignon vers la fin du XIV siècle* in *Revue archéologique* (1888). — *L'histoire des arts dans la ville d'Avignon* in *Bulletin du comité des traveaux historiques* (1888). — *Les architectes du palais des papes à Avignon* in *La semaine des constructeurs* (1887), n. 41.

Viam ab E. Müntz reclusam post eum instituerunt: Faucon M., *Les arts à la cour d'Avignon sous Clément V et Jean XXII d'après les registres caméraux de l'archivio segreto Vaticano* in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, tom. II (1882) pp. 36-63 et tom. IV (1884) pp. 57-130; — Denifle, O. Pr., *Ein Quaternus rationum des Malers Matteo Gianotti von Viterbo in Avignon* in Denifle-Ehrle, *Archiv*, IV, 602-630. — Huc referri potest Achard, *Notes sur quelques anciens artistes d'Avignon*, Carpentras, 1856.

illustravit historiam artificum, qui ad palatium ornandum operam suam impenderunt. Cum enim suum opus potissimum ex *libris expensarum curiae* conficere studuerit, fieri non potuit, quin haud pauca de historia ipsius palatii intersereret. — Praeterea de exordiis palatii Ludovicus Duhamel [63] v. cl. singulari studio atque industria ea collegit illustravitque documenta, quae Avenione in tabulario episcopali asservantur. — Reliqui [64] vero qui de palatio scripserunt auctores nihil fere nisi vagas incertasque vulgi opiniones in medium protulerunt.

Nec certiora sunt, quae in chronicis antiquis continentur. Ea enim tantum exhibent, quae tempore et loco, in quibus sunt conscripta, narrabantur. Quare nisi certis confirmentur documentis, fidem facere vix possunt. Ne tamen ea omnino negle-

[63] *Les origines du palais des papes* in *Compte rendu du Congrès archéologique de France, session 1882.* — Minoris utilitatis ea sunt, quae de architectis palatii disseruit in *Les architectes du palais des papes.*

[64] Imprimis commemorandus VALLADIER. Is in libro cui titulus: *Le Labyrinthe royal de l'Hercule Gaulois, triomphant sur le suject des faicts héroïques de Henri IV, representé à l'entrée triomphante de la royne (Marie de Medicis) en la cité d'Avignon, le 19 novembre 1600* (Avignon s. a.), p. 29*s* haec habet: *Benoist XII creé en Avignon, successeur de Iean, sacré aux Iacobins, commença à bastir le grand palais par la partie septentrionale, quarrée à quatre corps de logis, jusques à nostre Dame de Doms... — Clément sixiesme le suivit, l'ornement de la maison de Canillac, coronné en Avignon aux Iacobins. Ce fut celuy là, qui achepta cette ville 80 mille florins d'or de Florence, l'an 1348, bastit tout le devant du palais et la grande chapelle d'enbas vers la vicegérence... — Après luy suivit Innocent VI, creé en Avignon au palais. Il a basti la grande chapelle d'enhaut et parachevé tout ce corps de logis méridional... — L'on luy subrogea s. Urbain V creé en Avignon au palais, qui à faict tailler dans la roche la grande cour et le puis dudict palais, oeuvre merveilleuse; à faict faire le logis, qui regarde l'Orient, ou estoit logée la royne, depuis la sale des légats jusques aux grandes chapelles... — Plusieurs désirent de sçavoir, qui le premier et à quelle occasion mit le nombre septennaire en ceste ville. Nous en avons ouy en son temps et lieu ce, qu'on avoit peu apprendre par le cours de l'histoire d'Avignon. I'en diray seulement un mot icy en passant pour les curieux. Ce fut s. Urbain cinquiesme du nom, de la maison de Grisac en Languedoc, natif de Beaucaire. Il se plaisait uniquement au septennaire; et de faict au ravelin de Saint-Lazare, qu'il a faict rebastir, il ny voulut que sept creneaux...; de mesme au grand palais n'y ayant que six tours Trouillas, de l'Estrapade, Saint-Iean, de la Cloche, Saint-Laurens, et l'Agache, il y en adjousta la septiesme et l'appella des Anges, la plus belle de toutes, ou est l'archive admirable dans les fondements, la salle des légats et autres beaux membres, qui furent donnés pour logis à la royne... Il feit faire de tres beaux vergiers en ce mesme endroict du palais et ordonna que l'on appelleroit tout ce costé là du nom de Rome, comme le tesmoigne Pierre Verneron, qui estoit son secretaire en son manuscript des papes d'Avignon. Les cardinal de Clermont les gasta y faisant bastir la Mironde et cette grande gallerie, qui occupent la plus grand part de ces jardinages.* Fusius ea excerpsi, ut pateret, unde reliqui auctores hausissent, quae de palatio referunt. Ex quibus primo loco laudandus FANTONI-CASTRUCCI, *Istoria della città d'Avignone e del contado Venesino.* Venezia 1778, 2 voll., qui quae tom. I, lib. 2, pp. 202,

xisse videar, in margine [65] componam, quae de palatio Avenionensi in eis continentur.

Sequitur ut de libris expensarum breviter dicam ac de modo, quem in eis pro re nostra excerpendis tenui. — Ac primum observandum est, in multiplici eos esse differentia.

Alii enim ab ipsis conscribebantur opificibus sive opificum magistris. Verum etiam hi inter se dissimiles sunt ac diversi. Opera enim quandoque committebantur opificibus, verbi gratia caementariis sive pictoribus, *facta cum eis prius conventione*, qua constituto

207, 236, 238 de palatio enarrat, ex Valladier exscripsit. Sequuntur IOUDOU, *Essai sur l'histoire de la ville d'Avignon*. Avignon, 1853; COURTET, *Notice historique et archéologique sur Avignon* in *Revue archéologique* (1855) tom. XI; VIOLLET-LE-DUC, *Dictionnaire d'Architecture*, VII, 29 s.

Ex libris, qui modo ad captum vulgi accomodato de urbe et palatio agunt longe optimus (DUHAMEL L.), *Une visite au palais des papes d'Avignon*. Paris Champion, s. a. Eiusdem generis: PENJON A., *Avignon, la ville et le palais des papes. Nouvelle édition avec vingt-deux gravures et un plan*. Avignon Roumanille s. a, in quo potissimum laudandae tabulae. Minoris momenti: CANRON A., *Le palais des papes à Avignon. Notice historique et archéologique* [3]. Avignon, Aubanel, 1884 et (GROSIEAN) *Précis historique sur la ville d'Avignon et le palais apostolique*. Avignon, 1842.

De romanis pontificibus, qui Avenione sunt commorati, disserunt (TESSIER) *Histoire des souverains pontifes, qui ont siégés dans Avignon*. Avignon 1774. — CHRISTOPHE, *Histoire de la papauté pendant le XIV siècle*. Paris, 1853, 3 voll. — IOUDOU, *Histoire des souverains, qui ont siégés à Avignon*. Avignon, 1855, 2 voll. — ANDRÉ, *Histoire de la papauté à Avignon* [2]. Avignon, Seguin, 1887.

De episcopis Avenionensibus scripserunt: NOGUIER, *Histoire de l'église d'Avignon*. Avignon, 1659; — GRANGET, *Histoire du diocèse d'Avignon*. Avignon, 1862, 2 voll.

Denique commemorandi: CHARPENNE, *Histoire des reunions temporaires d'Avignon et du Comtat Venaissin à la France*. Paris, 1886, 2 voll. — ACHARD, *La municipalité et la république d'Avignon*. Avignon, 1872. — DE MAULDE, *Coutumes et règlements de la république d'Avignon*. Paris, 1877.

[65] Quae ex illis ad rem nostram pertinent habes in unum collecta in BALUZE, *Vitae pap. Avenion*. I. Iam de Benedicto XII auctor vitae 1ae (l. c., c. 199; cf. huius voluminis p. 133) postquam retulit, qua ratione Benedictus spe reducendi curiam in Italiam esset frustratus, ita pergit: « Sed videns quia tunc aliud facere non poterat, mutato proposito « deliberavit manere in Avinione cum dicta curia sua; incepitque ibi a solo aedificare pa- « latium, in loco ubi tunc erat domus episcopalis; et tandem huiusmodi aedificium quasi « quamdiu vixit, continuavit, in tantum quod suo tempore et per eius ministerium factum « est dictum palatium valde solemne miraeque pulchritudinis in mansionibus et immensae « fortudinis in muris et turribus, prout hodie luculenter apparet. » — Vita 4a et 6a (l. c., c. 225, 236): « Hic primus coepit construere palatium apostolicum Avinioni, in loco, ubi « solebat esse palatium episcopale, in quo dominus Iohannes papa residere consuevit. » — Vita 2a (l. c., c. 215): « Ecclesiae fluenti thesauro frena dedit, sed illa diu tenere non po- « tuit, quia domus, quam aedificare desiderat, magna est. Episcopale namque palatium Avi- « nionense praedictum per modum permutationis cum Avinionensi episcopo celebratae, ad « sacrosanctam romanam ecclesiam applicatum a fundamentis instituit et illud mirabiliter « ampliavit, magnum in illo thesaurum expendens. » — Porro in Vita 3a (l. c., c. 226): « A tempore autem suae creationis, videlicet Benedicti XII, usque ad annum septimum « completum, praeter praemissa nihil dignum relatione fecit, nisi quod capellam sui palatii

accurate ipso opere, pro qualibet eius mensura, pro qualibet muri ab eis extruendi vel pingendi *canna*, certa eis promittebatur pecuniae summa, ita tamen, ut dum opus perficeretur, identidem aliquid pecuniae eis prae manibus daretur, quo sociis laboris satisfacerent operique necessaria coemerent. Quae quidem pecuniae tum a magistris, tum a clericis camerae conscribebantur. Opere perfecto, imprimis pretio conducebantur eius, de qua agebatur, artis periti, qui opus diligenter *cannarent* sive dimetirentur; quo peracto, cum opificum magistris *finalis fiebat computus*, constituta nimirum secundum *cannamentum* operis summa pecuniarum universa, quae magistris debebatur, ac demptis pecuniis prae manibus datis, quod reliquum erat, ipsis solvebatur.

Quandoque vero opifices conducebantur certa eis pro singulis diebus statuta mercede, idque ita ut, quae operi necessaria essent aut universa aut ex parte eis a *camera apostolica* subministrarentur. Ac tunc quidem magistrorum libelli sive quaterni rationum multo erant diffusiores. Recensenda enim erant opificum

« ampliavit et quod turrim magnam coniunctam suo palatio construxit et quasi perfecit, « quae ad sui similitudinem magna et quadrata existit. »

De aedificiis a **Clemente VI** exstructis *vitarum* eius scriptores referunt haec. Vita 1ª (l. c., c. 261): « Ipse etiam palatium Avinionis amplificavit recte de media parte; cum per- « prius per Benedictum papam XII praedecessorem suum, licet sollemne factum fuisset de « duobus angulis, ipsum tamen perficiendo fecit quadrangulare, totam plateam muris altis « et turribus aliis primis aequalibus claudendo et circumeundo. In hac autem parte, licet « omnia aedificata seu constructa sint admodum sollemnia et adspectu valde decora, tria « sunt tamen, quae reliqua specialiter excedunt, videlicet capella maior, audientia et ter- « raciae superiores, cum quoad id, pro quo constitutae et ordinatae sunt, forte non est in « mundo palatium, in quo, non dicam sollemniores, immo nec pares existant, attenta prae- « sertim eorum contiguitate, cum de una ad aliam sine medio ascensus vel transitus facilis « existat. Consistorium insuper in alia parte per dictum praedecessorem suum multum sol- « lemniter aedificatum, quia remanserat tanquam tabula rasa, in qua nihil depictum erat, « miris picturis decoravit et scripturis mirabilioribus adornavit. » Deinde hae picturae accuratius describuntur. Earum particula quaedam etiam nunc conspicitur, cuius exemplar habes in Müntz, *Les peintures de Simone Martini*, l. c., planche 11. — Vita 2ª (l. c., c. 277): « Adhuc pontifex iste casus mundi considerans ante praedictum Benedictinum palatium « aliud valde mysteriosum et pulchrum et capellam amplissimam nimiumque decoram, « sub qua modo causarum et contradictoriarum audientiae tenentur, a fundamentis gros- « sissimis fecit aedificare. » — Vita 3ª (l. c., c. 297): « Ac imprimis occurrit capella, quae « magnae turri, de qua cameram faciebat, annexa est, quam a fundamentis usque ad primum « girum turris eiusdem in honorem s. Michaelis erexit illamque fecit picturis pulcherrimis « exornari. Deinde magni consistorii locus et parvae capellae papalis palatii, quod praede- « cessor eius fundaverat. Nam illum et illas nimium scientifice fecit et misteriose depingi. » — Vita 4ª (l. c., c. 305): « Huius tempore inceptum fuit palatium novum cum audientia magna « et capella atque turribus et quasi completum necnon magna turris, quae postmodum « cremata extitit. »

nomina ac mercedes singulis constitutae, dierum quos ad opus singuli impenderant numerus, res omnes ab eis operi perficiendo suppeditatae. Perfecto opere, vel singulis sive hebdomadis sive mensibus quaterni tradebantur clericis camerae; qui eos, si id opportunum videbatur, viris earum artium peritis committebant examinandos; quo facto secundum rationes eorum quaternorum solvebatur, quod iustum erat. Praeclarum horum quaternorum exemplum vulgavit P. Denifle v. cl. [66].

Denique quandoque camerarius opera non ipsis committebat opificum magistris, sed cuidam *provisori* sive *magistro operum domini papae*, qui certo ac stabili munere in curia fungebatur atque inter *familiares* recensebatur [67]. Quare tunc et *provisor* et *scriptores camerae* in libris propriis rationes illorum operum conscribebant. Libri magistrorum sive provisorum plerumque inscripti sunt: *Manualia receptorum et expensarum*, quorum perpauca nobis supersunt exemplaria [68]. Hi quoque libri in duplici sunt differentia. In aliis enim magistri opera recensent, in quae pecunias a camerâ acceptas impenderunt, in aliis vero opifices,

[66] Vide paullo ante p. 588, not. 62.

[67] Praecipua ex his manualibus habes in TABULARIO VATICANO, *Archiv. Avenion.*, *Intr. et exit. cam. apost.* n. 18 (1317-18), n. 26 (1318-19), n. 30 (1319-20), n. 97 (1329), n. 147 (1335), n. 148 (1336), n. 160 (1337), n. 165 (1338), n. 197 (1340-42), n. 229 (1344), n. 232 (1344-45), n. 240 (1345), n. 256 (1348-49), n. 335 (1370).

[68] In *Avisamentis pro regimine et dispositione officiariorum in palatio domini papae* anno 1409 conscriptis, in quibus consuetudines in curia diuturno usu constitutae continentur, de eo officio haec legimus: « Item in palatio apostolico consuevit esse unus officiarius, qui « vocatur magister operum, ad cuius officium pertinet omnia opera, quae fiunt in palatio « vel alibi, ubi residet summus pontifex vel sua Sanctitas mandat, ordinare, sive sunt lignea « sive lapidea; operariis assistere de salario et de rerum pretiis convenire et concordare; « habito tamen prius mandato camerarii seu gentium camerae vel aliquo de ipsis gentibus « per camerarium ad hoc ordinato, si magnitudo et sumptuositas operis exposcat. Item iste « consuevit locum habere in palatio, in quo custodire et conservare possit lignamina, fustas « et alia ad suum officium pertinentia. Item est sciendum, quod ipse magister operum per« cipere solet stipendia in libris camerae descripta; et ideo non consuevit in palatio apo« stolico victum habere. » MURATORI, *Scriptores rerum italic.*, III, 2, c. 819 et GATTICUS, *Acta selecta caeremonialia*. Romae 1753, I, 270 ex cod. Vatic. 4736. Iuvabit ea visamenta conferre cum *ordinationibus* a Petro IV (El Ceremonioso) Aragoniae rege anno 1344 pro sua curia conscriptis, quae inscribuntur *Ordenacions fetes per lo molt alt senyor en Pere terç rey Darago sobra lo regiment de tots los officials de la sua cort*, in PRÓSPERO DE BOFARULL Y MASCARÓ, *Colleccion de documentos inéditos del Archivo General de la Corona de Aragon* V, 1-267. — Revera in libris camerae, in capitulo, quod inscribitur *Vadia ordinaria* sive *Solutiones familiarium* inter reliquos officiales plerumque recensetur magister operum, cui singulis hebdomadis certa merces solvebatur. Hos magistros recenset MÜNTZ, *Les architectes du palais des papes à Avignon*, v. paullo ante p. 588, not. 62.

quibus iis pecuniis satisfecerunt. Quare illi solum ad rem nostram faciunt.

Nec minor est varietas librorum, qui in *camera apostolica* conscribebantur. *Clerici* enim *camerae* sive *scriptores thesaurarie* primum per dies singulos et pecuniarum summas et res, pro quibus eas solvebant, raptim ac inordinate adnotabant; adiectis quandoque ad marginem nominibus duorum testium, coram quibus pecunias solverant. Itaque ii libri, qui Manualia expensarum inscribuntur, expensas eo exhibebant ordine dispositas, quo erant factae.

Ex *manuali expensarum*, elapso anno ab electione pontificis aut a nativitate domini computato, conficiebantur libri, quibus plerumque titulus Introitus et exitus camerae apostolicae [69]. Disponebantur enim ac colligebantur expensae omnes in manuale eo anno relatae ad certa quaedam capita, ita ut quae pro quolibet rerum genere eo anno essent expensa, paucis foliis conclusa, uno quasi conspectu possent comprehendi [70]. Quod quo facilius possent praestare, in ipso manuali ad singulas expensas in margine titulum adpingebant capitis, ad quod spectabant. — Plura cuiusque voluminis conscribebantur exemplaria, ex quibus unum aliquod a *clericis camerae* ac *thesaurario* subtilissime examinatum camerarius nomine suo subscripto comprobabat.

Denique ii, quos dixi *introitus et exitus* quandoque, simili ratione, qua *registra* litterarum a summis pontificibus datarum, ex voluminibus chartaceis in maiora volumina pergamena transcribebantur, eo, ut opinor, consilio, ut in tabulario reposita tutius asservarentur. Quod quidem de tempore Innocentii VI certissime constat ex voluminibus, quae etiam nunc in archivo Vaticano nobis praesto sunt.

Ceterum dolendum sane, quod eorum, quos modo recensui, librorum *cameralium* collectio non integra, sed admodum lacunosa ad nos pervenerit. Ex tempore enim a Ioanne XXII ad Urba-

[69] Quandoque inscribuntur *Recepta et expensa camere*, quandoque *Rationes camere*.

[70] Eorum quidem capitum hi fere erant tituli: *pro coquina, pro panataria, pro officio vaixelle, pro palafrenaria, pro cera et extraordinariis, pro vadiis ordinariis* sive *pro solutionibus familiarium, pro vadiis extraordinariis, pro ornamentis, pro libris et scripturis, pro operibus et edificiis, pro helemosina* sive *pro pinhota*, quibus addebantur quandoque: *pro guerra, pro guerra Patrimonii et terrarum ecclesie, in Lombardia, contra Turcos* etc.; *pro possessionibus emptis, pro mutuis.*

num V fere soli libri *introitus et exitus*, ab Urbano V ad Benedictum XIII fere sola *manualia*, eaque maxime lacunosa nobis supersunt.

Haec fere sunt, quae de ratione librorum cameralium ex trecentis illis voluminibus sum expiscatus; ne enim ea certa via et ratione examinarem, fecit, quod indice carebant. — Denique moneo, plerumque in illis libris accuratius multo pecuniarum summas quam opera, pro quibus expendebantur, recenseri, quippe quae omnes prae oculis haberent. Pro re nostra longe utilissimae sunt rationes tempore Benedicti XII conscriptae, cum plures nobis exhibeant *computos finales*, in quibus accurata continentur *operum cannamenta*. Reliquo tempore opera perfecta admodum confuse ac vage indicantur, ex quo rei nostrae inquisitio perdifficilis atque ardua efficitur.

Quae cum ita sint, non ea tantum ex illis rationibus excerpam, quae ad comprobandas meas opiniones opportuna existimo; quin potius primum sincere omnia omnino colligam, quae aliquid lucis ad historiam palatii illustrandam conferre videntur; deinde quid ex iis mea quidem opinione confici possit, breviter indicabo. Hac enim ratione me consecuturum spero, tum ut qui irrepserint errores facilius corrigantur, tum ut communicatis cum viris doctis, qui Avenione perpetuo palatium frequentant, documentis romanis, eis alia atque alia, quae me fugerunt, eliciendi ex eisdem occasio offeratur.

In recensendis autem operibus, licet reliqua non negligam, praecipua tamen diligentia ea prosequar, quae a Benedicto XII et Clemente VI sunt perfecta, cum ab eis vix non universum palatium ac maxime eae partes sint exstructae, quae imprimis in controversia positae sunt ac bibliothecam propius attingunt.

De palatio enim episcoporum Avenionensium a Ioanne ampliato fere nihil certo statui potest. Id enim Benedictus XII rursum ita omni ex parte renovavit et auxit, ut destructas identidem aliquas eius partes ampliores atque ornatiores constitueret. Quare vix ulla antiquioris palatii pars etiam nunc consistit. — Post Clementem vero, si pauca opera ab Innocentio VI et Urbano V exstructa excipias, nihil, quod quidem maioris sit momenti, palatio est adiectum.

Reliquum est ut legentium mentes iam ab ipso exordio in id praecipue dirigam, quod hac in re inter viros doctos

maxime disputatur. Quare breviter exponam, quid omnium consensu sit constitutum, quid positum sit in controversia.

Palatium Avenionense vel obiter intuenti, id duabus imprimis partibus constare facile apparet, nimirum *claustris* altero septemtrionali, meridiano altero; quorum illud antiquius, hoc recentius videtur. Verum in his duabus partibus accuratius praefiniendis non una est omnium opinio.

Avenionenses enim vix non omnes in ea videntur esse sententia, ut *claustrum* palatii septemtrionale, quod turribus Campanae, Trulhatii, s. Ioannis, Campanili concluditur, a Benedicto XII (1334-1342) extructum esse existiment, ac proinde palatium Benedictinum [71] sive antiquum appellent; claustrum vero meridianum, turribus s. Ioannis, s. Laurentii, Gachiae, Campanili circumscriptum, palatium novum sive Clementinum dicunt, cum a Clemente VI constitutum opinentur.

Atque ut id, quod solum in controversia positum est, pressius circumscribam, moneo dubium non esse, quin *claustrum* septemtrionale sit Benedicto tribuendum, sed quaestionem de solo palatio novo sive claustro meridiano agitari. Praeterea ne de hoc quidem quisquam dubitat, quin turres s. Laurentii et Gachiae ab Innocentio VI, et frons totius palatii praecipua, quae in eius *claustri* parte occidentali a *consistorio* et turri Gachiae e regione Campanilis ad palatium Benedictinum protenditur ac portam maiorem continet, a Clemente sint exstructae. — Quare de hoc solum disputatur, utrum aedes, quae fere a turri s. Ioannis in meridiem ad turrim s. Laurentii atque ab ea in occidentem, ad turrim Gachiae pertinent, a Clemente VI, an vero a Benedicto XII sint constitutae. Atque in his partibus controversis ad orientem versus imprimis turris ss. Angelorum et ad meridiem versus consistorium continentur.

Qui turrim ss. Angelorum cum aedibus contiguis et *consistorio* tribuunt Benedicto, provocant imprimis ad auctorem vitae primae Clementis VI a Bosqueto primum, deinde a Baluzio vulgatae [72]. Is enim ipsis verbis consistorium a Benedicto *multum solemni-*

[71] V. vitam 2am Clementis VI apud BALUZE, l. c., I, 277; habes locum paullo ante pag. 591, not. 65.

[72] Vide paullo ante p. 591, not. 65.

ter aedificatum, cum eo mortuo remansisset tanquam tabula rasa, in qua nihil esset depictum, a Clemente dicit pulcherrimis picturis esse ornatum. Fere idem auctor tertiae quoque vitae Clementis a Baluzio typis descriptae [73], haud obscure innuere videtur.

At qui solo illo priori teste rem totam confici opinantur, profecto non observant, vitam illam, exeunte demum saeculo quarto decimo conscriptam [74], eo ipso, quem afferunt, loco admodum obscuram esse et vitiosam. — Etenim ubinam erant duo illi anguli palatii Benedictini, ubi duo alii a Clemente adiuncti? Deinde *platea tota muris altis et turribus aliis primis aequalibus* ab Innocentio demum, non a Clemente est conclusa. Quo praeterea loco erant *capella maior* et *audientia*, de quibus iste auctor loquitur? *Capella maior* tempore Clementis VI dicebatur ea, quae inter turres Campanae et Trulhatii a Ioanne XII et Benedicto XII est constituta; audientiae vero eo tempore tres recensentur, una *nova* in palatio novo sub consistorio, alia *antiqua* Ioannis XXII parum ab illa nova distabat, tertia denique in conventu fratrum Praedicatorum sita. Praeterea in eo, quem dixi, loco vitae primae interpretando omnino cavendum est, ne audientia cum consistorio confundatur, idque eo magis, quod ab illo ipso scriptore, audientia in alia quam consistorium parte palatii posita fuisse dicatur. Quod tamen non eo dico, quod negem, ea vocabula in chronicis quandoque promiscue adhiberi, licet certus statuam, id de libris rationum camerae sine magno errore affirmari non posse. Denique loci, qui allegantur ex libris rationum de consistorio a Benedicto constituto, ad aliud omnino spectant consistorium ab eo inter turres s. Ioannis et Trulhatii conditum.

Quare cum ex chronicis controversia dirimi nequeat, tabulas *camerae* opus est consulere. Verum cum certissime constet, anno 1348 partes in controversia positas, turrim dico ss. Angelorum et consistorium novum, fuisse constitutas ac picturis exornatas, in primis *expensae* ab anno 1334 ad annum 1348 *pro operibus et edificiis factae* accuratius sunt perpendendae.

Quo certius ac securius singula digeram, non rerum sed annorum sequar ordinem. In interpretandis enim locis e libris rationum excerptis, temporis potissimum ratio est habenda, cum

[73] Vide loc. proxime cit.

[74] Circa an. 1380; cf. Lindner, *Forschungen zur Deutschen Geschichte*, XII, 255.

quandoque alio tempore aliud iisdem, quandoque idem alio tempore diversis efferatur verbis.

Denique plurima in libris *camerae* occurrunt vocabula ita barbara, ut ne in *Glossario* quidem *mediae et infimae latinitatis* a Ducange recenseantur. Quare requirendi sunt libri, quibus illustratur lingua, qua saeculo quarto decimo Galli, maxime ii, qui incolebant Provinciam, utebantur. Qua in re, ut legentes, qua possum ratione sublevem, ad calcem eorum, quae ex tabulis camerae excerpam, indicem texam maxime eorum vocabulorum, quae ita rara sunt, ut a Ducange non referantur.

Primum breviter dicam de aedibus a **Ioanne XXII (1316-1334)** exstructis, ut locum, in quo palatium a Benedicto XII est constitutum, accuratius definiam.

Quam primum Ioannes XXII die 7 m. augusti 1316 Lugduni pontifex renuntiatus, curiam Avenione constituere decrevit, officiales quosdam in eam urbem praemisit, qui de *libratis* cardinalibus reliquisque *curialibus* distribuendis cum civibus agerent. Qui, ut usus ferebat, tot unicuique *curiali* cameras aut domos assignarunt, quotis indigere videbatur; civibus, quorum eae erant, alio commigrare iussis, iusto in annos singulos pretio eis constituto. Cardinalibus, quorum *libratae* plerumque denis, quin etiam vicenis constabant domibus [75], fas erat, eas *cancellis* a militibus custodiendis claudere.

Itaque in *assignatione hospitiorum* [76] facta et ordinata die 16 m. augusti 1316 constituta sunt *primo domino papae domus episcopalis Avenionensis et domus Praedicatorum* [77] *cum hospitiis circumvicinis;* praeterea *in librata superiori domus episcopalis assignata sunt hospitia infrascripta: primo dicta domus episcopalis cum domibus praepositorum sacristiae, de camera et elemosinae, item domus prioris s. Stephani, item domus Pontii Barcaelerii, item domus Stephani Martini.* Ex quibus aedibus Ioannes *domum episcopalem*, quam ipse iam episcopus Avenionensis incoluerat, sibi selegit atque Lugduno eodem mense augusto Guilelmo de Granholis *clavario episcopali* dedit in mandatis [78], ut eam, qua posset ratione, amplificaret atque instrueret.

[75] Paullo post plurimi ex cardinalibus, coemptis, quae eis obtigerant domibus ac destructis, magnificas sibi construxerunt aedes ac turres, quarum aliquae, iniuria temporum deformata, etiam nunc conspiciuntur.

[76] Habes eam mendosissime typis descriptam in FANTONI-CASTRUCCI, *Istoria della città d'Avignone*, I, 163*s.*; cf. in TABULARIO VATICANO, *Archiv. Avenion.*, *Collectoriae* n. 52, ubi fragmenta quarumdam assignationum libratarum et taxationum hospitiorum continentur.

[77] Die 11 m. octobris 1316 satisfit *pro opere facto in domo Predicatorum pro dicto domino nostro;* v. in TABULARIO VATIC., *Introitus et exitus camerae apostolicae* n. 14, (1316) f. 20; cf. n. 15, f. 32*b*.

[78] In eodem *Archivo Avenionensi, Introitus et exitus camerae apostolicae* n. 14, f. 120*a*: « Anno domini MCCCXVI mensis augusti die XXV tradidi magistro Guillelmo

Paullo post die 2 m. octobris 1316 Avenionem ingressus [79], palatio ampliando praefecit Guilelmum de Cucurono [80]. Verum ut aream compararet novis operibus moliendis, Pontifex die 13 m. decembris anni 1316 *hospitia elemosinariae ac propositurae novae ecclesiae Avenionensis cum pertinentiis suis mensae episcopali* addixit [81]. Iam non est dubium, quin domus episcopalis obtinuerit eumdem fere locum, quem nunc palatium Benedictinum occupat, ita tamen ut illius limites hoc longe excederet.

Meridiem versus attingebat elemosinariam, cuius locum paullo post palatium Clementinum obtinuit. Circa turrim Trulhatii sita erat domus praepositurae, in antiquo civitatis *pressorio*, quod Provençales *trulhas* vocant [82], constituta. Domui Trulhatii sive praeposituræ et aedibus episcopi interiacebat ecclesia s. Stephani, quam Ioannes translatis ex ea in ecclesiam s. Mariae Magdalenae iuribus parochialibus, die 13 m. decembris 1317 palatio adiunxit [83]. Denique ab an. 1318 ad an. 1322 Pontifex plurima coemit hospitia ac domus [84] meridiem versus circa elemosinariam sita, circa eum locum, quo postea palatium Clementinum est constitutum. Qua quidem in re hoc profecto Pontifex prudenti spectabat consilio, ut quam maximam *rochae* partem palatio augendo compararet eamque a proximis aedificiis liberam faceret [85].

« de Granholis clavario Avinionensi pro operibus per ipsum in domo episcopali pro do-« mino nostro papa faciendis et pro aliis negotiis exercendis - C flor. auri, X sol. Vien-« nenses. »

[79] Vita 2ª (Bernardi Guidonis) in BALUZE, *Vitae paparum Avenion.* I, 134.

[80] Cucuron oppidum est Provinciae (canton Cadenet, departement Vaucluse). — Primam *solutionem ei factam* habes in *Intr. et exit.* n. 16 (1316-17), f. 32*a*: « Die ultima mensis « octobris *[1316]* tradidi mandato domini mei, domini Electi *[Iacobi de Via nepotis Ioan-« nis XXII episcopi electi Avenionensis]* domino Guillelmo de Cucurono pro satisfaciendo « operariis palatii - LX flor. auri. » — At iam ad diem 11 m. septembris eius mentio aliqua occurrit in n. 14, f. 20*a*.

[81] DUHAMEL, *Les origines du palais des papes*, p. 49*s*.: « Volentes, inquit, ut domus « seu palatium episcopale ipsius ecclesiae [Avenionensis], prout decens et congruum fore « dignoscitur, amplietur; eleemosinariae ac praeposituræ novae ipsius ecclesiae Avinio-« nensis hospitia, domui seu palatio episcopali contigua; videlicet hospitium dictae eleemo-« sinariae cum hospitali, viridario, domibus et pertinentiis suis, prout protenditur a prima « porta dicti palatii usque ad domum Alfanti Serralherii, et inde usque ad domum et vi-« ridarium Guillelmi Pontii de Toro; et dictum hospitium praeposituræ cum viridario, ca-« sali, domibus et pertinentiis suis, prout protenditur a choro ecclesiae s. Stephani usque « ad caput gradarii, et inde per lineam rectam descendendo usque ad portam de Trulhatio, « via libera, prout est, remanente eidem mensae . . . in perpetuum concedimus, annectimus « et unimus. »

[82] Cf. DUHAMEL, l. c., p. 9*s*.

[83] V. DUHAMEL, l. c., pp. 19, 52.

[84] V. instrumenta earum venditionum apud DUHAMEL, l. c., pp. 53-62; cf. pp. 14-27.

[85] Iis, quae modo de loco enarravi, in quo paullo post palatium papale est constitutum, adiungendae sunt *confrontationes*, quibus Benedictus XII anno 1336 palatium a Ioanne XXII ampliatum circumscribit: « Quod quidem palatium cum domibus et habita-« tionibus sibi contiguis situm est in civitate Avinionensi, et confrontatur ex una parte « cum ecclesia cathedrali Avinionensi et claustro eiusdem, capella s. Iohannis et cimiterio « de Cortina vocato in medio existentibus; ex alia parte cum domibus sacristae et decani

Iam paullo ante monui, meum non esse hoc loco palatii *episcopalis* a Ioanne renovati et aucti historiam texere [86], quae fere nihil ad rem nostram conferret. Quare ea tantum breviter enarrabo, ex quibus historia palatii Benedictini illustrari aliquatenus potest.

Ioannes igitur, quippe qui, ut iam ante monui, curiam perpetuo Avenione figere nunquam decrevisset, de palatio aliquo uno atque aequabili, romanis pontificibus proprio constituendo ne cogitavit quidem. Hoc ergo unum egit, ut officialium curiae alios in praepositura sive domo Trulhatii [87], alios in domo elemosinae [88], alios in aliis aedibus suae libratae collocaret, renovaret atque exornaret palatium episcopi easque adiiceret aedes, sine quibus curia eo loco consistere non poterat.

Ex iis, quae statim ab exordio sui regiminis est aggressus imprimis nobis observanda sunt capella s. Stephani et turris, in qua camera pontificis et thesaurus ecclesiae erant sita. — Ecclesia s. Stephani ad occasum versus a turri Trulhatii sive a domo praepositurae, ita erat constituta, ut illius *chorus* eam domum fere contingeret [89]. Cum in loco admodum praerupto esset exstructa, saltem anno 1318, quo in ea exornanda laborabatur, duabus constabat partibus sive capellis, inferiori altera, altera superiori. In tabulis enim eo anno in camera conscriptis recensentur *expensae factae pro picturis de*

« dictae ecclesiae Avinionensis, carreria publica in medio existente; ex alia parte cum « domibus praepositurae Avinionensis de Trulhatio nominatis; ex alia parte confrontatur « cum carreria publica, qua itur de puteo Guillelmi Amelii quondam versus ecclesiam ca- « thedralem, inclusis domibus per dictum dominum papam noviter acquisitis; confrontatur « etiam ex alia parte cum domibus Bertrandi Gauterii et heredum Bertrandi Raynoardi « et cum carreriis publicis, includendo domum, in qua tenetur audientia, et domum Perrini « Bedelli quondam. » V. DUHAMEL, l. c., p. 72*s*.

[86] Iuvat hic breviter indicare volumina rationum camerae tempore Ioannis XXII conscripta, ea nimirum, in quibus expensae in quaedam capita collecta ac disposita recensentur. Ex iis enim imprimis ea historia est elicienda. Singula volumina plerumque singulos exhibent annos, a coronatione pontificis (a die 7 m. septembris) computatos. Aliquorum voluminum plura supersunt exemplaria. — Praesto sunt igitur in TABULARIO VATICANO, *Archiv. Avenionensi* inter *Introitus et exitus cam. apost.* primum manualia magistri operum n. 18 (1317-18); n. 26 (1318-19); n. 30 (1319-20); n. 97 (1329). Deinde introitus et exitus pro annis: 1316-17 nn. 13, 14, 16; 1317-18 nn. 16, 17; 1318-19 n. 24; 1319-20 nn. 31, 38; 1320-21 nn. 40, 41; 1321-22 n. 47; 1322-23 n. 54; 1323-24 nn. 57, 58; 1324-25 nn. 58, 65, 66; 1325-26 nn. 70, 72, 73; 1326-27 nn. 81, 82; 1327-28 n. 84; 1328-29 nn. 29, 92, 100; 1329-30 n. 98; 1330-31 n. 108; 1331-32 n. 32; 1332-33 nn. 119, 120; 1333-34 n. 131, 132, 136, 137.

[87] Eam domum tenebat unus ex cardinalibus. V. *Intr. et exit. cam. ap.* n. 108 (1330), f. 68*b*: *Pro claudendo portam contiguam cimiterio, per quam habetur ingressus in domum domini cardinalis infra palatium;* n. 57 (1323) f. 84*b*: *pro operibus palatii Avinionensis et domus olim prepositure, quam inhabitat dominus cardinalis nepos domini nostri* Arnaldus de Via, nimirum antequam proprium sibi constitueret palatium, quod Benedictus XII episcopis Avenionensibus assignavit; cf. paullo post p. 625.

[88] In ea erant camerarius et thesaurarii; v. l. c., n. 30, f. 22*a*, 22*b*. Thesaurarii prius tenuerant *hospitium sacristie* v. l. c., f. 4*b*.

[89] Cf. DUHAMEL, l. c., p. 10, 12; cf. *Intr. et exit. cam. ap.* n. 18 (1317), f. 15*a*: *Hospicia, que erant de preposito b. Marie de Doms iuxta ecclesiam s. Stefani.*

capellis de s. Stephano [90], *ad pingendum capellam inferiorem de s. Stephano* [91], *pro picturis capelle s. Stefani superiori* (!) [92]. At praeterea prope eundem locum, inter palatium et ecclesiam b. Mariae de Doms, tertia sita erat capella s. Ioannis. Id apertissime constat ex hoc loco, quem ex rationibus camerae excerpsi.

*Introitus et exitus cam. apost. n. 92, f. 62*b: « Die XVIII mensis de« cembris *[1328]* tradidimus magistro Arnaldo Escuderii fusterio domini « nostri pape pro lapidibus, lignaminibus, clavis ac gippo et tegulis emptis per « eum et positis tam in domo draparie palatii, quam camera nova contigua « aule domini cardinalis infra palatium, quam in capellis sancti Ste« phani, quam retro tabulariis altarium beate Marie de Miraculis, quam ca« mera domini vicecomitis [93], quam domo gachilis supra portam capelle « sancti Iohannis [94] et quadam terrassia bitumanda et aliis operibus pa« latii et pro salario magistrorum et manobrarum dictorum operum et edifi« ciorum - CXXXVIII lib., X sol., I den. Vienensium. »

Situs vero huius capellae accuratius definitur in litteris [95], quibus Benedictus XII die 17 m. iunii 1336, palatio episcopali romanis pontificibus addicto, aedes cardinalis Arnaldi de Via episcopis Avenionensibus attribuit. In ea enim Pontifex *confrontationes* palatii ita recenset, ut inter ipsum et ecclesiam cathedralem eiusque claustrum dicat *in medio existere* capellam s. Ioannis et cimeterium de Cortina [96].

Posset quis opinari hoc nomine capellae s. Ioannis venisse eo tempore capellam, quam Ioannes anno 1318 ecclesiae cathedrali b. Mariae de Doms adiunxerat [97]. Ac sane cum ea exstructa sit *in parte meridiana iuxta sacrarium* [98], ubi etiam nunc conspicitur, situs in eam plane convenit. Dicitur

[90] *Intr. et exit. cam. apost.* n. 18, f. 61*a*. Expensas factas pro ea capella renovanda, augenda, ad palatium adaptanda habes l. c., n. 18 (1317-18) passim.

[91] L. c., n. 66*b*, 67*a*; cf. huius voluminis pp. 637, 663.

[92] L. c., n. 26 (1318), f. 6*a*. Praeterea n. 18, f. 16*b* habes *ad claudendum arqum capelle parve de s. Stefano et paimentum* (!), *per quam intratur in inferiora capelle de s. Stefano.*

[93] L. c., n. 98, f. 113*a* Arnaldus de Oza vicecomes, unus ex nepotibus Ioannis.

[94] L. c., f. 62*a* die 29 m. augusti *pro satisfaciendo magistris et manobrarum, qui operati sunt in gachili porte capelle sancti Iohannis et palatio;* f. 62*b* die 18 m. novembris *pro edificio muri et camera sive gachili supra portale capelle sancti Iohannis tam pro lapidibus cemento quam aliis;* f. 63*a* die 31 m. decembris, satisfit operariis, qui operati sunt *in opere portalis capelle s. Iohannis;* die 30 m. ianuarii *[1329] pro lapidibus calce et arena positis in muro constructo supra capellam sancti Iohannis;* die 10 m. martii pro *muro cum merletis factis supra capellam sancti Iohannis.*

[95] V. paullo ante p 598, not. 85.

[96] Cimeterium quidem versus orientem sive Trulhatium, capella vero versus occidentem; cf. paullo ante p. 599 et *Intr. et exit. cam. ap.* n. 18, f. 10*b*: *Pro curando simiterio, quos* (!) *est iuxta ecclesiam b. Marie et ecclesiam s. Stefani.* Quare quandoque *cimeterium b. Mariae* appellatur. v. l. c., n. 30, ff. 23*b*, 68*b*.

[97] V. *Intr. et exit. cam. ap.* n. 13 (1318), f. 30 et n. 16 (1319), f. 21*a s.* In ea Ioannes prope sepulcra s. Agricoli et cardinalis Iacobi de Oza sui nepotis sepeliri voluit.

[98] L. c., n. 13, f. 30*a*.

quidem nunc ea capella a s. Iosepho [99]; at vix est dubium, quin ea appellatio non saeculo quarto decimo sed longe serius ei sit indita, cum ille Sanctus studiosius coli inciperetur. Nec obstat, quod ea capella s. Ioannis dicatur munita *gachili*, cum eodem fere tempore *cloquerium* sive turris eiusdem ecclesiae cathedralis tribus instructa sit *gachilibus pro defensione palatii* [100].

Eodem tempore, quo capella s. Stephani reficiebatur et ornabatur, occurrit mentio t u r r i s, de qua paullo ante dixi. *Intr. et exit. cam. ap. n. 13, f. 32*a: « Die VII mensis madii *[1317]* tradidi domino Guillelmo de Cucu« rono pro operibus et edificiis turris super cameram domini nostri et aliis « operibus - C flor. auri. » — Et paullo post: « Die XXI mensis madii tradidi « domino Guillelmo de Cucurono pro operibus et edificiis turris thesauri et « camere domini nostri et aliis domus episcopalis Avinionensis - II^c flor. auri. » De qua quidem turri paullo post [101] redibit sermo.

Circa idem tempus exstructa sive ornata sunt: consistorium novum idque iuxta viridarium [102], quoddam corritorium [103], camera nova consistorii novi [104], studium domini nostri sive studium camere nove consistorii [105], aula parva iuxta studium domini nostri [106], coquina nova [107], turris camerarum secretarum [108].

Paullo accuratius nobis dicendum nobis est de a u d i e n t i a. Putem eam a Ioanne XXII a fundamentis esse excitatam. Nulla enim eius occurrit mentio in assignatione libratarum anni 1316, licet haud ita parum a palatio episcopali distaret. Praeterea paullo post ostendam, eam in extrema versus meridiem parte hospitii elemosinariae sitam fuisse; quo sane loco tunc demum a Ioanne constitui potuit, cum hoc hospitium usibus curiae esset addictum. — Certe anno 1319 in ea audientia exstruenda vel aptanda laborabatur [109], instruebatur banquis, altari, ianua [110].

[99] V. DUHAMEL, *Le tombeau de Iean XXII à Avignon* in *Memoires de l'Académie de Vaucluse*, 1887, p. 2*s*.

[100] *Intr. et exit. cam. ap.* n. 98, f. 76*b*: Die IX m. maii 1329 « pro lignaminibus et « fusta emptis, clavis, loquerio magistrorum fusteriorum operis trium gachilium factorum « supra et iuxta cloquerium ecclesie Avinionensis et positis in taulamento dicti cloquerii « pro defensione hospitii domini nostri, que cum gradariis duobus et hostiis positis in ca« mera defensibili supra portam ascendunt - LXXXIX lib., X sol., IX d. Viennensium. »

[101] V. paullo post p. 700.

[102] *Intr. et exit. cam. ap.* n. 18, f. 26*b*; n. 26, f. 11*a s.* — Praeterea fit mentio *antiqui consistorii* l. c., n. 98, f. 76*a*.

[103] L. c., n. 26, f. 19*b s.*, cf. n. 18.

[104] L. c., n. 26, f. 18*b*.

[105] L. c., f. 26*b s*.

[106] L. c., f. 29*b*.

[107] L. c., n. 18, f. 10*a*, 15*b*.

[108] L. c., n. 54, f. 95*b*.

[109] L. c., n. 30 recensentur opifices destinati f. 5*b ad frangendum rocam ospicii audientie*, f. 7*a ad curandum sollum audientie*, f. 8*a ad ponendum bars ospicii audiencie*, f. 38*a ad cavandum rocam camini* (sive *vie*) *ante audiensie* (!).

[110] L. c., f. 2*a s*.

Atque haec quidem erat audientia sacri palatii, cui anno demum 1330 adiuncta est audientia contradictarum. Legimus enim in libris rationum [111]: « Die XXIII mensis ianuarii *[1330]* pro edificio audiencie contradictarum « faciendo iuxta audientiam palatii Avinionensis, quam edificare de muro la- « pideo tinetur Iacobus Alasaudi lapiscida Avinionensis pro certo pretio, » solvitur nimirum prima eius pretii pars. Hinc saepius repetuntur huiusmodi *solutiones* et quidem paullo post ita ut dicatur: « pro operibus dicte au- « dientie et domus contigue thesaurarie [112]. »

His de tempore Ioannis XXII breviter delibatis, fusius atque accuratius e rationibus camerae eruenda sunt, quae a **Benedicto XII (1334-1342)** [113] sunt constituta.

De **anno 1335** habes in tabulario Vatic., Archiv. Avenion., Introitus et exitus camerae apostolicae, n. 146, ff. 102-107:

*F. 102*a Die quinta mensis maii magister Petrus Peyssonis [114] de Mirapice, deputatus ad faciendum opera edificiorum domus palatii papalis Avinionensis et specialiter pro opere capelle [115] et turris [116] de novo construendis in palatio predicto per dominum nostrum papam, computavit et dixit, se expendisse a die III mensis aprilis usque ad diem primam maii proxime preteritam pro salario magistrorum, manobrarum, calce, arena, palis, banastonibus, piquis, pro loguerio cadrigarum et aliis minutis expensis factis pro aliquibus reparationibus, solvi eidem - LIIII^{or} lib., IIII^{or} sol., IX d. coronatos [117].

*Idem iisdem fere verbis saepe repetitur, ita ut eo anno pro illis aedificiis octo vel novem millia florenorum sint expensa. F. 103*a *ad diem 12 m. iunii habes:* pro operibus capelle, que construitur in palatio papali

[111] L. c., n. 108, f. 69*a*.

[112] L. c., f. 70*b*.

[113] De eo nobis praesto sunt pro anno 1335 n. 146; 1336 nn. 149, 150; 1337 nn. 161, 164; 1338 nn. 170, 171; 1339 nn. 176, 178; 1340 nn. 183, 185; 1341 nn. 187, 190, 191, 192; 1342 nn. 193, 194. Manualia magistri operum v. paullo ante p. 592, not. 67.

[114] Gallice *Poisson;* paullo post *Petrus Piscis* vocari solet.

[115] Capella s. Ioannis inter turres Campanae et Trulhatii.

[116] Paullo post ostendam hoc loco turrim indicari, quae nunc ss. Angelorum appellatur.

[117] *Intr. et exit. cam. apost.* n. 147 exhibet manuale magistri operum anni 1335, lingua provinciali conscriptum. Iuvabit ex eo pauca excerpere.

*F. 1*a « Comte de maestre P. Peysso. — Anno domini millesimo CCC°XXXV memoria « de las hobras faytas per nostre senhor papa, tres dias duiz abriel comencem agitar foras « la terra e la rouha, que era en la plassa, hon se deu far la capela e cavar les fonza- « mens. »

*F. 4*b « Anno domini millesimo CCC XXXV, XXIIII dias duiz abrial comencem a « fondre la guarda rauba de la tesauraria e las privadas e cavar les fonzamentz de la « tor. » — Deinde recenset « maestres peyres, fustiers, frageliers, manobriers, caratiers, » quos occupatos tenebat, adiunctis numero dierum, quibus singulis hebdomadis in opere fuerant, et mercede eis soluta. *F. 13*a « Del mes de may a fondre les mayses e cavar les fonsaments « de la tor. »

iuxta aliam capellam ... [118]; pro opere turris, que de novo construitur in domo dicti palatii iuxta cameram thesaurarie antique.

*Praeterea recensentur pecuniae solutae f. 102*b *die 2 m.* iunii pro reparandis fenestris maioris tinelli, pro reparandis privatis domus de trolhacio et diversis portis et fenestris dicte domus, pro cameris capellanorum; — *f. 103*b *die 14 m. iunii* pro pavimentandis cameris dicti palatii, scilicet domini nostri, que sunt IIII^or et VI aliis recte supra portam introytus maioris; — *f. 105*b *die 7 m.* *octobris* operariis, qui operati fuerunt in latrinis de novo factis et portis factis in introitu viridarii iuxta consistorium [119] pro domino nostro papa, et portis et gradariis factis in turre contigue camere capelle.

De **anno 1336,** l. c., n. 150, ff. 117*a*-123*a*.

Solutiones factae magistro operum ita recensentur, ut opera vage tantum indicentur. Quare speciminis ergo unam solutionem integre referam, ex reliquis vero opera sola excerpam. Expensa sunt eo anno pro operibus et aedificiis fere triginta florenorum millia.

F. 117 Die X m. februarii facto computo cum magistro Petro Pisci magistro operum seu edificiorum domini nostri pape de operibus factis in mense ianuarii proxime preteriti in turre et in capella, que edificantur in hospitio papali Avinionensi, videlicet in lapidibus, calce, arena, lignaminibus, ferro, plumbo, saralhis, vectibus, panis, cardinibus, picturis, salario magistrorum lapiscidarum, fusteriorum, pictorum et manobrarum, et reperto per rationes ipsius magistri Petri, quod expenderat pro operibus dicte turris LXIII flor., VII^cX lib., XVI sol., XI den. coronatos; et pro operibus dicte capelle III flor., V^cXXXVII lib., III sol., I den. cor.; que omnia ascendunt ad summam LXVI flor., MII^cXLVIII lib. cor., solvi eidem magistro Petro dictam summam in MVI^cXCIII flor. auri, V lib. turonensium grossorum, X lib. iulhiatorum argenti, IX sol. coronatis; singulis de MVI^cXXVII flor. pro XIII sol., singulis turonensibus grossis pro XIII den. et singulis iulhiatis pro XII den. obolis cor. computatis, aliis LXVI flor. in sua specie remanentibus.

Praeterea satisfactum est pro pavimentanda capella domini nostri, *inde a mense iunio f. 118*a pro muro viridarii, *f. 118*b pro picturis capelle, *f. 122*b *mense februario an. 1337* pro picturis camere nove contigue dicte turri, vitreis capelle.

De **anno 1337,** l. c., n. 164, ff. 86-90.

*F. 86*a Die XV m. februarii facto computo cum magistro Petro Piscis magistro operum domini nostri pape de expensis factis per ipsum in operibus dicti domini nostri pape, in mense ianuarii proxime preterito, videlicet in lapidibus, calce, arena, ferro, plumbo, salario magistrorum lapiscidarum, fu-

[118] Iuxta capellam sancti Stephani superiorem, quam Ioannes egregie ornaverat; cf. paullo ante p. 599 *s*.

[119] Consistorium utique antiquius Ioannis XXII.

steriorum, manobrarum et pluribus aliis; et reperto per rationes suas, quod expenderat in dicto mense pro operibus turris palacii apostolici Avinionensis, muri consistorii et gradarii, per quod descenditur ad viridarium - III^cXX lib., XII sol., II d. cor.; — et pro operibus muri viridarii - IIII^cLXIX lib., V sol., XI sol. cor.; — et pro vitreis capelle - LXI lib. VIII sol. cor.; — que omnia ascendunt ad summam VIII^cLI lib., VII sol., I d. cor. solvimus eidem magistro Petro dictam summam in MIII^cIX flor. auri, X sol., I d. cor., singulis florenis pro XIII sol. cor*[onatis]* computati [120].

Eadem ratione eo quoque anno singulis mensibus fit computus cum Petro Piscis, quare opera sola perfecta excerpam.

*Satisfit igitur Petro f. 86*a *die 18 m. martii* pro turri [121] et muro exteriori ante turrim [122] et pro pictura turris et copertura plumbea dicte turris et pro studio domini nostri contiguo dicte turri..., pro operibus muri viridarii - *2253 flor.; — f. 86*b *die 8 m. aprilis* pro operibus muri ante audientiam, studii novi iuxta viridarium, picturis turris - *1328 flor. praeterea expenduntur usque ad m. augustum singulis mensibus octingenae librae pro muro viridarii; — die 17 m. maii* pro operibus turris, muri ante audientiam, studii novi, capelle, aule nove [123] et picturis turris - *1480 flor.; — die 12 m. iunii* pro operibus dicte domus et capelle iuxta turrim et in picturis turris et camere magne - *862 lib.; — f. 87*a *die 6 m. iulii* pro operibus domus et coquine iuxta turrem et cavatura et factura gradariorum turris et pictura camere nove - *550 lib.; — die 7 m. augusti* pro operibus domus et coquine iuxta turrem prope audientiam et cavatura et factura gradariorum turris et pictura camere nove - *1005 lib.*

*A mense iulio in locum Petri Piscis succedit Bernardus Canelle; f. 87*b *die 12 m. septembris enim fit computus* cum Bernardo Canelle clerico Narbonensis diocesis pro operibus domus iuxta turrem (!) et muri viridarii et aliis operibus - *1359 lib.; — pro iisdem aedificiis, quibus adduntur*

[120] *Intr. et exit. cam. ap.* n. 160 (1337 ian.-iul.) continet manuale Petri Piscis. *F. 1*a « Anno domini M°CCC°XXXVII° die iovis, que fuit secunda dies mensis ianuarii eguo (!) « Petrus Piscis feci operari in muro consistorii et egredario, quod est iuxta turrim, per « quem (!) homo ascendit ad viridarium et proiciendo terram et cavando ripam *[l. rupem]* « in dicto mense ianuario, in quo fuerunt XXIII dies operantes. » — *In iis, qui secuti sunt mensibus, fecit operari f. 5*a *m. ianuario* in muro viridarii, *f. 10*a *m. februario* in muro « consistorii et in studio domini nostri pape et in muro, qui fit ante audientiam et cavare « rupem; *f. 26*a *m. martio* in turri et in muro, que fit ante audientiam et in studio do« mini nostri pape, *f. 44*a *m. aprili* in turre d. et camera nova et in muro, que (!) fit ante « audientiam ac etiam in studio novo; *f. 65*a *m. maio* in muro ante audientiam, capella « nova, coquina nova et pro picturis camere nove, *f. 73*a *idem ita recensetur:* in domo « et capella iuxta turrem et in picturis turris et camere magne; *f. 83*a *m. iulio* in muro, « que fit ante audientiam et in nova coquina et in egredario, per quem descenditur ad crotam « inferiorem turris domini nostri; *f. 91*a *idem his verbis:* in domo et coquina iuxta turrem « prope audientiam et pro gradariis turris. »

[121] Turris ss. Angelorum.

[122] Putem eumdem indicari murum, qui paullo post *murus ante audientiam* dicitur.

[123] Fortasse intelligitur aula, quae paullo post *aula ante primam portam* appellatur.

opera fundamentorum *solvuntur die 6 m. octobris 1107 flor. et 724 lib.; — die 2 m. novembris solvuntur* pro pictura correctorii viridarii, destructione correctorii antiqui, mundatura viridarii et cimiteri b. Marie [124] - *527 lib. et 875 flor.; — f. 88*a *die 2 m. decembris* pro mundatura et fundament*[o]* hospitalis iuxta palatium et palatii muri prope coquinam et consistorium - *364 lib. et 336 flor.; — die 2 m. ianuarii satisfit operariis*, qui operantur in correctoriis viridarii et faciunt fundamenta edificiorum.

F. 88a Die XX novembris Petro Folcaudi et Ioanni Capelerii lapiscidariis de Avinione, qui pro precio III flor. cum dimidio auri construunt aulam seu tinellum [125] palatii apostolici Avinionensis, pro canna qualibet cadrata, solvimus eisdem in diversis vicibus - MIIII^c flor. auri.

Eodem die Lamberto Fabri, Martino Guinaudi, qui pro precio CXLIII flor. auri destruere ac diruere debent cameram antiquam domini nostri pape et muros correctorii antiqui, solvimus - LXXXIII flor.

F. 88b Eodem die Iacobo Bayrani fusterio Avinionensi, qui pro precio III^{c}L flor. auri coperire et operare de fustibus aulam sive tinellum palacii apostolici tenetur, solvimus eidem - LXXX flor. auri.

Eodem die Petro Gauterii fusterio de Avinione, qui pro precio L lib. cor*[onatarum]* coperire debet de fusta caput correctorii, quod est versus audientiam et operare, solvimus eidem - XL flor. auri.

Eo igitur anno 25,729 flor. auri, 2972 regales, praeter paucas quasdam aliorum nummorum summas, in aedificia exstruenda sunt impensa.

De **anno 1338**, l. c., n. 170, ff. 92-97 (plura folia numeris carent).

Prioribus mensibus eadem, qua anno proxime elapso, ratione recensentur pecuniae per singulos menses magistro operum solutae, ita tamen ut confuse « pro operibus domini » *dicantur expensae. A mense iulio singula paullo distinctius indicantur.*

*Satisfit igitur f. 93*a *die 1 m. iulii* pro operibus... factura gradarii, per quod descenditur a coquina ad puteum viridarii [126], structura muri, ubi fit turris latrinarum [127], portatura terre, que erat in viridario, ubi est pratum ac certis aquois ac cordis pro dicto puteo; — *die 26 m. iulii* pro operibus aule [128] constructe de novo ante primam portam palatii apostolici Avinionensis per Iohannem Folcaudi, Iacobum Alasaudi, P. Audiberti, Petrum Capelerii et Bernardum de Ganiaco lapiscidarios Avinionenses, que aula cum turella [129] ac duobus portalibus et fornellis duobus capitellis muri versus ecclesiam beate Marie fundatis et precedentibus eidem aule sese tenentibus, continet in summa cum bardatura, merletis, barbacanis

[124] Cf. de eo DUHAMEL, *Les origines du palais des papes*, p. 72; cf. paullo ante p. 600.
[125] V. paullo post p. 607, not. 135.
[126] Alius puteus in claustro septemtrionali situs erat, v. paullo post p. 610, not. 156.
[127] Turris, quam nunc La Glacière appellant, v. paullo post p. 676.
[128] Putem indicari partem palatii Benedictini meridionalem; cf. paullo post p. 676.
[129] Qualis nunc circa eundem locum in palatio Clementino conspicitur.

et dictis turella et portalibus MXLI cannas, sex palmos cum dimidio. — *F. 93*b *Die 1 m. augusti satisfit* pro fundamento capelle viridarii [130] ac bardatura garderaube inferioris domini nostri . . .; *die 1 m. septembris* pro coopertura aule nove ante primam portam et gradarii ante celarium. — *F. 94*a *Die 1 m. octobris solvuntur* pro destruendo cameram antiquam et claustrum ei contiguum ante portam maiorem palatii - LX flor. in partem solutionis; pro faciendo fundamento aule [131] a capite versus coquinam usque ad consistorium ante latrinas XXX flor.; et pro destruendis hospiciis, que erant inter coquinam veterem et consistorium, et aliis hospiciis, que sunt extra usque ad tinellum parvum, ubi dominus noster consuevit comedere, excepta sacristia, LXIII flor., VI sol., VI d. . . . ; et pro IIII^{or} acoas [132] (!) factis in fundamento tinelli a parte viridarii in ruppe XXX flor. . . . , *et* pro pavimento in camera seu gardarauba, que est inter duas portas maiores palatii, precio X flor. . . .; et pro removendo terram a maiori porta palatii usque ad sacristiam ante consistorium, precio X flor. . . . ; pro coopertura tecti aule ante portam maiorem palatii, in qua sunt CXXIX canne et V palmi . . . ; pro destruendo cameram supra consistorium et pro mundando eandem XL flor. in extimationem maioris summe.

*F. 94*b *Die 9 m. octobris* pro operibus coperture tinelli supra consistorium et porticus ante dictum tinellum . . . . Die X octobris facto computo cum I. Mata, Bertrando Galfuer et Petro de Lunello, qui debent facere muros consistorii novi, capelle et turris [133], que sunt a parte viridarii, ad rationem II flor. cum dimidio pro canna quadrata muri dictorum consistorii et turris, et II flor. minus quarto pro canna quadrata muri capelle, computatis MVIII^{c}L flor., quos habuerunt a die prima ianuarii citra, et computatis CL flor., quos hodie tradidimus eisdem, solvimus II^{M} flor. . . . Pro fractione secunde porte et passatorio desuper ac etiam gardarauba contigua super portam consistorii. — Eadem die Bertrando Galfuer pro VI cannis de muro, quas fecit cum Petro Audeberti in muro turris antique, que est a parte hospicii domini Regensis episcopi [134], ad rationem II flor. pro canna quadrata, solvimus XII flor.

[130] Fortasse intelligitur capella, quae nunc s. Ioannis dicitur.

[131] Id est consistorii novi et tinelli magni.

[132] Cf. paullo post pp. 621, 678.

[133] Turris, quae paullo post turris latrinarum sive privatarum, nunc La Glacière dicitur. Consistorium novum partem inferiorem, tinellum partem superiorem earum aedium constituebant, quae inter turres Trulhatii et s. Ioannis sitae sunt. Capellam eam putem hic indicari, quae in inferiori parte turris s. Ioannis sita, paullo post capella consistorii appellabatur, nunc capella s. Ioannis dicitur.

[134] Mortuo Arnaldo episcopo Regensi (Riez in Provincia) Gaufridus Isnardi ab episcopatu Cavallicensi die 17 m. augusti an. 1334 ad Regensem translatus est (*Regest. Vat. Ioannis XXII, Commun.* an. 18, 1 p., epist. 1104), in quo plurimum corrigenda est Gallia Christiana. Fungebatur is in curia munere *physici domini pape*, praefecti capellae secretae, eleemosynarii pro eleemosyna secreta. V. (Marini), *Degli archiatri pontificj* I, 51 *s.*; II, 29. Deinde in libris rationum (1335-1348) in capite *de elemosina* recensentur singulis mensibus centeni florini ei traditi, *mandato* pontificis, *pro elemosina pauperibus verecundantibus facienda* sive *pro elemosina secreta.* Alter eleemosynarius pontificis erat is, qui

*F. 95*a *Die 23 m. octobris* pro faciendo meiano in tinello [135] ante portam maiorem palatii.... Item pro bardatura turelle [136] capitis tinelli ante portam maiorem, in qua sunt XV canne, III palmi cum dimidio, ad rationem III sol. pro canna, solvimus LVII sol., VI d. in III flor., XI sol..... Ultima octobris pro faciendis tribus portis lapideis in muro *[et]* una fenestra in camera capellanorum; que quidem porte facte fuerunt in muro latrinarum novarum.

Die 3 m. novembris solvuntur 300 flor. lapicidis paullo ante ad diem 10 m. octobris recensitis, qui ex certo pacto inhito cum eisdem faciunt muros tinelli, consistorii, capelle et turris, ubi sunt latrine. — *Fere idem habes ad diem 23 m. novembris et 6 m. decembris:* pro operibus tinelli, consistorii et turris, ubi sunt private...; qui faciunt tinellum, capellam et turrim, que sunt a parte viridarii.

Praeterea die 3 m. novembris solvuntur pecuniae pro XXXVI dietis fusteriorum ad faciendum gardaraubam domini nostri in camera bassa iuxta consistorium - IIII lib....; *die 28 m. novembris* Raymundo Bausani, qui ex certo pacto destruit pro LX flor. solarium consistorii...; *penultima die m. novembris* pro solario tinelli ac copertura, qui est ante maiorem portam palatii et pro porticu.

Praeterea satisfit die 1 m. decembris operariis, qui debent extraere terram et mundare plateam iuxta portam maiorem palatii a parte exteriori.

Deinde satisfit die 6 m. decembris pro dirutione deambulatorii, quod erat iuxta gradarium antiqum.... Die XVI decembris Poncio Guioti, Bernardo Guafuelh et Iacobo Vasconis, qui construunt porticus sive claustrum palatii de muro, ex certo pacto, videlicet ad rationem I flor. auri pro canna qualibet quadrata, solvimus XL flor..... Die XVI decembris G. Teulerii, qui coperuit pontem, qui est iuxta magnam aulam [137], que est ante portam maiorem et reparavit terraciam, pro IIII^or dietis - X sol., VIII d..... Die XXVIII decembris G^e Salvi, R. Chabaudi ac Martino Grivart, qui destruunt hospitium versus carreriam beate Marie [138] et debent destruere usque ad turrim [139] iuxta capellam novam [140], pretio LX flor., solvimus pro parte dicti pretii

in iisdem libris dicitur *administrator hospitii elemosine pinhote domini nostri pape* - tempore Benedicti *dominus Geraldus Latremoliera*, - qui plane immensas largitiones in pauperes profundebat; cf. *Intr. et exit. cam. ap.* n. 171, f. 105*a*. Ad hunc administratorem hospitii eleemosynae potius quam ad eleemosynarium pro eleemosyna secreta maxima ex parte referenda esse opinor, quae leguntur in *Avisamentis de officiis curiae* anni 1409 apud MURATORI, *Scriptores rerum italic.* III, 2 p., 822. — Gaufridus munera sua continuasse videtur usque ad annum 1348, quo Avenione decessit.

135 V. paullo ante p. 605, ubi aula appellatur.

136 V. paullo ante p. 605.

137 V. paullo ante p. 605.

138 Ea via iuxta partem occidentalem palatii, tunc domibus consitam, versus ecclesiam b. Mariae de Doms protendebatur; cf. tab. III et IV, n. 55.

139 Turris Campanae antiquior sive *cloquerium* palatii; cf. *Intr. et exit. cam. ap.* n. 80, f. 21*b*; et huius voluminis p. 680.

140 V. paullo ante p. 675.

X flor. . . . Item Suffredo Lers pro medio gippeo facto in aula nova, ubi nunc est consistorium, quod *[meianum]* fuit postea dirutum, in quo erant sex canne et ultra, solvimus XV sol. . . . *Die eadem satisfactum est* pro uno lapide pro altari capelle [141], que est iuxta consistorium novum, longitudinis X palmorum et latitudinis V palmorum, - VI flor.

De **anno 1339**, l. c., n. 178, ff. 96-132.

F. 96 Satisfactum est die 23 m. ianuarii pro factura pontis novi, per quem intratur ad cameram domini nostri, cum clausura gradarii et duabus portis dicti palatii . . .; fusterio pro quibusdam parabandis positis de fusta in decensu gradarii per eum facti, per quod descenditur ad thesaurariam secretam et pro factura unius porte per eum facte in decensu gradarii iuxta predictam thesaurariam, per quod descenditur ad viridarium domini nostri pape - XII sol. . . .; *f. 97*a *per die 8 m. februarii* pro CXI barris ferreis pro fenestris consistorii. — *Saepe fit mentio pecuniarum impensarum* ad opus edificii domus pinhote, *procul dubio a palatio distinctae* [142].

*F. 99*b Die XVIII dicti mensis *[martii]* soluti sunt Petro Guioti, Bernardo Gafuer, Iacobo Gasqui, Henrico de Montepessulano et Raymundo Duranti magistris lapidum pro factura LXXXVI cannarum et III palmorum de pilaribus et arcubus claustri palatii [143] domini pape a parte consistorii et viridarii domini pape, ad rationem I flor. auri pro canna qualibet. Item pro factura quinque cannarum et V palmorum cum dimidio cuiusdam archus cum pilari et boquetis desuper, contigui capelle domini pape subtus sacristiam [144], ad rationem unius floreni auri cum dimidio pro canna qualibet - LXXXXIIII flor. auri, XII sol., de qua summa solvit prenominatis magistris dominus Avinionensis episcopus XL et dominus Iacobus de Broa LIIII flor., XII sol. monete currentis. — *F. 101*a *Die 27 m. martii satisfit* pro factura porte lapidee per eum facte . . . in capite sacristie et deambulatorii [iuxta introytum sacristie], per quam intrat capellam dominus noster . . .; pro quodam honere molse [145] ab eodem empto ad ponendum subtus barres deambulatorii a parte tinelli et viridarii - III sol. . . .; eadem die pro dirutione latrinarum antiquarum palatii domini nostri pape per eos facta a parte viridarii domini nostri pape, iuxta conventionem habitam pro ipsis latrinis diruendis cum camera - XXV flor. auri . . .; pro XV^M tegulis emptis pro coperiendis tectis tinelli et deambulatorii palatii papalis a parte viridarii domini nostri pape, ad rationem II flor. auri pro miliari quolibet, - XXX flor. auri.

[141] Capella, quae nunc s. Ioannis Bapt. appellatur, cf. paullo ante p. 606 et paullo post p. 678.

[142] Cf. Achard, *Dictionnaire historique des rues et des places publiques de la ville d'Avignon*, p. 123 *s.*

[143] Id est pro deambulatorio orientali claustri.

[144] Ea sacristia procul dubio sita erat circa *chorum* capellae magnae s. Ioannis Bapt. aut ex parte Trulhatii, aut, quod mihi quidem videtur vero similius, ex parte *claustri* sive meridiana.

[145] In n. 177, f. 97*a* legitur: *pro onere sive fayh de mossa.*

*F. 104*a *Die 19 m. aprilis satisfactum est* pro molsa ad ponendum subtus bartet deambulatorii palatii domini pape a parte tinelli et consistorii.

*F. 106*a Die VII dicti mensis *[maii]* soluti sunt Raymundo Guiraudi et Guilelmo Teulerii pro dirutione parietum et murorum antiquorum, qui erant in claustro palatii iuxta sacristiam et pro terra et lapidibus per eos extractis de dicto loco et portatura supra rupem b. Marie de Domps [146], iuxta conventionem habitam cum camera - VIII flor. cum dimidio in IX sol..... *Die 12 m. maii* pro postibus *[Arelati]* emendis de mele seu tabulis pro faciendis fenestris tinelli, consistorii et deambulatorii palatii .... *F. 106*b Die IX dicti mensis *[iunii]* soluti sunt Gulelmo Salvi et Gauterio Viaudi pro dirutione deambulatoriorum palatii antiqui domini nostri pape a parte putei et camere domini Petri de Fractis per eos facta - VI flor. auri .... *Satisfactum est* Iacobo Iudeo giperio pro salario et labore suo ... facto in quadam clausura de gippo, que est in tinello domini pape in capite gradarii, per quod descenditur ad coquinam, et pro quodam cimassio seu ramada facta in dicta clausura circumquaque cum quodam fornello - XIII sol., II d.

*F. 110*b *Die 22 m. iunii satisfactum est* massoneriis ... qui reparaverunt murum capitis consistorii, qui non erat de spicitudine alterius muri.... *F. 112*a pro CC^cLXXXII cadrigatis bresilhi extractis cum cadrigis suis de platea, que est ante ianuam viridarii domini nostri pape a parte marestalle [147] domini nostri pape ...; pro XIII cadrigatis... de platea cancellorum [148] domini pape iuxta audientiam ...; de platea trolhasii ante ianuam viridarii domini pape .... Die VIII mensis predicti *[iulii]* soluti sunt Martino Guiraudi e Iohanni Galafredi, facto primitus finali computo cum eisdem de receptis per eos tam a domino Avinionensi quam a domino Iacobo de Broa thesaurariis, pro dirutione parietum seu murorum antiquorum palatii domini pape a parte domini Regensis episcopi [149] per eos facta, pro quibus parietibus diruendis debebant habere - LXX flor. auri.

*F. 116*a *die 1 m. augusti* pro III^cLXXIIII cadrigatis de bresilho extractis... de platea cancellorum ante audientiam [150] domini pape...; pro VI^cXLVI cadrigatis de platea, que est apud trolhasium ante ianuam viridarii ...; pro XXX barralis aque pro facienda mescla morterii ad opus ayguerii consistorii ....

[146] (DUHAMEL), *De l'origine du mot Doms.* Avignon 1883, p. 24 eam vocem derivat a *domus* (Dôme, Duomo, Dom) id est ecclesia cathedralis.

[147] Id est versus orientem a turri Trulhatii.

[148] Duo imprimis commemorantur cancelli (cf. de iis paullo ante dicta p. 597), alii ex parte Peyroleriae iuxta audientiam et turrim papalem sive ss. Angelorum siti, qui quandoque cancelli domini nostri papae appellantur (cf. huius voluminis pp. 613, 617, 618, 622, 686); alia versus ecclesiam b. Mariae de Doms et turrem Campanae; v. paullo post p. 629 et *Collectoriae* n. 462, f. 46*a s.*

[149] Cf. paullo ante p. 607, ubi illud idem hospitium dicitur esse iuxta *carreriam b. Marie.*

[150] Procul dubio audientia antiquior Ioannis XII intelligitur, quae anno 1347 diruta est; cf. paullo post p. 638.

*F. 116*b *Die 7 m. augusti* facto finali computo pro recoperiendis tectis tinelli magni [151] et turris capelle [152] palacii domini pape a parte viridarii eiusdem domini nostri pape, fuit repertum, quod in recopertura dicti tinelli fuerunt CLVI canne cadrate, item in copertura dicte turris XVI canne, I palmus cadrati, pro quibus debentur eisdem, ad rationem II sol. pro canna qualibet - XVII lib., IIII sol., III d..... Pro XXIIII dietis manuperariorum, qui extraxerunt terram de quodam loco contiguo capelle s. Iohannis [153] prope ecclesiam b. Marie de Domps et diruerunt quendam murum antiqum contiguum ipsi capelle - XXIIII sol.

*F. 117*a Item X mensis augusti soluti sunt Bertrando Gafuelh lapiscide pro CLXII cannis, I palmo cadratis de bardamento tam aule magne seu tinelli, quam deambulatorii palacii domini pape a parte viridarii per eum factis seu alium eius nomine, ad rationem III sol. pro canna qualibet; et pro XIIII cannis et III palmis cadratis de bardatura factis in duabus capellis [154], videlicet consistorii et tinelli predicti, ad rationem predictam pro canna qualibet - XXVI lib., IX sol., V d. ob.

Eadem die soluti sunt Bernardo Narbonnensi lapiscide pro constructione sedilium consistorii factorum per eum, iuxta conventionem habitam cum camera - XV flor. auri de Florentia.

*F. 118*a Die XVI dicti mensis soluti sunt Iohanni Anglici lapiscide pro factura LI cannarum cum dimidia bardature consistorii palatii domini pape, ad rationem IIII sol. monete currentis pro canna qualibet - X lib., VI sol.

*F. 118*a *Die 17 m. augusti* pro cavatura sex cannarum, III palmorum et unius quarti de rupe fundamenti muri palatii contigui carrerie b. Marie Avinionensis [155]; et pro cavatura VI cannarum, III palmorum et dimidii carti unius palmi cadratorum ex omni parte de rupe claustri palatii domini pape iuxta puteum in parte occidentali [156]; et pro cavatura VI cannarum, unius palmi de rupe claustri predicti iuxta supradictam cavaturam; et pro cavatura II palmorum rupis claustri ... [157] LII flor. auri .... Pro diruendo quandam crotam subtus aulam antiquam a parte tinelli domini camerarii ... [158]. *F. 118*b *Die 22 m. augusti* pro coopertura LV cannarum et II palmorum cadratorum claustri seu deambulatorii contigui magno tinello palatii de tegulis et lausis ...; pro factura duorum meianorum gippi per eum factorum in camera domini pape, in qua solebat tenere dominus noster consistorium, - XIX flor. auri.

[151] Tinellus magnus supra consistorium in orientali parte palatii constitutus.

[152] Putem indicari turrim, quae nunc s. Ioannis dicitur; quippe quae capellas consistorii (v. paullo ante p. 608, not. 141) et tinelli (v. paullo post p. 611, not. 164) contineat.

[153] Hoc referendum censeo ad capellam palatii maiorem inter turres Trulhatii et Campanae sitam.

[154] Sitis in turri s. Ioannis; cf. s. paullo ante not. 152.

[155] V. paullo ante p. 607, not. 138. — In n. 177, f. 114*a* legitur: *pro fundamento muri palatii, qui murus fit a parte carrerie, qua itur versus b. Mariam de Domps.*

[156] Habes eum puteum in tabulis III et IV indicatum; cf. paullo post pp. 612, 623.

[157] In n. 177, f. 114*a* legitur: *rupis consistorii.*

[158] V. paullo post p. 678.

Die XXV dicti mensis *[augusti]* soluti sunt Petro Gerroti lapiscide de Bonhis, Aquensis diocesis, pro structura altaris capelle consistorii [159] domini pape - II flor. auri de Florentia, X sol.

Die XXVIII mensis predicti soluti sunt Raymundo Duranti de Biturrita lapiscide, recipienti pro se et nomine Iacobi Gasqui, Bernardi Gafuer et Henrici Mercerii lapiscidarum, pro factura XXIIII cannarum cadratarum cum uno quarto palmi de sostrachio facto per eosdem subtus sacristiam domini nostri, ad rationem unius floreni auri cum III quartis floreni pro canna qualibet; et pro factura L cannarum de pilaribus et arcubus claustri palacii domini pape, ad rationem unius floreni auri pro canna qualibet, a parte consistorii - XCII flor. auri et medium turonensem argenti.

F. 120 a Die V dicti mensis *[septembris]* soluti sunt Iohanni Mauserii de Carnoto pro XI^MIII^cL banastonibus terre et bresilhi, quos asseruit se fecisse extrahi de fundamento turris [160], que construitur iuxta ecclesiam sancti Iohannis [161] et de diversis locis aliis infra dictum palacium, ad rationem XII den. pro centenario quolibet, quorum summa est - CXVI sol., VII d. . . . .

Die XIIII dicti mensis soluti sunt Rostagno Aurucii de Rupeforti recopertori tectorum pro copertura turris latrinarum [162] de tegulis et lausis, ferratura et caussamento duarum turrium [163] de lapidibus, in qua copertura sunt XX canne cadrate et medius palmus, computata canna qualibet pro II sol. monete Avinionensis, exceptis ferratura et causamento, qui non computantur in numero cannarum supra, pro toto - LV sol.

F. 123 a Die XIIII dicti mensis *[octobris]* soluti sunt Petro de Proys vitrerio pro quinque vitreis factis per eum in capellis consistorii et tinelli magni [164] palatii domini pape - LXXV lib. monete currentis . . .; *eidem* vitrerio pro reparatione vitrearum capelle domini pape - I flor. auri.

Die XV dicti mensis *[octobris]* soluti sunt Petro Gauterii fusterio de Avinione, facto primitus finali computo cum eodem, de recepto per eum tam a domino Avinionensi episcopo quam a domino Iacobo de Broa thesaurariis, pro infustatura consistorii et magni tinelli cum deambulatoriis contiguis palacii domini pape per eum facta seu alios eius nomine, pro qua infustatura debebat habere IIII^cL flor. auri, iuxta conventionem habitam cum camera, ultra CX flor. auri a dicto domino Avinionensi episcopo receptos - III^cXL flor. auri.

F. 124 a Mense septembri: Item pro LI barris ferreis positis in turri et aula palatii domini pape, a parte tinelli domini camerarii, ponderis II^MXII lib., I carti ferri . . . . Die XVI m. octobris soluti sunt Petro Salvati de Avinione

[159] Cf. paullo ante p. 606, not. 133. In n. 177, f. 115*b*: *consistorii novi*.

[160] Indicatur turris Campanae, cf. paullo post p. 679.

[161] Eo nomine veniebat tunc capella palatii maior inter turres Trulhatii et Campanae sita; cf. paullo post p. 675. — In n. 177, f. 117*a*: *iuxta ecclesiam s. Iohannis prope ecclesiam b. Marie de Domps*.

[162] Cf. paullo ante p. 605.

[163] Opinor indicari turres, quae nunc La Glacière et s. Ioannis dicuntur.

[164] Utrisque in turri s. Ioannis sitis, quarum illa inferior nunc s. Ioannis, haec superior s. Martialis appellatur.

pro dirutione parietum aule et coquine antiquorum palatii domini pape per eum facta, pro quibus parietibus diruendis debebat habere a camera LXX flor. auri.

F. 125 b Die V dicti mensis *[novembris]* soluti sunt Bernardo de Albussone lapiscide pro bardatura crote supreme turris [165] capelle parve, contigue tinello palacii domini pape a parte viridarii eiusdem, in qua sunt IX canne cadrate, ad rationem IIII sol. monete currentis pro canna qualibet - XXXVI sol.

F. 126 a Die X dicti mensis soluti sunt magistro Iohanni Mathe lapiscide pro constructione seu factura coquinarum [166] cum fornello magno palacii domini pape per eum factarum iuxta turrim latrinarum, facto primitus finali computo de receptis per eum a camera domini pape, pro quibus coquinis et fornello faciendis fuerunt eidem Iohanni promissi - CXC flor. auri.

Eadem die soluti sunt Iohanni Calhe lapiscide pro constructione cuiusdam crote per eum facte subtus solum coquine predicte contigue turri latrinarum et bardatura desuper, iuxta conventionem habitam cum camera - IX flor. auri.

Eadem die soluti sunt dicto Iohanni Calhe pro quinque cannis cadratis bardature ibidem factis per eum, videlicet in introytu ipsius coquine a prima ianua a parte claustri et sacristie usque ad bardaturam solii coquine predicte, ad rationem IIII sol. monete currentis pro canna qualibet - I flor. auri.

Eadem die solutus fuit eidem Iohanni pro sostrachio cuiusdam pilaris, quod est subtus crotam predictam, in domo, ubi tenentur ligna domini pape - I flor. auri.

Eadem die soluti sunt dicto Iohanni Calhe pro boiatura seu clausura cuiusdam archus ibidem contigui turri [167] et coquine predictis, in pariete seu muro antiquo palacii predicti, iuxta conventionem habitam cum camera - II flor. auri, X sol. in ob. regis Roberti.

F. 126 b *Die 12 m. novembris* pro cavatura XIX cannarum . . . rupis claustri iuxta penus capelle magne et etiam a parte putei [168] circum medium platee ipsius claustri - LIII flor., V d. ob.

Die XV mensis predicti *[novembris]* de mandato domini camerarii, massoneriis, manuperariis, portitoribus aque, fusteriis, fragelariis et aliis personis infrascriptis, qui fuerunt et laboraverunt ad extinguendum ignem, qui fuit in nocte proxime preterita in palacio domini nostri pape [169], portando aquam supra edifficium et lapides et morterium ad claudendum ianuas ipsius palatii et defen*[den]*do palatium cum aqua et aliis rebus necessariis, prout sequitur. - Et primo massoneriis, quibus satisfactum est pro media dieta, videlicet cuilibet XV d. . . ..

[165] Turris nimirum, quae nunc s. Ioannis dicitur.

[166] Ea coquina tunc sacristiâ capellae maioris, domo Trulhatii, turri latrinarum, consistorio magnoque tinello concludebatur.

[167] Turris latrinarum (La Glacière).

[168] Cf. paullo ante p. 610, not. 156.

[169] Igne consumpta erat coquina secreta prope turrim ss. Angelorum sita; cf. paullo post p. 617 et BALUZE, *Vitae pap. Avenion.* I, 204.

F. 128 b *Die 17 m. novembris satisfactum est* manuperariis, qui fuerunt per mediam diem in viridario domini pape extrahendo clavos de fusta combusta et ponendo ad partem fustam combustam ... *Die 22 m. eiusdem* pro factura cuiusdam muri facti inter coquinam et domum trolhasii .... *F. 129* a *Die 27 m. eiusdem emuntur ligna* ad opus deambulatoriorum palatii; *ac f. 130* a *die 30 eiusdem m. ligna* ad opus aule nove palatii domini pape, que edificatur a parte tinelli domini camerarii eiusdem domini nostri et Regensis episcopi ...[170] *praeterea* ad opus deambulatoriorum claustri.

F. 130 a *Die 1 m. decembris pro* ponendo quandam fenestram ferream cum gippo in quadam portaleria seu fenestra, que est in coquina domini nostri iuxta turrim latrinarum .... *Die 15 m. eiusdem pro lignis* ad opus aule nove, que fit a parte domini Regensis episcopi ...; pro deambulatoriis palatii a parte viridarii domini nostri .... *F. 130* b *Die 17 eiusdem m.* solvimus ... pro factura maianorum gippi per eum factorum in camera porteriorum prime porte palatii domini prope thesaur*[ariam]*[171] et clausure gippi latrinarum domini pape contiguarum turri magne[172], iuxta conventionem habitam cum camera - IIII flor. auri ...; *praeterea* pro copertura terrassie palatii, que est a parte cancellorum[173] domini pape.

F. 131 a Eadem die *[17 m. decemb.]* soluti sunt Petro Ricavi fusterio de Avinione pro duabus duodenis cum dimidia de Remis pro sindriis faciendis ad opus crote inferioris turris palacii domini nostri pape, que fit a parte tinelli domini camerarii, ad rationem XXX sol. pro duodena qualibet - LXXV sol. in III flor. auri, XIII sol., VI d. in ob. de Francia, singulis florenis pro XX sol., VI d. monete currentis computatis.

Die XXIII dicti mensis soluti sunt Guillelmo de Doma et Iohanni Fabri pro dirutione parietum seu murorum antiquorum deambulatoriorum palatii contiguorum capelle magne domini nostri, iuxta conventionem habitam cum camera - XXI flor. auri.

Die 24 eiusdem m. pro tribus archis lapideis et cornaleriis deambulatoriorum palatii domini pape, ad rationem VII flor. auri cum dimidio pro archu quolibet - XXII flor. auri cum dimidio in X sol.

F. 131 b Eadem die *[24 m. decembris]* soluti sunt Iacobo Gasqui et Raymundo de Biturrita magistris lapidum pro IIII^or^ cannis pilariorum et archuum claustri palacii ante sacristiam et XI cannis et VI palmis de buieto, per eos factis iuxta sacristiam predictam et magnam capellam, ad rationem unius floreni auri pro canna qualibet - XV flor. auri, XV sol. monete currentis.

F. 132 b *Die 4 m. ianuarii (1340)* pro solo latrinarum palatii a parte magne turris.

170 Quae a turri Campanae ad Campanile iuxta carreriam b. Mariae protenditur.
171 Quae thesauraria in turri ss. Angelorum erat sita.
172 Id est turri ss. Angelorum.
173 Cf. paullo post p. 609, not. 148.

Summa universae pecuniae expensae eo anno pro operibus et aedificiis: 5126 flor. de Florentia, 230 flor. Pedemont.

De **anno 1340** l. c. n. 185, ff. 93.

*F. 93*a *Satisfactum est* pro fenestris aule nove et turris [174] palatii a parte domini Regensis et beate Marie de Domps...; *pro ferris mense octobri et novembri anni proxime elapsi* positis tam in palatio quam in domo contigua audientie. - *Persaepe fit mentio de pecuniis solutis pro lignis* ad opus aule et turris palatii domini pape a parte dominorum camerarii et Regensis episcopi; *praeterea* pro deambulatoriis viridarii. — *F. 94*a *Die 26 m. ianuarii emitur* gippum pro faciendis deambulatoriis superioribus contiguis aule palatii domini nostri pape a parte tinelli domini Regensis episcopi.

*F. 96*a *Die 6 m. februarii* pro factura cuiusdam pilaris cum archu et gradariis desuper, que dicta gradaria sunt in capite gradarii, per quod descenditur de tinello magno domini pape ad coquinam; *die 9 eiusdem m. emptum est* gippum . . . pro faciendis quibusdam meianis de dicto gippo supra coquinam iuxta turrim latrinarum palatii domini nostri . . .; *die 11 eiusdem m.* satisfactum pro bardamento prime crote turris nove [175] palatii domini nostri, pape, contigue capelle sancti Iohannis [176], a parte tinelli domini camerarii; in quo bardamento sunt XVII canne, IIII palmi cum dimidio cadrate, ad rationem IIII sol. monete currentis pro canna qualibet, - LXX sol.

*F. 96*b *Die 16 m. eiusdem fit computus* pro quodam muro [177] contiguo capelle magne domini nostri per eos facto, qui est inter deambulatorium et dictam capellam, durante a quadam porta finis capelle usque ad sacristiam, in quo muro a fundamento usque ad summitatem eiusdem sunt in universo LVIII canne quadrate . . .; pro XLVIII cannis quadratis de muro deambulatorii propinqui capelle magne, computando tam de arcubus, pilaribus, fenestris et portis cavum pro pleno...; *die 19 eiusdem satisfactum est* recopertoribus tectorum *destinatis* ad coperiendum tectum de tegulis aule nove palatii contigue carrerie beate Marie de Domps a parte tinelli Regensis episcopi.

Die XX dicti mensis [februarii] facto computo cum magistris Petro de Lunello, Iohanne Matha, Iacobo Alisaudi, Petro Clari, Petro Audiberti, Iohanne Englici et Bertrando Gafuelh lapiscidis de muris aule nove palacii contigue carrerie beate Marie de Domps per eos factis, videlicet tam a latere dicte carrerie quam a latere interiori palatii seu claustri, a fundamento usque ad dormientes, quam a capite dicte aule contiguo turri nove usque ad signum ibi positum sunt in summa - III^c^XLV canne, II palmi cadrati, valent, ad rationem II flor. auri pro canna qualibet - VI^c^XC flor. cum dimidio auri.

Item et pro factura cuiusdam muri facti in medio dicte aule, in qua erit studium domini nostri pape, a fundamento usque ad solarium, in quo muro

[174] Turris Campanae.

[175] Turris, quae nunc Campanae dicitur.

[176] Id est capellae inter turres Trulhatii et Campanae sitae.

[177] Habes eum indicatum in tabula III.

sunt XXXVIII canne, duo palmi cadrati, valent ad rationem I flor. auri pro canna qualibet - XXXVIII flor. et I cart.

Item et pro bardamento et buietis lapideis per eos factis in dicta aula (97[a]) a parte carrerie beate Marie de Domps, tam a parte interiori palacii, et inferiori quam etiam superiori; in quibus sunt CXXIIII canne, IIII palm. et III cart. cadrata; valent in summa, ad rationem XX sol. monete currentis pro canna qualibet - CXXIIII lib., XI sol., X. den. ob. cor.

Summa predictorum murorum cum barbacanis et buietis aule predicte est VII^cXXVIII flor. auri et III cart., CXXIIII lib., XI sol., X den.

F. 97 a *Die 20 m. februarii satisfactum* pro muro medio, qui est inter coquinam domini pape et domum trulhassii, qui factus fuit supra fornellum dicte coquine . . .; *die 27 eiusdem m.* pro clausura cuiusdam fenestre de gippo, que est in capella secreta retro cameram domini nostri, supra primam portam introytus palatii dicti domini pape [178].

F. 98 b *Die 1 m. martii emitur* calx ad opus muri turris contigui ecclesie sancti Iohannis, qui reedificatus fuit propter gelu . . .; *praeterea emuntur ligna* pro aula palatii domini pape a parte tinelli domini Regensis episcopi . . . pro deambulatoriis viridarii . . . tam pro studio novo domini pape contiguo aule predicte quam pro deambulatoriis palatii contiguis capelle magne domini pape . . .. *Eodem fere tempore inceptum est* gradarium magnum claustri palatii . . . [179]. *F. 99* a *die 11 m. eiusdem satisfactum* est pro bardatura VII et IIII palmorum cum dimidio camere turris capelle consistorii [180], ad rationem IIII sol. monete currentis pro canna qualibet, - XXX sol. III d. . . .. *F. 100* a *die 30 eiusdem m.* pro factura III meianorum de gippo super crotam coquine palatii a parte turris latrinarum [181].

F. 101 b Die III m. aprilis soluti sunt magistro Petro Clari lapiscide pro factura cuiusdam gradarii per eum facti super crotam magne coquine palatii domini pape a parte trolhasii - V flor. auri . . .. Pro cavatura rupis claustri contigue gradario magno novo lapideo ipsius claustri . . .. Eadem die *[4. m. eiusdem]* soluti fuerunt magistro Petro de Bondis gipperio pro factura soli de gippo cuiusdam camere inferioris supra coquinam magnam domini pape a parte turris latrinarum . . .. *F. 102* b *Die 12 m. eiusdem* pro LXXVI cannis . . . tam de fenestris cum columpnis quam buietis factis per eum in deambulatorio viridarii palatii domini nostri . . .; pro dirutione parietum dicti deambulatorii in illis locis, in quibus pilaria nova dictorum fenestragiorum constructa sunt . . .. *F. 103* a *Eadem die* pro factura gradarii magni lapidei

178 Prope turrim ss. Angelorum.

179 Videtur situm fuisse in deambulatorio septemtrionali prope capellam magnam.

180 Turris nimirum, quae nunc s. Ioannis appellatur.

181 F. 99*b Pro II oneribus molse ad ponendum subtus bardaturam faciendam in camerulis, que sunt supra magnam coquinam.* F. 100*a Pro factura duorum meianorum de gippo factorum supra fornellum magne coquine domini pape iuxta cameram domini Iohannis Piscis versus latrinas superiores.* Is anno 1335 Romam missus est, ut renovaret ecclesiam s. Petri in Vaticano; cf. *Bullarium basilicae Vaticanae.* Romae 1747, I, 287-312.

facti in claustro palatii dicti domini nostri pape, per quod ascenditur supra palatium dicti domini nostri pape.... *Die 15 m. eiusdem* pro factura cuiusdam portalerie lapidee facte in muro aule palatii, per quam intratur ad cameram domini nostri in capite deambulatorii contigui tinello magno domini nostri.

F. 103 a Die XV dicti mensis *[aprilis]* soluti fuerunt Bertrando Gafuelh lapiscide pro factura cuiusdam crote lapidee per eum facte in quadam camera palacii a parte domini Regensis episcopi, in qua erit studium domini nostri [182]; in qua crota sunt XXX canne III palmi cadrati, ad rationem II flor. auri minus uno quarto pro canna qualibet - LIII flor. auri, VII sol. VII ob. d. franc.

Die 22 m. eiusdem emitur gippum... pro faciendis maianis aule nove palatii a parte tinelli domini Regensis episcopi.... *F. 103* b *Eadem die satisfit* pro copertura deambulatoriorum viridarii.

F. 104 a Die XXIIII mensis aprilis soluti fuerunt Guillelmo Valreas lapiscide de Florenciaco, Agatensis diocesis, pro campanili novo lapideo [183] per eum facto in capite aule nove palacii domini pape a parte tinelli domini Regensis episcopi, ad opus campane dicti domini nostri pape, iuxta conventionem hinitam cum camera - XXV flor. auri.

F. 106 a *Die 13 m. maii satisfit* pro faciendis quibusdam maianis supra coquinam magnam palatii a parte domus trolhasii; *et paullo post f. 106* b pro bardamento camerarum, que sunt supra coquinam magnam a parte turris latrinarum palatii domini nostri.

Die 17 mensis eiusdem satisfit de muro contiguo campanili cum quodam gradario lapideo ibidem contiguo, per quod assenditur ad campanile...; *die 18 m. maii* pro pavimento de maonibus IIII^or camerarum inferiorum palatii a parte domini Regensis episcopi subtus studium domini nostri et aulam novam per eos facto, in quo pavimento sunt LXI canne et medius palmus cadratus, ad rationem IIII sol. monete currentis pro canna qualibet - XII lib., IIII sol., III d. monete parve.

F. 107 a *Die 1 m. iunii solvitur* pro bardatura aule nove a parte carrerie beate Marie de Domps in parte media... et deambulatoriorum palatii a capite ipsorum deambulatoriorum a parte capelle domini pape usque ad caput sacristie [184]...; *paullo post ff. 109* a, *110* a pro IIII^or magnis lapidibus pro turri a parte sancti Iohannis [185]...; pro barris et aspis diversis pro turri nova a parte sancti Iohannis.... *F. 111* a *Die 19 m. eiusdem* pro dirutione parietum antiquorum deambulatorii claustri palatii cum turri contigua, ubi tenebatur campana domini nostri pape, iuxta conventionem habitam cum camera - LX flor. auri...; *die 26 m. iunii* pro faciendis sindriis secunde crote turris nove palatii a parte sancti Iohannis...; pro faciendis parabandis in camera domini nostri

182 F. 105 b *pro factura cuiusdam muri... facti per eos in aula nova palacii a parte tinelli domini Regensis episcopi in quadam camera, ubi erit studium domini pape.*

183 Illud fortasse, quod ibidem etiam nunc conspicitur.

184 V. paullo ante p. 608, not. 144.

185 Quae nunc turris Campanae appellatur.

pro consistorio tenendo . . .; *f. 112* a pro reparandis II merletis, qui fuerunt diruti propter campanam; *praeterea fit mentio* aule nove a parte tinelli Regensis episcopi *et* camerarum supra coquinam.

F. 113 b *Die 22 m. iulii satisfactum est* pro bardatura XVII cannarum, VI palmorum cum dimidio cardatorum deambulatoriorum claustri palatii a parte meridiei et introytus camere domini nostri pape . . .: de pilaribus, arcubus cum fenestragiis *eorumdem* deambulatoriorum claustri.

F. 115 a *Die 3 m. augusti satisfit* pro una canna cum dimidia de buieto factis in quodam passagio seu portaleria, que est in deambulatoriis a parte viridarii, per quam dominus noster solebat transire de turri magna ad deambulatoria predicta . . .; *die 7 eiusdem m.* pro duabus crotis croseriis per eos factis in coquina combusta [136] palatii iuxta turrim magnam . . .; et pro XIII cannis et VI palmis cadratis medii muri contigui prime crote a parte viridarii . . .; et pro VIII cannis, duobus palmis cum dimidio cadratis de muro contiguo crote superiori tam a parte viridarii quam cancellorum domini . . .; *die 11* pro terratura XI talhiorum de rore pro dormientibus turris nove a parte sancti Iohannis - XIII sol. - et pro terratura XXII talhiorum de tignis pro deambulatoriis claustri a parte meridiei . . .. *F. 115* a *Die 12 m. augusti* pro bardatura . . . latrinarum superiorum turris trolhasii [137]; *et paullo post f. 117* a *die 26 m. septembris satisfit* de bardamento latrinarum inferiorum turris nove a parte trolhasii.

F. 116 b *Die 3 m. septembris* pro factura III gradariorum lapideorum factorum in claustro palatii domini pape, per que assenditur ad cameras inferiores, que sunt supra magnum cellarium palatii predicti, in quibus morantur panatarii et buticularii domini pape . . .; *f. 117* a *die 26 eiusdem m.* pro quatuor lapidibus longitudinis VIII palmorum emptis ab eodem *[lapiscida]* et positis in IIII^{or} angulis turris nove a parte sancti Iohannis . . .; pro factura cuiusdam muri facti per eum in capite capelle domini nostri pape a parte turris nove sancti Iohannis.

F. 118 b *Die 21 m. octobris* pro faciendo quodam tabulario ad opus studii domini nostri . . .; *f. 120* a *pro ferris positis mense augusto* in deambulatorio viridarii . . ., in turri nova a parte sancti Iohannis.

F. 121 b *Die 14 m. decembris satisfit* lapiscidis pro factura secundi portalis palatii domini pape contigui porte thesaurarie, in quo sunt V canne cum dimidia cadrate, ad rationem unius floreni auri cum dimidio pro canna qualibet - VIII flor. cum quarto. — Et pro factura merletorum cum barbacanis eiusdem portalis - XXXV sol. — Et cum IIII^{or} cannis medii muri contigui portali predicto et gradario, per quod assenditur supra primum portale magnum palatii, ad rationem XXII sol. monete currentis pro canna qualibet - IIII lib., VIII sol.; - in summa pro predictis VIII flor. auri, VI lib., IX sol., VI d. parve

[136] Id referendum opinor non ad coquinam magnam prope turrim latrinarum sitam, sed ad parvam sive secretam prope turrim ss. Angelorum; cf. de eo incendio paullo ante p. 612.

[137] Indicatur turris, cui nunc nomen La Glacière. Turris enim magna Trulhatii, cui paullo post hoc nomen erat proprium, anno 1341 demum exstrui coepta est.

monete .... *Die 20 m. eiusdem emitur gippum* pro factura maianorum gippi factorum per eos in buticularia et panataria nova iuxta coquinam magnam palatii ...; pro coopertura turris nove a parte santi Iohannis .... *F. 122* a *Die 21 m. eiusdem satisfit* pro factura IIII^or^ archuum de lapidibus factorum in tinello parvo palatii a parte camere domini nostri ..., et pro una canna cum dimidia de buieto factis in capite dicti tinelli ..., et pro III cannis et III palmis cadratis de muro contiguo merlet*[is]* a parte cancellorum domini nostri pape.

F. 122 a Die XXII dicti mensis *[decembris]* soluti fuerunt magistris Ysnardo Duranti et Raymundo Duranti de Biturrita et Iacobo Gasqui lapiscidis pro constructione turris nove per eos facte a parte b. Marie de Domps [188] Avinion., facto primitus computo per eos cum reverendis in Christo patribus dominis Gasberto Arelatensi archiepiscopo domini pape camerario et Iohanne Avinionensi episcopo et venerabilibus viris dominis clericis camere domini nostri pape, de canamentis ipsius turris et aliorum operum et edificiorum infrascriptorum per ipsos factorum in palacio dicti domini nostri pape. — Et primo pro III^c^XCII cannis et tribus palmis cum dimidio cadratis de tribus pannis seu parietibus dicte turris a fundamento usque ad summitatem, et uno alio dicte turris panno seu pariete a parte aule contigue turri predicte, a summitate eiusdem aule, videlicet a quodam signo seu loco, in quo dicti magistri turris inceperunt edifficare, usque ad summitatem dicte turris, (deductis LIII flor. auri, XXVI sol., VI d. pro XXI cannis et IIII^or^ palmis cadratis de anglariis [189] dicte turris, factis per magistrum Iohannem Mathe, Petrum de Lunello et Petrum Audeberti, qui dictam aulam construxerunt) tam a parte b. Marie de Domps quam claustri palatii, ad rationem II flor. auri cum dimidio pro canna qualibet - IX^c^ XXVII flor. auri, III sol. monete. — Et pro LXX cannis et IIII^or^ palmis cum dimidio cadratis de merletis et buietis dicte turris, ad rationem XXII sol. monete pro canna qualibet - LXXVII lib., XII sol., IIII d. — Et pro tribus crotis factis in dicta turri, in quibus sunt LII canne, V palmi cum dimidio, que assendunt, computatis duabus cannis pro tribus, *[ad]* LXXIX cannas, I cartum palmi, ad rationem II flor. auri cum dimidio pro canna qualibet - CXCVII flor. auri, XV sol., III d. — Et pro XIX cannis, duobus palmis cum dimidio cadratis cuiusdam gradarii facti iuxta capellam magnam, per quod assenditur ad deambulatoria superiora gippi (!) contigua dicte aule, ad rationem III flor. auri pro canna qualibet, iuxta extimationem factam per magistros lapiscidas - LVII flor. auri, XXIIII sol., VII d. — Et pro XX cannis cadratis de muro IIII^or^ palmorum bisturris, pretio II flor. auri pro canna qualibet - XL flor. auri. — Et pro XXVIII cannis, III palmis et III cartis cadratis de quodam muro cum recorvo et arqu factis a duabus partibus, videlicet a parte claustri inter gradarium et buietum dicte capelle, et a parte sancti Iohannis inter dictas capellam et

188 Turris, quam nunc Campanae appellant.

189 Cf. paullo ante p. 616.

turrim, ad rationem unius floreni auri pro canna qualibet, - XXVIII flor. auri, XII sol., IIII d. — Et pro IX cannis et uno palmo cum dimidio de muro facto infra crotam primam in fundamento turris a parte interiori, ad rationem unius floreni auri pro canna qualibet - IX flor. auri, IIII sol., XI d. — Et pro merletis et barbacanis factis inter capellam magnam et turrim predictam tam a parte palatii quam a parte sancti Iohannis, iuxta conventionem habitam cum dictis magistris - X flor. auri. — Et pro XI cannis et IIII^{or} palmis cum dimidio buietorum seu ampiet factorum infra cursorias dicte turris et infra cameras superiores in capite gradariorum ipsius turris, pretio XVIII sol. monete pro canna qualibet, - X lib., VIII sol., I d. ob. — Et pro XVIII cannis, III palmis cum quarto cadratis de bardamento dictarum cursoriarum, ad rationem IIII sol., VI d. pro canna qualibet cadrata, - V lib., X sol., V d. — Et pro XXXV cannis cum dimidia cadratis de bardamento duorum soleriorum seu camerarum dicte turris, ad rationem IIII sol., VI d. pro canna qualibet, - VII lib., XIX sol., IX d. — Et pro VI palmis cadratis porte bisturris, pretio I flor. auri cum dimidio auri. — Et pro quadam portaleria facta in muro a parte capelle in pede gradarii ipsius turris, et pro quodam gradario facto in introytu capelle inferioris magne obscure [190], a parte coquine palatii, pretio III flor. auri cum dimidio.

Summa omnium premissorum est - MII^{c}LXXIII flor. cum dimidio auri, C lib., IV sol., XI d. monete, que dicte libre valent ad florenos (computato floreno ad XIX sol.) CV flor. auri, XVI sol. monete currentis, habito respectu ad tempus contractus dicte turris. Et sic est summa universalis, que debetur dictis magistris pro omnibus predictis, facta reductione predicta ad florenos - MIII^{c}LXXIX flor. auri, II sol., VI d. monete; que summa fuit dictis magistris soluta in - MII^{c}LXXXIII flor. auri, XXI den. auri ad leonem, X pabalhonibus auri, LXX lib., XIX sol., I d. monete; - singulis leonibus pro XXVII sol., IIII d., et singulis pabalhonibus pro uno floreno cum dimidio, et singulis de dictis LXX lib. pro XXVII sol. flor. computatis.

*F. 123*a Die XXIII mensis decembris soluti fuerunt magistro Petro Gauterii fusterio de Avinione pro i n f u s t a t u r a a u l e p a l a c i i a p a r t e t i n e l l i d o m i n i R e g e n s i s e p i s c o p i cum duobus deambulatoriis contiguis dicte aule et alio deambulatorio contiguo capelle magne et turri magna nova a parte beate Marie de Domps cum solariis et copertura dicte turris, iuxta conventionem habitam cum dicta camera - II^{c}LX flor. - in CLXVII flor. auri, LXII pabalhonibus auri, singulis pabalhonibus auri pro I flor. cum dimidio computatis.

Eadem die soluti fuerunt dicto magistro Petro Gauterii fusterio pro infustatura coperturarum turrium [191] capelle consistorii et latrinarum palacii a parte viridarii cum uno solario et copertura coquinarum palacii domini pape, iuxta conventionem habitam cum camera - LX flor. auri.

[190] V. paullo post. p. 599.

[191] Turrium, quae nunc La Glacière et s. Ioannis vocantur.

Eadem die soluti fuerunt dicto magistro Arnaldo Studerii pro dirutione parietum cuiusdam aule cum turri contigua [192] antiquorum palatii domini pape, a parte domini Regensis episcopi et carrerie beate Marie de Domps, iuxta conventionem habitam cum camera - C flor. auri.

Eadem die soluti fuerunt Guillelmo Verani de Avinione fusterio pro infustatura aule nove magne [193] palacii a parte meridiei et introytus prime porte palatii cum deambulatoriis contiguis, de resta III^{c}L flor. auri sibi promissorum pro dicta infustatura - XLII flor. auri.

De **anno 1341** l. c. n. 190, ff. 82-126.

*F. 82*a Die XXVI mensis ianuarii predicti soluti fuerunt magistris Petro de Lunello, Iohanni Mathe, Petro Fulcaudi alias Capelerii et Bertrando Gafuelh lapicidis pro edifficio murorum concistorii, tinelli et turrium dicti consistorii et latrinarum [194] palatii domini nostri pape et aliis infrascriptis factis per eosdem, facto primitus per ipsos computo cum reverendo patre domino Gasberto permissione divina Arelatensi archiepiscopo, domini pape camerario et domino Iacobo de Broa domini pape thesaurario ac dominis clericis camere dicti domini pape de canamentis ipsorum murorum tinelli et turrium predictorum et aliorum operum seu edificiorum infrascriptorum per ipsos factorum seu alios eorum nominibus; — et primo pro VIII^{c}LXXXVI cannis et IIII^{or} palmis cum dimidio cadratis parietum seu murorum grossorum VI palmorum, tam consistorii quam turris latrinorum (!) predictorum, ad rationem II flor. auri cum dimidio pro canna qualibet, - II^{M}II^{c}XXVI flor. auri, X sol., IX d.; — et pro III^{c}LXXXVIII cannis et V palmis quadratis muri grossi capelle consistorii, inclusis IIII^{or} crotis in dicta turri existentibus, ad rationem I flor. auri et III cartis pro canna qualibet, - VI^{c}LXII flor. auri, XI sol., X d.; — et pro LVII cannis, VII palmis cadratis muri, grossitudinis quatuor palmorum, facti iuxta consistorium et turrim latrinarum ante prohibitionem eis factam, ad rationem II flor. auri cum dimidio pro canna qualibet, - CXLIIII flor. auri, XVIII sol., II d. — Et pro LXXXVII cannis et III palmis cadratis muri grossitudinis IIII^{or} palmorum factis per eos post prohibitionem per cameram eisdem factam, ad rationem I flor. auri pro canna qualibet, - LXXXVII flor. auri, IX sol., XI d. — Et pro III^{c}XXVI cannis, VII palmis cadratis de barbacanis, merletis et buietis dictorum consistorii et turrium capelle consistorii et latrinarum, ad rationem I flor. auri pro canna qualibet - III^{c}XXVI flor. auri, XXIII sol., III d. — Et pro XXVIII cannis et VII palmis cadratis cum dimidio de muris, buietis factis supra coquinam, et merletorum ac buietorum [195] gradarii ibidem contigui, per quod ascenditur supra turrim latrinarum, ad rationem XXII sol.

[192] Cf. paullo post p. 681.

[193] Cf. paullo ante p. 605, not. 128.

[194] Quae quidem aedes cum coquina orientalem partem palatii antiqui constituebant; cf. paullo ante p. 606 et paullo post p. 676 s.

[195] Ea procul dubio quae paullo post, cum turris Trulhatii exstrueretur, diruta sunt.

pro canna qualibet, - XXXI lib., XVI sol., VIII den. — Item et pro XCVIII cannis et V palmis cadratis VI acuarum [196] cum dimidia contiguarum muro consistorii a parte interiori palacii sive claustri et IIII^or acuorum (!) [197] contiguorum muro consistorii a parte viridarii, videlicet a turri latrinarum usque ad turrim consistorii; et II acuarum, que sunt inter capellam et cameram domini nostri; et unius acue turris latrinarum, ad rationem X sol. pro canna, - XLIX lib., VI sol. et III den. — Item preter predicta fuerunt estimata (82 *b*) muri supradicti, qui fuerunt reperti magis grossi, quam esset in pacto cum dictis magistris, ad valorem XLIIII lib. — Item pro ponte, per quem intratur ad cameram domini nostri pape - XII flor. auri.

Summa omnium predictorum est III^M IIII^c XLVII flor. auri, CXXVII lib., XVI sol., XI den. De quibus habuerunt a domino Avinionensi episcopo II^M VI^c flor. auri et a domino Iacobo de Broa thesaurario VIII^c LXXX flor. auri, L lib., XII sol., IX d.; que summa fuit dictis magistri soluta in dictis florenis solutis per dictum dominum Avinionensem; et in L lib., XII sol., IX den., singulis de LXXVII lib., IIII sol., XII den., pro XVII cor. florenis computatis, aliis L lib., XII sol., IX in sua specie remanentibus.

F. 83 b *Die 6 m. eiusdem satisfactum est* pro bardatura cursoriarum turris a parte beate Marie de Domps et bardatura crotarum parvi tinelli...; pro factura cuiusdam gorge lapidee facte subtus terram, tendente versus turrim latrinarum a platea claustri usque ad murum viridarii, per quam descendunt aque pluviales palatii apostolici, - III flor. auri.

F. 84 a Die XIX martii soluti sunt magistro I. Gauberti lapicide de Avinione pro edificio primi portalis magni [198] palacii domini nostri pape et murorum contiguorum ac aliorum infrascriptorum per ipsum factorum, finali computo per eum primitus facto cum reverendo patre domino Gasberto permissione divina Arelatensi archiepiscopo, domini pape camerario, et clericis camere dicti domini pape, de cannis in dictis operibus habitis et repertis. — Et primo pro LXXIX cannis cadratis portalis et murorum grossorum predictorum, cavo pro pleno in dicto portali computato, videlicet a turrella palacii a parte tinelli domini Regensis episcopi usque ad tinellum parvum dicti domini nostri, ad rationem I flor. auri cum tribus quartis florenis pro canna qualibet, - CXXXVIII flor. auri, I cart. auri. — Et pro XXXV cannis et uno palmo cadratis merletorum ipsorum portalis et murorum predictorum, ad rationem XX sol. monete currentis pro canna qualibet, - XXXV lib., II sol. VI d. parve monete. — Et pro IX cannis, VII palmis cum dimidio cadratis buietorum factorum supra murum predictum a parte interiori, ad rationem XII solidorum monete currentis pro canna qualibet, - V lib., XIX sol., III d. — Et pro XXVII cannis et V palmis cadratis de muris trium palmorum in spi-

[196] V. paullo post p. 678.

[197] Cf. paullo ante p. 606.

[198] *Portale* illud procul dubio situm erat in parte palatii Benedictini meridiana; et mea quidem opinione aut in loco, quem in tabulis III et IV n. 26; aut in eo, quem n. 37, distinxi, ubi etiam nunc portale satis amplum conspicitur.

citudine factis in camera crote dicti portalis in IIII^or pannis seu parietibus ipsius camere, ad rationem I flor. auri pro canna qualibet, - XXVII flor. auri cum dimidio. — Et pro IX cannis et IIII^or palmis cum dimidio cadratis crote dicte camere, computatis duabus cannis pro tribus, ad rationem I flor. cum tribus cartis floreni pro canna qualibet, - XVI flor. auri, III carte flor. — Et pro factura duorum gradariorum, per que assenditur supra portale predictum et supra crotam superiorem ipsius portalis - VI flor. auri. — Et pro factura quorundam murorum dicti portalis exeuntium extra murum tam a parte interiori quam inferiori, ultra pacta et conventiones habitas cum camera; et pro factura cuiusdam talucii facti in dicto muro a parte exteriori iuxta turrellam predictam; et factura armorum seu signi domini nostri pape factorum supra portale predictum, taxatorum per magistros Petrum Piscis et Petrum Clari ad XV flor. auri.

Summa predictorum est - II^c III flor. auri cum dimidio auri, XLI lib. V sol., IX d. monete currentis; que summa fuit dicto magistro I*[ohanni]* soluta in CXXXIII flor. auri, LIIII sol., IX d. parve monete, singulis de XXIX flor. pro XXVI sol. monete currentis computatis.

*F. 85*a *Die 31 m. martii satisfit* pro faciendis duabus fenestris seu vistis factis in aula nova palatii versus carreriam beate Marie, de Domps a parte interiore et III lanternis factis in deambulatoriis.

*F. 85*b. Die II aprilis soluti fuerunt magistris P. Clari, I. Posterii et G° de Planis pro crotis et aliis operibus infrascriptis per ipsos factis in palacio domini pape a parte cancellorum [199] et turris magne [200], facto primitus computo cum eisdem per dominum camerarium et dominos clericos de camera supradicta de dictis operibus infrascriptis: et primo pro XLVII cannis et IIII^or palmis crotarum totius tinelli parvi palacii cadratis, a parte cancellorum et audientiae dicti domini pape; — et pro X cannis et VI palmis cadratis cuiusdam crote facte inter dictum tinellum et crotam garderaube; — et pro IIII^or cannis et VI palmis cuiusdam alterius crote facte in introitu deambulatoriorum inter crotam coquine antique et viridarium predictum; — et pro IIII^or cannis et VI palmis secunde crote, que est supra predictam crotam; et pro IIII cannis et medio palmo tercie crote superioris; — que omnes crote superius designate assendunt ad summam, computatis duabus cannis pro tribus, ad CVII cannas et V palmos cum dimidio cadratis; valent ad rationem II florenorum auri minus I cart. flor. pro canna qualibet, - CLXXXVIII flor. auri, XII sol. ob. monete parve.

Et pro XIIII cannis et IIII^or palmis cadratis cuiusdam muri dictarum trium crotarum facti per eos inter turrim magnam et murum deambulatoriorum viridarii; — et pro VII cannis et VII palmis cum dimidio cuiusdam alterius muri crote, que est a parte introitus deambulatorii viridarii et car-

[199] Putem hic indicari cancellos a parte Peyroleriae.

[200] Haud dubium, quin hic locus referendus sit ad turrim, quae nunc ss. Angelorum appellatur.

rerie seu cancellorum dicti domini pape, in quo muro firmatur gradarium novum dictorum deambulatoriorum a parte carrerie supradicte; — summa dictorum murorum est: XXII canne et III palmi cum dimidio, qui fuerunt taxati seu extimati per magistrum P. Piscis et quosdam alios magistros lapicidas ad XXX flor. auri.

Et pro L cannis et VI palmis cadratis merletorum tinelli predicti a parte cancellorum cum tueriis contiguis, et aliorum merletorum factorum circumquaque usque ad turrim magnam, ac muris grossis factis inter crotam garderaube et gradarium deambulatoriorum viridarii, ad rationem XXI sol. monete currentis pro canna qualibet, - LIII lib., IIII sol., I den. ob.

Et pro XIII cannis VII palmis et tribus quartis cadratis merletorum factorum supra crotam parvam coquine iuxta turrim magnam, buietorum seu avantpies factorum supra dictum tinellum, buietorum contiguorum porte, per quam intrantur ad deambulatoria viridarii, et cuiusdam alterius buieti facti infra crotam coquine parve, ad rationem XVIII sol. monete currentis pro canna qualibet, - XII lib. XI sol. V d.

Summa omnium crotarum et murorum ac aliorum supradictorum - II^c^XVIII flor. auri, LXVI lib., VII sol., VII den. parve monete.

*F. 86*a *Die 14 m. aprilis emitur* gippum pro factura cuiusdam orrei facti per eosdem *[lapiscidas]* in decensu gradarii penoris turris magne palatii. — *Die 20 m. eiusdem satisfit* pro XVI banastoribus emptis pro Sarracenis [201] ad levandum et ad trahendum terram de fundamentis turris nove [202] incepte iuxta marestallam equorum domini pape ...; *die 26 eiusdem m.* pro factura duorum gradariorum lapideorum factorum infra claustrum palatii, videlicet in introitu platee claustri et in introitu magni penoris - IIII flor. auri ...; pro ferris positis in porta media coladissa palatii domini nostri ..., pro XXIIII aspis *aliisque ferramentis eo fere tempore* positis in muro turris nove a parte beate Marie de Domps.

*F. 86*b *Die 25 maii emitur* gippum ... pro copertura passagii garderaube contigue tinello parvo palatii ...; *die 29 m. eiusdem satisfit* lapiscidis ... pro XV cannis et V palmis cadratis bardamenti buticularie et panatarie nove iuxta coquinam magnam domini nostri. *Praeterea die 1 m. iunii satisfit* lapicidis ... pro X cannis cadratis pavimenti prime crote facti iuxta latrinas secretas domini nostri a parte introitus deambulatoriorum viridarii ... et pro VII cannis et uno palmo alterius buieti facti in decensu gradarii deambulatoriorum predictorum a parte carrerie.

*F. 88*b *Die 5 m. iunii satisfit* pro deambulatorio parvo, per quod intratur ad latrinas superiores turris [203] ...; pro bardamento in passagio buticularie et panaterie nove ...; *die 28 eiusdem m.* pro clausura putei claustri [204].

[201] Eos rex Castellae pontifici miserat.

[202] Haud procul a domo Trulhatii.

[203] La Glacière.

[204] Cf. paullo ante p. 610, not. 156.

*F. 92*b *Die 4 m. iulii atque exinde persaepe occurrit mentio calcis empti* pro operibus turris nove de trulhatio [205], *quae tunc simul* cum turri iuxta marestallam *exstruebatur ... Praeterea emuntur ligna* de quercu pro cursoriis sive tueriis coperiendis palatii; ... *satisfit* de pilaribus factis in viridario palherie, *nimirum iuxta* domum palherie, *tunc haud procul a marestalla constitutam.*

Die ultima iulii soluti fuerunt magistris P. de Lunello, Iohanni Mate, Iacobo Alasaudi, Petro Clari lapicidis pro XI cannis, V palmis cum dimidio cadratis de merletis aule nove palacii versus carreriam beate Marie de Domps [206], videlicet de merletis a parte claustri; et pro XVIII cannis et uno palmo cadratis de merletis a parte carrerie b. Marie predicte, ad rationem XXII sol. pro canna qualibet; et pro IX cannis et II palmis cadratis talpene dicte aule a parte campanili (!), ad rationem predictam - XLII lib., XIX sol., IIII den. in L flor. auri, IX sol., IIII den. parve monete, singulis florenis habito respectu ad tempus contractus dicti operis, pro XVII sol. cor. computatis.

Eadem die soluti fuerunt I. Mate et Petro de Luno (!) predictis pro XX cannis cum dimidia cadratis muri meiani talpete facti in capite aule, videlicet in turri, predicte a quodam signo supra, ad rationem II flor. auri pro canna qualibet - XLI flor. auri.

Item pro XIII palmis cadratis cuiusdam foraminis, quod remanserat ad claudendum in muro talpene a parte dicti campanilis, in quo foramine fuit facta quedam portaleria, ad rationem XXII dicte monete pro canna qualibet, - XXXV sol., X den. in II flor. auri, XXI den. parve monete, singulis florenis ut supra computatis.

*F. 96*a *Die 1 m. septembris satisfactum est* pro II cannis cum dimidia clausure gippi facte per eum in camera parva hostiariorum minorum, que est iuxta primam portam gradarii magni claustri...; *diebus 7 et 15, fragelariis,* qui steterunt cavando rupem turris nove trulhatii...; *f. 96*b *die 22 m. eiusdem* pro incastrandis bardis supra fenestras parvi tinelli palatii a parte cancellorum; *die 26 eiusdem m.* pro factura tudellorum trium fornellorum factorum in aula nova palatii a parte carrerie beate Marie de Domps supra tectum dicte aule.

*F. 98*a Die XV octobris, cum dudum magister Poncius Ginoti lapicida Avinionensis promisisset facere certo precio certa deambulatoria palacii Avinionensis apostolici, et dictus magister poni fecisset in uno de dictis deambulatoriis existentibus iuxta portam introitus capelle domini pape [207] de precepto et ordinatione magistri Petri Piscis unam portam, per quam erat ordinatus introitus ad dicta deambulatoria; fecisset etiam in dictis deambulatoriis duas fenestras, et postmodum, cum predicta essent facta, domino pape non

[205] Haec prima, quam noverim, mentio turris magnae Trulhatii iuxta coquinam et turrim La Glacière exstructae.

[206] V. paullo ante p. 613.

[207] Capellae magnae s. Ioannis.

placuit, quod predicta esset in dicto loco, ubi erat facta; ymo voluit et ordinavit, quod porta mutaretur, ubi dicte fenestre erant facte et quod fenestre in alium locum mutarentur; et dictus magister Poncius fecisset et mutasset predicta iuxta predictam ordinationem domini pape, et ex predictis fecisset expensas iuxta dictum magistrorum usque ad summam IIII flor. auri, soluti fuerunt dicto Poncio - IIII flor. auri.

*F. 100*a. *Satisfit pro ferris mense augusto emptis; nimirum* pro XXVI barris ferri positis in turri de trolhas, una aspa posita in turri versus beatam Mariam; item pro VI falsis serralheriis [208] positis in camera et turri domini camerarii; item pro X frachissis positis in fenestra turris, ubi stat G. de Sancto Paulo [209]; item pro VII ferrolhetis positis in fenestra turris, ubi iacet dominus camerarius . . ., in fenestris dicte turris et camere . . ., in studio dicti domini camerarii . . .; *f. 101*a in scolis theologie . . .; pro quodam solario camere thesauri; item pro XXXVII clavis de galea pro quadam camera turris versus beatam Mariam, ubi dominus Durandus mercator moratur.

F. 126. Die XVI augusti soluti fuerunt I. Dalboni pictori . . . pro pictura de viridi IIIIor perticarum de ligno pro camera domini nostri [210], que fit in aula nova a parte domini Regensis episcopi . . .; *f. 127*a pro camera domini nostri nova a parte tinelli Regensis episcopi.

De **anno 1342** usque ad diem 25 m. aprilis, l. c., n. 194, ff. 83-87.

*Plurimae recensentur pecuniae expensae pro turri Trulhatii exstruendo, f. 83*a *die 21 m. ianuarii pro calcis quantitate non modica* pro edificio turris trolhassii . . .; *f. 83*b pro scala, fenestris et portis *eiusdem turris.*

*F. 83*b *Die 6 m. februarii satisfit* pro factura unius magne grasilhe posite in magna fenestra parvi tinelli a parte exteriori XV sol.; item pro XV cadaulis positis in fenestris camere magne iuxta concistorium inferiorem (!) VII sol., VI d. . . .; *f. 84*a *eodem die* pro L clavellis palmares positis in quodam cancello, ubi reponuntur lignamina apud trolhas . . .; pro aliis ferramentis positis in fenestris granerii de trolhasio . . ., in cancello de trolhas.

*F. 85*a *Die 5 m. martii* pro I serralha paranda et ponenda in porta, ubi iacent cursores, qui custodiunt turrim trulhasii . . .; *f. 86*a *die 31 eiusdem m.* pro VIII dietis terrature riostarum crote magne turris trolhasii, in qua fit pilare in medio . . .; *f. 86*b pro una sarralha cum catena posita in porta versus beatam Mariam.

*F. 87*a Die XXI m. aprilis soluti fuerunt Iohanni Fabri et Petro de Castilhone frigidariis pro dirutione parietum et fustarum domus [211], in qua

[208] In n. 191, f. 103*a pro VI falsis ferrolhetis.*

[209] Is tunc tenebatur captus, non quidem in carceribus Rainaldi de Ponte Soldani curiae, sed seorsum in palatio; cf. n. 191, ff. 128*a*, 130*a*.

[210] Studium pontificis, de quo paullo ante p. 614; cf. n. 191, f. 129*a*.

[211] Domus Trulhatii, v. de ea huius voluminis pp. 598, 599.

morari solebat dominus camerarius domini nostri pape, in qua fit turris trolhasii, iuxta conventionem habitam cum camera - XV flor. auri.

De **tempore Clementis VI** (**1342-1352**) libri expensarum ita fere sunt dispositi ac distributi, ut singula volumina non singulis annis a nativitate Domini computatis, sed annis pontificatus (a die 19 m. maii unius anni ad eumdem diem alterius) respondeant [212].

De **anno 1342-43**, l. c., n. 206, ff. 113-127.

*F. 113*a *Die 17 m. iulii satisfactum est* iis, qui fecerunt fundamentum coquine nove, que fit pro alia coquina domini pape amplianda . . . . *F. 113*b *Die 21 m. augusti* pro factura cuiusdam medii noviter facti in tinello seu aula parva iuxta cameram paramenti domini pape; *ff. 114*b *119*b *diebus 7 m. septembris pro calce et lapidibus advectis* ad opus garderaube domini pape.

*F. 115*a *Die 1 m. octobris satisfit* magistro Iohanni de Luppera lathomo pro factura porte nove, a qua intratur in capella secreta domini pape . . .; *f. 116*a *die 29 m. eiusdem* pro factura unius porte facte in camera iuxta turrim superiorem a parte beate Marie.

*F. 119*a *Die 4 m. decembris pro ferramentis* factis in gardarauba domini pape iuxta cameram maiorem turris . . . [213]; *f. 120*a *die 22 eiusdem m.* fit compotus de operibus factis in latrinis, que sunt in turri . . ., *de* claudendo uno hostio, per quod intratur ad latrinas a parte maioris capelle [214] domini pape et faciendo uno alio hostio ab extra prope maiorem turrim [215].

*F. 127*a *Die 10 maii 1343 satisfit* XIIII virgis ferreis positis in fenestris capelle nove [216] facte in gardarauba domini pape.

Eodem tempore magno studio vacabatur domui domini cardinalis Neapoleonis de Ursis Villaenovae pro usibus curiae augendae et aptandae et turri de Trulhatio complendae.

De **anno 1343-44**, l. c., n. 209, ff. 123-146.

*F. 123*b *Die 16 m. iunii satisfit* pro LV aspis positis in garderoba domini nova palatii . . .; *f. 124*b *die 23 m. eiusdem* pro II^{c}LXXII scandals calcis receptis pro operibus palatii domini nostri, videlicet pro guardaroba et pro turri de trolhas.

212 Suppetunt in Tabulario Vatic., in *Archivo Avenion.* pro anno 1342-3 nn. 202, 203, 206; 1343-4 nn. 200, 208, 209, 211, 215, 219, 220; 1344-5 nn. 216, 227; 1335-6 nn. 234, 236, 237, 242; 1346-7 nn. 243, 245, 247, 248, 251; 1347-8 n. 250; 1348-9 n. 210; 1349-50 n. 260; 1350-1 n. 261; 1351-2 nn. 263, 265.

213 Turris, quae nunc ss. Angelorum appellatur.

214 Capellae magnae s. Ioannis inter turres Campanae et Trulhatii conclusae.

215 Putem indicari turrim Trulhatii.

216 Capellae s. Michaelis constitutae *in capite* turris *garderaube* iuxta turrim ss. Angelorum.

*F. 125*b *die 21 m. augusti* Henrico Deboslat Theotonico pro pingenda minori aula palatii [217]; *f. 127*b *die 21 m. eiusdem* pro XLVII aspis positis in gardaroba et in capella nova Avinionensi [218].

*F. 128*b *die 22 m. septembris* pro XX libris azuri... pro pingenda guardarauba domini nostri per magistrum Matheum Iohaneti de Viterbio in Ybernia (!), ad rationem IIII d. turonensium grossorum pro libra, valent VIII lib. tur. Avinion....; *f. 129*a *die 30 eiusdem m.* pro una corda ingenii facti pro edificio guarderobe domini nostri et capella novis.

*F. 130*a *Die m.' octobris* pro LIX aspis positis in turri de trolhas et in gardaroba et capella novis; *cf. f. 130*b.

*F. 135*b *Die penultima ianuarii 1344* facto computo cum Petro Proti, Andrea de Alesto perreriis magistris, qui fecerunt conductum lapideum pro aquis coquine derrivandis ad Rodanum [219], solvimus eisdem pro CXVII cannis, VI palmis dicti conductus facti per eos, ad rationem unius floreni, IIII turonensium gross. pro qualibet canna, videlicet pro magisterio tantum, computato floreno pro XII turonensibus grossis - CLVII flor. auri, VII sol.

Praeterea die 4 m. februarii solvimus Symonneto de Lugduno, Bissono Cabalitano, Iohanni Moys pictoribus pro deambulatoriis palatii Avinionensis pingindis, in quibus sunt IIII^c^XLVI canne, duo palmi et III quarti quadrati, ad rationem IIII sol. pro canna quadrata, omnibus computatis - LXXXIX lib., VI sol., VIII d. parve monete, que pecunie summa fuit eis soluta in LXXIII flor., XXII sol., VI d., singulis florenis pro XXIII sol., II d. computatis. — Item pro vite gardaraube et capelle nove pingende, de pretio facto cum eisdem X flor. auri. — Item eadem die solvimus Robino de Romanis [220] pictori, pro parte camere domini nostri palatii Avinionensis, videlicet pro parte illa pingenda, que fuit destructa pro conclavi, facto pretio cum eo. XXII flor..... *F. 136*a Die IX m. februarii cum Bernardus Escot et P. de Castris pictores recepissent sub certo pretio, videlicet ad summam LXXX flor., pingendam cameram, que est immediate subtus cameram domini nostri novam, solvimus eisdem dictos LXXX flor.... [221]. *F. 137*b Die XX m. febr. solvimus Iohanni Fabri pro demoliendo medio gippi, qui est ante introitum camere domini nostri, facto super hoc pretio cum eodem per dominum Pontium Saturnini, - III flor., XII sol....; die XXIIII^a^ dicti mensis solvimus Iohanni Caveler pro quatuor solariis ligneis per ipsum factis in gardarauba domini nostri pape nova iuxta cameram suam, facto super hoc pretio cum eodem per P. Galterii et dominum Pontium provisorem operum, XXX flor.

[217] Opinor indicari parvum tinellum, cuius anno praecedenti mentio occurrit.

[218] Paullo ante enim sermo erat de capella, quae in palatio Villaenovae in altera Rhodani ripa exstruebatur. Intelligitur capella s. Michaelis.

[219] Cf. huius voluminis p. 677.

[220] Romans oppidum est Delphinatus prope Valentiam.

[221] Cf. de his, quae hic et paullo post de pictoribus referuntur Müntz, *Les peintres d'Avignon pendant le règne de Clément VI*, p. 7 s., v. paullo ante p. 588, not. 62.

*F. 139*a *Die 29 m. martii satisfit* pro pictura capelle nove...; penultima martii... pro opere fenestre noviter... facte in camera paramenti contigua tinello domini nostri versus hospitium domini Regensis... [222]; eodem die... pro faciendis estagiis pro pingendo in parva aula domini nostri iuxta introitum camere paramenti. — *Die 31 m. eiusdem* solvimus magistro Iohanni de Lupera pro factura camere, que facta est in viridario domini nostri inter stufas et puteum, facto pretio cum eodem pro factura camere predicte, - LXX flor.

*F. 139*b *Die 14 m. aprilis* pro edificio camere nove, que fit ante stufas et in turri de trolhatio...; *f. 141*a *die 26 m. eiusdem* solvimus magistro N. de Florentia, Ricconi de Arecio recipientibus pro se et eorum sociis, facto cum eis pretio de pingendo magnam cameram [223] contiguam parvo tinello domini nostri, II^{c} flor..... *F. 141*b Eadem die *[26 eiusdem m.]* solvimus magistro Iohanni de Lupera pro factura IIII^{or} babuinorum lapideorum [224] ad ymagines hominum, positorum ad sumptus suos supra portam primam palatii apostolici ac pro portatura eorumdem de ultra Rodanum, XVI flor.

*F. 141*b *Die 18 m. maii satisfactum est iis*, qui extimaverunt opus factum prope magnam turrim per magistrum Iohannem de Lupera...; *f. 143*a eadem die solvimus magistro Iohanni Luche de Senis pro pictura per eum facta in pariete maioris capelle [225] palatii apostolici, facto super hoc pretio cum eo, - L flor.

*F. 144*a *Ex computo universali facto cum Pontio Saturnini provisore operum:* de mense novembri et decembri de anno XLII *[1342]*... pro fusta necessaria pro coopertura turris trulhatii, in qua facta fuit coquina,... pro claudendo turri magna, a quacunque parte, in qua fuit facta coquina ad tempus. — A prima ianuarii usque ad 15 diem m. maii 1343... pro reparatione ingenii nove capelle [226], pro sindrianda nova capella, pro arena et recooperienda capella consistorii [227], pro gardaroba..., pro mundando palatio et thesauro; pro removendo bresilium, quod erat ante magnam coquinam et portandis et reportandis scannis de ultra Rodanum ad pingendum tinellum, pro intelandis fenestris camere domini nostri pape et pro faciendis (144 *b*) aliquibus scannis in turri thesaur*[i]* [228], pro faciendis lectis de fusta in gardaroba. — Item de mense decembri *[1342]* pro mundanda turri nova, viridario, palatio.... Item de mense aprilis usque ad XVI augusti de anno XLIII° *[1343]* pro expensis turris garderobe nove turris (!).... A prima

[222] Ex hoc loco elucet, cameram paramenti in meridiana parte palatii Benedictini sitam fuisse; cf. paullo post p. 694.

[223] Opinor intelligi cameram paramenti, cf. paullo post p. 694.

[224] Simili ratione porta magna palatii Clementini *sex hominibus lapideis* ornata erat; cf. Muratori, *Scriptores rerum italic.* III, 2. p., 806.

[225] Nimirum in capella magna s. Ioannis.

[226] Capellae guardaraubae sive s. Michaelis.

[227] Capella minor s. Ioannis in turri, quam nunc s. Ioannis dicunt; cf. paullo ante p. 606, not. 133.

[228] Turris ss. Angelorum; cf. paullo post p. 702.

die lune septembris usque ad XXVI novembris pro deponendis stagiis de dicta turri, pro portu gippi, pro removendo bresilio de dicta turri nova, pro portu stagiorum ad pingendam capellam et portu fuste ad cooperiendam capellam dicte turris. Item pro CXXXVIII banastonibus de tegulis pro solerio garderobe, pro salario duarum cadrigarum, pro fenestris faciendis et portis, gippo pro cooperiendo scalario, pro coopertura correttorii dicte turris . . ., pro factura cancellorum iuxta ecclesiam beate Marie iuxta domum domini Rigensis.

*F. 146*b Die XVIII m. maii *[1343]* facto computo cum magistro Iohanne de Lupera de operibus per ipsum factis in capella et gardaroba domini nostri pape prope magnam turrim, in qua dominus noster iacet [229] *solvuntur plus quam 1996 flor.*

De **1344-45**, l. c., n. 216, ff. 176-202.

*F. 176*a *Die 2 m. iunii satisfit* pro faciendo pavamento (!) in magna camera ante parvum tinellum in parte destructum . . .; *die 4 eiusdem m.* pro LXXXVIII barris positis in fenestris turris de trulhacio . . .; *f. 178*a die XV iunii solvimus Iohanni de Lupera pro cimentando tecto lapideo capelle domini nostri pape nove, que est supra gardam raubam suam . . . [230]. *F. 179*a Dicta die *[28 m. iunii]* Iohanni Galafredi et Guillelmo Gargerii pro perforando murum palatii apostolici, in qua (!) audiuntur cause [231], in quo loco fieri debet porta una, - XX sol.

*F. 181*b *Die 25 m. augusti* Vivello Salvi mercatori Avinionensi pro L stagnettis auri fini recepti ab eo per magistrum Matheum Iohaneti pictorem pro pictura capelle domini nostri nove.

*F. 182*a Die VI dicti mensis *[septembris]* Riconi de Aretio et Petro de Viterbio pictoribus, facto cum eisdem paulo ante pretio, de pingendo aliam partem garde raube domini nostri, videlicet celo de azurio cum stellis et parietes, sicut alia pars extitit, - XXVI flor. . . . . *F. 182*b Die XXVIII dicti mensis solvimus Riconi de Aressio pictori pro pingendo introitum camere domini nostri, cuius opus continet XVII cannas.

*F. 184*a *Die 8 m. octobris* pro LX scandalhis et medio calcis . . . pro opere audientie contradictarum, quod fit apud predicatores . . .; *f. 186*b *die 14 m. eiusdem* pro una domo noviter facta ad trulhas pro tenendis sellis et frenis, bastis et aliis necessariis pro equis . . .; *f. 187*a *eadem die* pro III instrumentis ferreis positis iuxta altare capelle garda raube nove pro sustinenda archa, in qua sunt reliquie - LXXIIII sol., VIII d. . . .; item pro XXXII frachiciis positis in audientia nova; *cf. ff. 190*a, *194*a.

*F. 189*a *Die 12 m. novembris traduntur* Matheo Iohanneti pro pictura, quam facit in capella magni tinelli apostolici [232], XVI lib. de fino azuro.

[229] Turris ss. Angelorum; cf. paullo post pp. 681, 700.

[230] Capella s. Michaelis.

[231] Audientia quae paullo post p. 631 antiqua dicitur, a Ioanne XXII exstructa; cf. huius voluminis p. 687 *s.*

[232] Nimirum in capella s. Martialis sita in turri s. Ioannis.

*F. 193*b *Die 11 m. februarii 1345 satisfit* pro centum stangolis auri fini pro pictura capelle palatii aule maioris [233].

*F. 194*b Die XIX dicti mensis *[februarii]* facto computo cum magistris Petro Clari, Iohanne Mata, Iacobo Alasaudi et Bertrando Gafriol lapicidis et magistris turris de trulhacio et concordato cum eis de toto canamento dicte turris a fundamento usque ad unum signum positum presenti die in IIII^or^ angulis dicte turris intus et extra, inventum fuit, quod facte fuerant de muro grosso a dicto fundamento usque ad dictum signum per dictos magistros III^c^LXXXIX canne, VI palmi quadrati, que valent ad rationem II flor. et unius tercii pro quali*[libet]* canna quadrata - IX^c^IX flor. V tur. gross.

Item fuit repertum, quod in crotis dicte turris erant CVI canne simplices, VI palmi, I quart., que faciunt ad rationem XXI tur. gross. pro canna, et floreno pro XII tur. gross. computato - CLXXXVI flor., X d. tur. gross., IX d. parvorum Avinion.

Item fecerant quedam gradaria et alia opera extra turrim, que specifice continentur in libro rationum; que per magistros iuratos extimata fuerunt ad CI flor., XI gross.

*F. 195*a Item pro uno muro transversano facto inter capellam et magnam turrim, in quo spacio sunt XI canne, I palmus, I quart., ad rationem I floreni cum dimidio pro canna - XVI flor., XVII sol. VIII den. ob. monete Avinion.

Que omnes summe predicte ascendunt ad MII^c^XIIII flor., XI d. turon. gross., V d. parve Avinion.

Que supradicta facta fuerunt de tempore domini Iacobi la Broa et Raymundi Gibaudi. Item fuit repertum, quod de tempore domini Casinensis fecerant dicti magistri de muro grosso in dicta turri III^c^XXXIIII cannas, III palmos cum dimidio quadratos, que faciunt ad rationem II flor. unius tercii pro canna quadrata - VII^c^ et LXXX flor., II gross. cum dimidio. — Item volte facte per dictos magistros LXIII cannas, VII palmos cum dimidio, ad rationem XXI tur. gross. pro qualibet canna - CXI flor., XXI sol., IIII d. ob. — Item fuerunt extimata per magistros iuratos crotones iuxta latrinas, duo gradaria et unus archus et pilare, quod sustinet IIII voltas crosetas [234] - LXXX flor.

Que omnes summe predicte ascendunt ad II^M^CLXXXVII flor., IX d. ob. parve monete Avinionensis, de quibus habuerunt a domino Iacobo de Broa VIII^c^L flor., LXX lib. parve monete; et nos solvimus eis residuum, quod est MIII^c^II flor..

*F. 195*b *Die 4 m. martii satisfit* pro ferramentis receptis pro operibus domini nostri in mense februarii proxime preterito; et primo pro LVIII barris ferreis positis in audientia nova [235], que fit iuxta palatium, ponderis IX^c^ lib., I quarte, ad rationem VII d. ob. pro libra - XXIX lib., XVII sol.

[233] Id est tinelli magni.

[234] Procul dubio eae intelliguntur, quas *crotatas* sive concameratas dicunt.

[235] Haec prima mentio partis meridianae palatii Clementini, in qua audientia, consistorium, capella magna nova sive s. Petri constituebantur. Prius procul dubio haec quoque pars nomine *operis novi* comprehendebatur.

*F. 198*b Die XII aprilis... pro L stagneolis auri liberandis... magistro Matheo Iohanneti pro pictura capelle tinelli palatii apostolici.

*F. 202*b *Die 14 m. maii emitur magna copia calcis* pro operibus turris trulatii et porte marestalle et carceris marescalli ac opere novo...; *eodem die* factum fuit pretium de cavando rupem, ubi sunt facte cavee in hospitio novo thesaurarie ad summam quadringentorum florenorum, solvimus eis per diversas vices, facto hodie computo cum eis, dictos IIII^c flor.

Denique creberrima fit mentio lapidum et calcis advectorum pro opere turris trulhatii *et* pro opere novo.

De **eodem anno** habes, l. c., n. 232 expensas in operibus pro edificiis a m. ianuario 1344 ad m. iunium 1345, cuius quidem voluminis folia numeris non sunt distincta.

Die 4 m. iunii 1344 satisfactum est tribus fusteriis, qui fuerunt pro uno copertu faciendo super copertum coquine prope maiorem turrim trulhassi.

Die 11 m. eiusdem satisfactum est manoberiis, qui fuerunt pro platea facta versus b. Mariam mundanda, in qua platea dominus Iohannes Francie [236] fecit coquinam.... *Die 16 eiusdem m.* pro uno meiano faciendo ad audientiam et pro parva turre [237], ubi manent armature, aponchayianda.... *Die 19 eiusdem m.* pro muro fundendo de parva turre iuxta magnam turrem trulhatii, in qua turre manent armature.... *Die 27 m. eiusdem* pro copertu parve turris, in qua turre morantur armature, pro dicta turre aponcayianda ab uno latere magne turris trulhatii.

Die 1 m. iulii satisfit pro una porta facienda ad audientiam predicatorum; *cuius quidem audientiae contradictarum in conventu fratrum praedicatorum exstructae percrebra occurrit mentio in eo volumine. Ut die 31 m. octobris emptae sunt 5000* tegule pro audientia contradictarum predicatorum coperienda.... *Die 16 m. septembris sermo est de* magna audientia predicatorum. *Confer l. c., n. 229, f. 42*b *satisfit* fusterio pro una porta fundenda ad predicatores, ubi debent auditores tenere audientiam.

Die 5 m. augusti satisfit pro tegulis removendis de turri, ubi sunt armature, que turris est contigua cum turre trulhatii.... *Die 5 eiusdem m.* pro II portis faciendis in audientia antiqua.... *Die 9 m. eiusdem* pro XII^cim freialeriis, qui fuerunt pro roqua tollenda et adequanda pro fundamento novi operis.

Die 24 m. septembris pro morterio portando de palatio ad scolas de novo factas pro pilaribus faciendis.

Die 6 m. octobris pro panno de auro ponendo retro cathedram pape in parvo tinello.... *Die 20 eiusdem m.* pro una porta facienda ad altiores privatas prope turrim trulhatii. *Die 29 eiusdem m.* pro gofonis et ferramentis ponendis in fenestris novi operis *et quibusdam aliis in* camera de paramento, tinello parvo, garda rauba.

236 V. paullo post p. 642, not. 277.

237 La Glacière.

Die 14 m. novembris pro copertu reparando de turre, ubi morantur arm[am]enta supra privatas palatii.... *Die 24 eiusdem m.* pro faciendo lo sobre test de quadam porta in vite in turre stubarum.

Die 22 m. ianuarii 1345 pro II portis faciendis, unam in scalerio, per quod descendit papa ad concistorium, et alia in scalerio, per quod descenditur ad thesaurariam.

Die 5 m. februarii pro uno armario in magna turre versus beatam Mariam pro scarletis pape tenendo.... *Die 10 eiusdem m.* pro uno armario faciendo in turre versus beatam Mariam pro vacella argenti tenendo.... *Die 25 m. eiusdem* pro III manobris, qui fuerunt pro terra removenda de porta thesaurarie, que porta exit ad viridarium domini nostri pape.

Denique exstruebantur eo tempore carceres novi marescalli curie [238] *passim et cf. l. c., n. 242, f. 152*b.

De **anno 1345-46,** l. c., n. 242, ff. 148-176.

*F. 149*a *Die 9 m. iunii satisfactum est* pro II catoneriis ferreis pro nova audientia;... *f. 150*a *die 18 eiusdem m.* pro operando tectum deambulatorii novi iardini domini nostri cum duabus portis et VI fenestris de fusta - XVIII flor.

*F. 151*a *Die 8 m. iulii* pro LX duodenis foliorum deauratorum de stagno pro stellis magni tinelli ponendis in pictura tecti eiusdem.

*F. 153*a Eadem die *[12 m. augusti]* solvimus magistro Christiano factori vitrearum pro tribus vitreis duplicibus per ipsum factis in capella nova facta supra gardam robam domini nostri pape, que cannate per Petrum Galterii continent in universo CXXXIX palmos, ad rationem V sol. pro quolibet palmo de cayre, valent LIX lib., XV sol.

*F. 153*b Die XX m. augusti solvimus Petro Pelherii fusterio Avenionensi pro una pecia de royre pro faciendis portis colaticiis porte nove facte in edificio novo, empta per magistrum Rostanum Ber ab eodem - VIII flor.

*F. 153*b Die XXVII augusti Vanello de Lucha civi Avinionensi pro XXXIII stagneolis auri fini bruniti traditis et liberatis magistro Matheo Iohaneti pro pictura capelle tinelli magni apostolici, ad rationem V sol., III d. pro qualibet stagneola, valent VIII lib., XIII sol., III d. - Item pro V^{c} peciis argenti pro dicta pictura ab eo emptis, ad rationem VI sol. pro quolibet centenario, valent XXX sol.; et sic solvimus summa X lib., III sol., III d. in VIII flor. auri, XI sol., III d. parve.

*F. 156*a *Die 4 m. octobris* pro portanda tota dicta fusta in capella nova facta in gardaroba domini nostri, de qua facta fuerunt stagia in ea pro ipsa pingenda.... *F. 156*b *Die 8 eiusdem m. fit computus* de ferramentis receptis pro edificiis domini nostri... primo solvimus pro LXXXIX barris

[238] Hospitium et carceres marescalli iustitiae sive curiae sita erant versus meridiem a palatio Clementino (cf. paullo post p. 651), quae aedes paullo post appellatae sunt *La Vicegérence*.

positis in audientia nova, in domibus marescalli, in turri de trulhatio et in turri ultra Rodanum.

F. 157 b Die XXI novembris facto computo cum magistro Matheo Iohaneti pictore de pictura parietum magni tinelli apostolici, solvimus eidem tam pro se ipso quam pro aliis operariis, in universo CXIX flor., deductis XI flor., quos ipse solvit pro XXXIII lib. de azurio, quas tradidimus sibi de thesauro ecclesie pro faciendo opere supradicto, de quo debebat habere CXXX flor. auri.

F. 158 a *Die 3 m. decembris satisfit* pro VI anulis positis in audientia nova, una stanga ferrea posita in concistorio... [239]. Pro perforando muro iardini domini nostri pro conductu grifonis [240] ibidem de novo facti.

F. 160 b Die III ianuarii [1346] magister Matheus Iohannoti de Viterbio pictor computavit de expensis per ipsum solutis pro pictura capellarum sancti Michaelis et sancti Martialis, que sunt infra palatium apostolicum Avinionense. - Et primo computat solvisse pro V^c IIII dietis pictorum, qui laboraverunt in pictura capelle sancti Michaelis [241], que est in capite turris garderaube domini nostri pape, videlicet a XIX die ianuarii de anno domini MCCCXLV usque ad diem XXV septembris de eodem anno, sub diversis pretiis, prout in libro suo particulariter continetur, in summa LXXI lib., IX den. parve. Item computat solvisse pro certis coloribus per ipsum emptis, preter colores receptos a camera, pro aliis necessariis ad dissolvendum dictos colores oleo, vernis, ovis, cola, pincellis, vasis ad tenendum dictos colores, pro stagno viridi et albo, pro portu aque, pro scalis et quibusdam aliis minutis necessariis ad pingendum capellam predictam sancti Michaelis, in summa VII lib., XVII sol., III d.

Summa universalis expensarum solutarum pro pictura capelle sancti Michaelis - LXXVIII lib., XVIII sol. parve monete Avinionensis.

Sequitur expensa pro capella sancti Martialis [242]. — Primo computat solvisse pro VI^c XL dietis pictorum sub diversis preciis, qui laborarunt pingendo capellam sancti Martialis a die XII mensis octobris de anno XLIIII usque ad primam diem septembris inclusive de anno XLV, in summa LXXXIX lib., X sol., VII den. — Item computat solvisse pro certis coloribus per ipsum emptis, preter illos, quos recepit a camera, et pro rebus emptis ad dissolvendos dictos colores, videlicet pro oleo, vernis, ovis, cola, goma, vasis ad tenendum colores, pro pincellis, carbonibus, stagno viridi et albo, pro XX peciis auri, pro clavis et acutura ferrorum et quibusdam aliis minutis - XIII lib., XV sol., VIII den. - Summa universalis pro pictura dicte capelle sancti Martialis - CIII lib., VI sol., III d.

239 Haec videtur prima mentio consistorii novi supra audientiam novam constituti.

240 Ibidem f. 150 *b* recensentur empti lapides *pro faciendo grifone in iardino;* cf. ff. 161 *b*, 171 *a*.

241 Capella s. Michaelis sive gardaraubae in summa turri Gardaraubae sita erat.

242 Capella s. Martialis sive tinelli magni in turri, quae nunc s. Ioannis appellatur a Benedicto XII erat constituta.

Summa sumarum omnium expensarum solutarum pro pictura duarum capellarum predictarum est - CLXXXII lib., IIII sol., III d., que fuit soluta in CLI flor., XX sol., III d. singulis florenis pro XXIIII sol. computatis.

*F. 161*a Item computat dictus magister Matheus laborasse in pingendo dictas capellas ad die XIX ianuarii de anno XLIIII usque ad primam diem septembris de anno XLV inclusive, in summa IIII^c^XXV dietis; pro quibus computat sibi deberi - CLXX lib. parve, singulis dietis precio VIII sol. computatis; valent libre - CXLI flor., XVI sol., singulis florenis precio XXIIII sol. computatis.

Summa omnium solutorum pro dictis II capellis - CCXCIII flor., XII sol. [243].

*F. 161*b *Die 12 m. ianuarii satisfit* pro V^c^XLIII quintalibus et XL libris plumbi emptis pro copertura magne turris de trulhatio - VI^c^LXXXIIII flor., VI sol. parve.

Die 30 m. eiusdem satisfit magistro Christiano vitreario ... pro duabus vitreis factis subtus capellam novam sancti Michaelis prope turrim magnam palatii apostolici ...; pro XII pannis ferreis positis in fenestris vitreis tam capelle sancti Michaelis predicte quam capelle magne Villenove ... videlicet IIII^or^ in dicta capella sancti Michaelis.

Eadem die *[1 m. februarii]* solvimus Iohanni Galafredi et Durando Guilha fregelariis, facto foro cum eisdem de amovendo rocam hospitii, in quo habitat dominus Regensis episcopus et portando terram et alia, que erant in dicto edificio, eorum sumptibus ad campos, et faciendo pavimento consimili cum alio pavimento edificiorum eidem contiguorum - XXXV flor. .... *Die 3 eiusdem m. satisfit* Matheo Iohannotti pro picturis per ipsum factis in deambulatoriis palatii apostolici a parte magni tinelli [244], in quibus asseruit, quod sunt CLXXVIII canne cadrate, inclusa parte deambulatorii, in qua stant custodes tertie porte - LXXIIII flor. — Gippum m. februarii: die lune VII februarii recepi a Rostagno Adzemar unam quadrigatam gippi pro una porta facienda in capite audientie palatii, ut papa posset intrare secrete ad videndum opus novum magistri Iohannis *[de Lupera]*, precio XVI sol.

*F. 167*a Die VIII dicti mensis *[martii]* solvimus Durando Guilha, Iohanni Fabri et Iohanni Galefredi fregelariis pro cavando rupem in loco, ubi fient latrine iuxta turrim [245], que fit noviter in edificio novo prope hospitium, quod inhabitabat dominus episcopus Regensis usque ad fundamentum, et portare suis sumptibus extra villam totum et quicquid extrahetur de dicto opere, facto cum eisdem foro per magistrum Iohannem de Lupera - VII flor. *F. 168*a *Satisfit* de evacuando terram, que ceciderat in magna fovea in capite magni palatii novi.

*F. 170*b Die penultima mensis martii facto computo cum magistris Petro Clari, Iacobo Alazaudi, Bertrando Gafeuilh et Iohanne Matha lathomis et magi-

[243] Cf. Müntz, *Memoires de l'academie de Vaucluse* (1882), tom. I, pp. 153-155 et *Bulletin monumental* (1884).

[244] Quae deambulatoria ante saepius dicta sunt *a parte viridarii*; cf. paullo post p. 680.

[245] Putem indicari turrim illam humiliorem, quam in tabulis III et IV n. 38 signavi.

stris operis turris trulhacio de operibus per ipsos factis in dicta turri a die XIX mensis februarii de anno preterito, qua die cum ipsis computavimus de omnibus per ipsos factis in turri predicta a fundamento usque ad IIII^or crocos ferri positos in IIII^or angulis dicte turris, solvimus eisdem pro CCXIX cannis quadratis, III palmis, III quartis muri duplicis factis per ipsos, videlicet a signo predicto usque ad summitatem et perfectionem turris prefate (171*a*), ad rationem II flor. et tertia pro qualibet canna cadrata - V^cXII flor., II sol., III d. monete Avinionensis. — Item solvimus eisdem pro CVI cannis, uno palmo cadratis de merletis, ad rationem XXII sol. pro qualibet canna cadrata - CXVI lib., XIIII sol., IX d. monete, cuius valet florenus XVII sol., qui valent CXXXVII flor., VIII sol. monete Avinionensis; que omnes summe predicte, facta reductione ad florenos, ascendunt ad VI^cXLIX flor., X sol., III d. monete Avinionensis.

*F. 171*b Die III m. aprilis, facto dudum pretio cum Iohanne Matha per P[etrum] Gauterii et magistrum Iohannem de Lupera de facienda una magna fenestra in muro veteri coquine inferioris palatii apostolici, videlicet pro laboragio suo ad summam V flor. auri, et est in pede graduum, per quos ascenditur ad dressatorium magni tinelli, solvimus eidem dictos V flor. — *F. 172*a *eadem die* facto computo cum magistro Matheo Iohanneti pictore de pictura facta per eum seu operarios suos in tribus deambulatoriis, prout protenduntur a III porta usque ad portam palatii necnon cameram, in qua iacent hostiarii maiores, ac gradibus, per quos ascenditur ad dictam capellam [246], repertum fuit per relationem Petri Gauterii, qui cannaverat omnia predicta, quod dictum opus continet III^cXXXIIII cannas, V palmos; valent ad rationem X sol. pro qualibet canna cadrata - CLXVII lib., VI sol., III d., que pecunie summa fuit eidem soluta in CXXXIX flor., XIII sol., IX d.

*F. 172*a Die V aprilis facto computo cum magistro Matheo Iohanneti pictore solvimus eidem pro pictura ymaginis beate Marie cum filio facte in magna aula [247] palatii papalis super hostium capelle [248] dicti palatii, que bis facta extitit, videlicet pro salario magistri et pictorum, qui fuerunt in dicto opere a die XIX mensis novembris proxime preteriti usque ad IIII diem presentis mensis aprilis - XLIII flor., XIII sol., IIII d. — Item pro diversis coloribus grossis sive azurio sive auro necessariis pro dicta ymagine - LXVI sol., VII d. — Que omnes summe predicte ascendunt ad XLVI lib., XIX sol., XI d. Que pecunie summa fuit eidem soluta in XXXIX flor., III sol., XI d., singulis florenis pro XXIIII sol. computatis. — *Iam die 25 m. ianuarii (f. 162*b*) tradita erant eidem Matheo plura* stagneola auri pro pictura ymaginis beate Marie, que fit in capella magni tinelli; *praeterea die 17 m. martii f. 168*a *recensentur empta alia* L stagneola auri et CC folia argenti pro pingenda ymagine beate Marie super hostium capelle magni tinelli domini nostri.

246 Capella magna s. Ioannis.

247 Indicatur tinellus magnus.

248 Quae capella, in turri s. Ioannis sita, nunc s. Martialis appellatur.

*F. 173*b *Diebus 28 m. aprilis et 2 maii satisfit* pro portandis CC tegulis ab audientia antiqua [249] usque ad portam iuxta beatam Mariam de Doms pro cooperienda camera servientium armorum ibidem - II sol., VI d. . . . . Item pro duobus magistris, qui cooperuerunt supra audientiam antiquam - X sol. [250].

*F. 175*b *Die 18 m. maii* satisfactum est fregelariis . . ., cum quibus fuerat factum forum de scindenda rocha, que erat in audientia contradictarum, et alia rocha, que erat in loco, ubi est cavea subtus dictam audientiam, continens VIII cannas in longitudine et latitudine. Item alia rocha in fundo magni palatii novi causarum [251] usque ad certa signa ibidem posita . . . II^c^LXXV flor.

Denique toto eo anno plurimae recensentur pecuniarum summae expensae per Ioannem de Lupera pro opere novo *sive* pro edificiis palatii novi, pro turre trulhatii, *pro palatio Villaenovae exstructo*, pro marestalla equorum (161*a*), domo pinhote, carceribus novis marescalli iustitie.

Summa universalis totius tituli de operibus et edificiis XXV^M^IIII^c^LX flor. [252] preter mutua facta magistro Iohanni de Lupera pro opero novo.

De **anno 1346-47**, l. c., n. 248, ff. 126-152.

*F. 127*a Die X m. iunii, cum Durandus Guilha et Iohannes Galafredi fregelerii laborassent in scindendo rocham, in qua factus est murus transversalis in capite magni palatii causarum novi, in loco, ubi est ordinata domus subterranea in volta lapidea pro scolis [253], nec fuisset cum eis conventum de certo pretio, idcirco per extimationem super hoc factam per Petrum Gauterii et magistrum Iohannem de Lupera constitit, quod debebant habere pro dicto opere, quos solvimus die hodierna - VI flor.

*F. 127*b *Die 17 m. eiusdem satisfit* pro coopertura plumbi turris de troilhatio, *idque saepius repetitur.*

*F. 128*a *Die 1 m. iulii* pro factura porte colatissie facte in magna porta [254], per quam itur ad ecclesiam beate Marie de Doms.

249 Quae tunc, novâ constitutâ, destruebatur.

250 F. 173*b* *Item pro portandis VIII*c *tegulis de audientia antiqua Avinionensi usque ad dictum hospitium* cardinalis Neapoleonis Villaenovae.

251 Ea appellatio haud raro occurrit in causis apud auditores sacri palatii actis; qua audientiam sub consistorio in meridiana parte palatii Clementini indicari opinor.

252 Iuvabit hic adiungere rationem *introitus et exitus* trium priorum annorum Clementis VI, quam habes in *Intr. et exitus cam. apost.* n. 242, f. 243*a s.* Tribus illis annis (1342-45) illata erant in cameram: 641,397 flor., 42,725 scudat., fere 22,000 nummi diversi. Eodem tempore expensa sunt: 616,416 flor., 20,800 scudat., fere 19,000 nummi diversi. Itaque reliqua erant: 24,981 flor., 19,848 scudat., fere 12,000 nummi diversi. — Praeterea anno sexto (1347-48) illata sunt: 172,850 flor., 21,280 scudat., fere 7000 nummi diversi; expensa: 136,690 flor., 21,000 scudat.; reliqua erant: 44,435 flor. 3044 scudat. v. l. c. n. 250, ff. 49*b*, 211*a s.* — Confer quae de hac re enarravi in Denifle-Ehrle, *Archiv*, V, 159.

253 In iis docebat magister theologiae, quem nunc magistrum sacri palatii appellant, litteras sacras; cf. paullo post p. 691.

254 Quam in tabulis III et IV signavi n. 37.

*F. 131*b *Die 7 m. augusti* pro factura graduum lapideorum, per quos descenditur ad inferiores partes turris trulhatii, ubi reponuntur ligna combustibilia pro usu palatii apostolici..., pro demoliendo quodam muro contiguo capelle maiori [255] palatii apostolici, qui prestabat impedimentum in factura graduum predictorum. — *F. 132*a *Die 9 m. eiusdem* pro recolligendo carbone, qui erat in fundo turris trulhatii, ubi modo sunt reposita ligna combustibilia, et portando superius in camera carbonis iuxta capellam inferiorem. — *F. 133*b Die XXIX m. augusti computavit Christianus vitrearius de vitreis per ipsum factis in consistorio palatii apostolici; et primo computat posuisse in VIII fenestris parvis dicti consistorii, quarum quelibet habet IIII palmos in altitudine et in latitudine - CXII palmos quadratos vitri, videlicet in qualibet fenestra XIIII palmos, valent ad rationem pro quolibet palmo V sol. - XXVIII lib., que fuerunt sibi solute in XXIII flor., VIII sol., singulis florenis pro XXIIII sol. computatis.

*F. 134*a *Die 2 m. septembris* pro cavando terram usque ad fundamentum porte nove palatii apostolici, per quam itur versus Payroleriam. *Praeterea pro ferramentis positis* in portali iuxta audientiam novam.

*F. 136*b *Die 19 m. octobris* pro cavandis XXXIIII cannis cum duobus palmis de rocha, in loco, ubi fiunt gradaria ad ascendendum in capella nova, que edificatur ante palatium...; pro cavandis fundamentis iuxta portale, quod fit noviter versus partem Payrolarie, videlicet in loco, ubi fit gradarium.

*F. 138*b *Die 18 m. novembris satisfit fregelerio*, qui amovit residuum roche de scolis novis infra [256] palatium.

*F. 139*a *Die 21 m. eiusdem* sequitur compotus redditus per Matheum Iohannoti de Viterbio, *in quo primum recensentur quaedam picturae factae in capella magna palatii; deinde* computat pro opere consistorii et tabularum altaris domini nostri pape prout sequitur: et primo computat operasse in dicto opere a die XXIX mensis maii proxime et immediate preteriti usque ad X diem presentis mensis novembris, tam pro dietis suis quam operariorum suorum, in summa CCLXIII lib., VII sol. parve [257].

*F. 139*b *Die 7 m. decembris pro ferramentis positis* in audientia nova... pro fenestris turris trolhatii..., pro fenestris magne turris.... *F. 140*a *Die 12 m. eiusdem* pro mutandis scannis seu banquis, qui erant in numero XVIII de scolis antiquis et portandis in scolis novis theologie factis infra palatium, et pro aliquibus *[decem]* novis.

*F. 143*a *Die 26 m. ianuarii 1347 solvitur merces* cooperientium deambulatoria ante coquinam secretam [258] et magnum tinellum et cooperientium coquinam iuxta turrim magnam [259], cameram domini nostri pape....

[255] Capella magna s. Ioannis inter turres Trulhatii et Campanae sita.

[256] Id est *in* palatio, prius enim fuerant in quadam domo *prope* palatium; v. paullo post pp. 683, 691.

[257] Cf. Müntz, *Les peintures de Simone Martini à Avignon*, p. 19.

[258] Ea paullo post *coquina oris* sive *boche* vocatur.

[259] Indicatur turris Trulhatii.

*F. 143*b *Die 31 eiusdem m. satisfit* pro faciendis gradibus in deambulatorio beati Iohannis... [260], pro facienda comporta portalis, quod confrontatur cum audientia nova.

*F. 146*b *Die 24 m. martii satisfit iis,* qui receperant facto pretio cannare fundamenta operis novi et diruere domos antiquos, pro eo, quod multum erant damnificati (!) propter pluvias, quia multa terra cecidit in fundamentis iam cannatis.... *F. 147*b Pro LX frachiis positis in fenestra, in qua datur indulgentia.

*F. 149*a *Die 18 m. aprilis* pro tribus crucibus ferreis..., quarum una posita fuit in cacumine turris troilhatii, alia in turri hospitii domini nostri ultra Rodanum, alia in turri domini marescalli.

Die XVIII mensis aprilis sequitur compotus brevis redditus per magistrum Matheum Iohannoti pictorem domini nostri pape, de picturis factis per eum in consistorio palatii Avinionensis, in latere dicti consistorii, ubi est coronatio et IIII pontifices [261], et etiam pro factura tabule altaris capelle dicti palatii, a die XII mensis novembris proxime preteriti usque ad presentem diem presentis mensis aprilis, prout in quaterno [262] rationum suarum per eum camere assignato plenius continetur; in summa tam pro suis quam operariorum suorum dietis - LXXVIII lib., XVIII sol., X d. monete Avinionensis. Item computat expendisse pro dictis operibus in diversis coloribus per ipsum emptis, contentis plenius in dicto quaterno, in summa X lib., IIII sol., IX d. — Summa dictarum duarum summarum LXXXIX lib., III sol., VII d.; que pecunie summa fuit eidem soluta in LXXIIII flor., VII sol., VII d., singulis florenis pro XXIIII sol. computatis.

*F. 149*a Die XIIII mensis aprilis... pro puteo, quod (!) est iuxta portale maius intrando palatium a parte sinistra et pro fundamentis turris [263], que est in angulo bastimenti versus domum domini camerarii et pro fundamentis pinaculi audientie, que erant evacuata et in statu debito posita.

Die XXVII m. aprilis facto dudum foro cum Galtero Vial, Bertrando Coterii, Bernardo Frezier et Lamberto Fabro pro demoliendo audientiam antiquam [264] et totum opus antiquum, videlicet omnes domos, que erant ante palatium, ubi edificatum est modo palatium novum, et ubi est platea vacua ante dictum palatium, pro quibus omnibus debebant habere VI^{c} flor.; et facto computo hodie cum eis, repertum fuit, quod receperant a nobis diversis diebus et vicibus, prout infra describitur, dictos VI^{c} flor. Ob hoc computavimus sibi solvisse pro toto dicto opere, de quo fuit factum forum cum eis die ultima

260 Id est in deambulatorio iuxta capellam magnam s. Ioannis.

261 Müntz, l. c., p. 19 opinatur, eos fuisse Clementem V, Ioannem XXII, Benedictum XII, Clementem VI; at dubito, an id affirmari queat de Clemente VI ac proinde de reliquis.

262 Habes illum quaternum in Denifle-Ehrle, *Archiv*, IV, 602 *s.*

263 Eam turrim indicavi paullo ante p. 636, not. 254.

264 *Intr. et exit. cam. apost.* n. 251, f. 106: *Die XXIIII martii* [1347]... *pro tegulis de lausa antique audientie contradictoriarum (!) portandis et recolligendis et in quadam camera ponendis;* cf. paullo post p. 687 *s.*

mensis iunii anno pontificatus domini nostri secundo [265], prout in instrumento super hoc recepto per magistrum I. Palasin continetur, dictos VI^c flor.

Praeterea haud exiguae pecuniarum summae impensae sunt in turri trulhatii et palatio novo *complendis, in constituendis* edificiis marestalle et palherie nove *(f. 126*b*) et* edificio novo in domo marescalli iustitie *(f. 129*b*).*

De **anno 1347-48,** l. c., n. 250, ff. 114-145.

Saepius recensentur et stipendia soluta et azuri quantitates traditae Matheo Iohannoti pro pictura consistorii *cf. f. 114*a, *120*b, *122*a; praeterea *lapides et calcis copia* recepta in audientia nova pro palatio novo.

*F. 118*a *Die 9 m. octobris satisfit* pro faciendo XX encastras in capella [266] domini nostri pape pro aperiendo vererias, - pro intelando fenestras in grossa turri [267], ubi iacent servientes armorum, item pro intelando fenestras camere domini nostri pape, - pro faciendo fenestras in cellario turris, que est iuxta thesaurariam...; item pro faciendo XII portas in opere novo ante palatium.

*F. 119*a *Habes expensas factas* in offitio arthilherie, *nimirum* pro lapidibus ad turres portandis, spingalis, balistis, lanceis, ad portandum cayrellos de magna turri ad parvam [268]. *Cf. f. 139*b pro portando dictas spingalas, quando fuerunt facte, de hedificio novo ad superiorem cameram turris.

*F. 122*a *Die 7 m. novembris satisfit* de implendo clotas volte audientie nove ac mundando cameras operis novi palatii et carreriam ab hospitio capitanei marescali usque ad portale maius novi dicti palatii.

*F. 122*a *Die XIIII m. eiusdem* sequitur computus brevis [269] magistri Mathei Iohanneti de Viterbio pictoris... pro pingendo consistorium apostolicum et quandam partem cuiusdam deambulatorii, quod est in introitu camere domini nostri *a die 12 m. iulii ad diem 26 m. octob. 1347.*

*F. 134*b *Die 21 m. februarii 1348* pro intelando fenestras camere domini nostri pape et de gardarauba, camera vulgariter nuncupata [270]; — et pro intelando fenestras parvi tinelli; — pro faciendo duo mediaria, unum in corredorio et aliud supra terrassias operis novi.

*F. 137*b *Die 8 m. martii satisfit* de calce pro operibus palatii novi et turris... [271]. *F. 139*a *Die 29 eiusdem m.* pro II^M et VI^c clavis genoes... pro exhedris palatii, quibus vadit dominus noster papa ad consistorium.

[265] Id est die 30 m. iunii 1343.

[266] Putem indicari capellam novam magnam s. Petri.

[267] Cf. paullo ante p. 636.

[268] De turri Trulhatii ad turrim *La Glacière*, cf. paullo ante p. 631 *s*.

[269] Integrum computum habes in DENIFLE-EHRLE, *Archiv*, IV, 602-630; ubi p. 628 refertur quosdam operarios operatos esse *in aula parva* (id est tinello parvo) *et deambulatorio et consistorio et pro capella dicti consistorii.*

[270] V. paullo post p. 690.

[271] Turris Trulhatii.

*F. 143*a *Die 19 m. aprilis* pro portu II^cXXVII saccorum gippi pro gippando solum turris magne, ubi armature sunt reposite.... *F. 144*a *Die 29 m. eiusdem* pro uno banquo faciendo cum capsa pro magistro hostiario de capite corratorii et pro telandis fenestris camere domini nostri pape et pro telanda camera iuxta consistorium. — Expense facte pro XXX dietis fusteriorum pro faciendo cadafalco, ubi cermocinavit dominus noster papa et pro dilacerando, ad rationem VI sol. pro qualibet die, valent IX libr.; *cf. f. 147*a [272].

*F. 145*b *Die 2 m. maii emuntur* ferramenta pro audientia nova, pro turre magna et porta consistorii.

*F. 140*b Anno domini M°CCC°XLVIII° die XIX m. februario magistri Petrus Gauterii et Iohannes Massarii deputati per nos... ad canandum opera nova [273] palatii apostolici facta per magistrum Iohannem de Luperia, et iurati bene et fideliter canare opera supradicta et fideliter refferre, que invenirent in canamento, presente dicto magistro Iohanne de Luperia et nobis et clericis camere, concorditer retulerunt, quod omnes muri bugetorum dicti operis ascendunt ad VI^cXCIX cannas quadratas et medium palmum. — Item muri crotarum, computando duas cannas quadratas pro tribus cannis, ascendunt ad MCCLII cannas, VII palmos, II quart. med. quadrat. — Item omnes muri quadrariorum *[ad]* LIX cannas, VII palmos, III *[quart.]* quadrat. — Item muri tudellorum et fornellorum ascendunt ad XVIII cannas, IIII palmos quadrat. — Item muri acolarum ascendunt ad CXCI cannas, VII palmos, III quart. quadrat. — Item muri vitium ascendunt ad CXXV cannas, V palmos quadrat. — Item omnes muri grossi ascendunt ad III^MVII^cLXXXV cannas, II palmos, III quart. et med. quadrat.

Que omnia canamenta predicta ascendunt ad VI^MCXXXII cannas, III palmos, II quart. med. quadrat; que dando pro canna quadrata III flor. cum dimidio auri, sicut conventum extitit cum eodem magistro Iohanne, ascendunt ad XXI^MIIII^cLXIII flor. XV sol., IIII den. ob.

Item fecit idem magister Iohannes de bardamento CXXXII cannas quadratas, que faciunt dando pro canna quadrata XX sol. monete Avenionensis - CXXXII lib. dicte monete; valent ad florenos, computato floreno ad XXIIII sol. - CX flor. auri....

Deinde recensentur pecuniae, quas Ioannes a camera receperat et concluditur: et sic est summa recepta per dictum magistrum Iohannem tam a dicto camerario quam a thesaurario usque ad supradictam diem XIX m. februarii - XXX^MVIII^cXXX flor., VII sol., VI den.

Advertendum tamen est, quod absque restitutione et solutione reste predicte, de mandato domini nostri pape dicto domino camerario vive vocis ora-

[272] Huc spectat *Archiv. Avenionen. Collectoriae* n. 462, Rationes camerae 1348-1352, f. 96*a*, an. 1348: *pro platea ante dictam portam* [palatii] *existente mundanda pro sermone et benedictione domini nostri pape aptius audienda et ceteris necessariis ad predicta decentius ordinanda.*

[273] Aliud *cannamentum operis novi* habes paullo post p. 650.

culo facto pro continuazione operis et edificii supradicti fuit resumpta dicto magistro Iohanni solutio, videlicet de die XIII mensis martii anni supradicti, et ministrati et soluti ultra restam predictam dictorum IX^{M}II^{C}LVI flor., XVI sol., I d. ob., videlicet - V^{C} flor. de Florentia.

Sequuntur computus *similes* de lapidibus (3000 flor.) et lignaminibus (3775 flor.). *Quare* summa universalis *eo anno expensa* pro operibus et edificiis est c. XLI^{M}V^{C} flor., MIIII^{C}XLIIII lib., *ex quibus tamen* XX^{M}VI^{C}XVII flor. IX^{C}XXXIII lib. *ex* computis universalibus *proveniunt.*

De **anno 1348-49**, l. c., n. 210, ff. 120*a*-142*a*.

*F. 121*b *Die 8 m. iulii fit* computus de expensis factis in duabus cameris magne turris, ubi reponuntur et conservantur arnesia domini nostri pape *id est armaturae in turri Trulhatii.*

*F. 129*a *Die 3 m. martii 1349* pro faciendo unum solerium in turre latrinarum, - pro faciendo armasia capelle domini camerarii.

*F. 130*a *Die 11 m. martii* sequitur computus magistri Christiani vitrearii de dietis suis et duorum hominum, qui operati fuerunt de plumbo in coopertura magne turris *a mense septembri usque ad martium.*

*F. 130*b *Die 3 m. aprilis* pro faciendo scindi V bilhones, in quibus sunt XLIIII canne quadrate de taula, pro faciendo scalas thesaurarie ad tenendum libros, pro pretio V sol. canna, ascendunt XI lib. — Item pro una scala pro accipiendo libros in thesauraria - X sol.

De **anno 1349-50**, l. c., n. 260, ff. 119*a*-141*a*.

*F. 121*a *Die V m. augusti satisfactum est* pro XIIII anulis ferreis pro cancello Domine Nostre de Donis ...; pro uno anulo pro porta, per quam itur versus Dominam Nostram ...; pro XX clavellis magnis positis in turri, ubi sunt armature.

*F. 128*b Die VI m. novembris pro extrahendo brasillum de palatio et onerando quadrigas Petri de Tornovo, que portabant terram ad Rodanum, que erat in carreria communi iuxta murum viridarii domini nostri pape ante hospitium domini Petri Bordonerii et ante scolas magistri palatii. — *F. 129*a *Eadem die* pro refectione cuiusdam fenestre cum crosseria in turre vocata de trolhassio, videlicet in camera, in qua iacent servientes armorum - V flor.

*F. 132*b Die XIIII m. ianuarii *[1350]* pro II fenestris factis in copertura magne turris palatii apostolici de trolhassio.

Die XVIII m. februarii ... recoopertoribus tectorum, qui cooperiebant deambulatoria facta de novo supra crotam, que est inter capellam magnam et turrim vocatam de trolhassio.

*F. 136*b Die X m. martii ... pro intelando fenestras consistorii et pro faciendo gradarium torrelle, que est in capite parvi tinelli ...; pro aptando fustas unius solerii, quod est iuxta capellam secretam ...; pro folrando de tela armasia capelle dicti domini camerarii.

*F. 137*b Die I m. aprilis . . . pro faciendo coopertorium fenestrarum turris, in qua iacet dominus camerarius . . . [274]; pro faciendo barrandas in gradario turris latrinarum et pro intelando fenestras camerarum et gardarauba (!) domini nostri pape, et pro faciendo unam cameram in capella domini camerarii . . .; pro faciendo II solerios in II turrellis in opere novo.

De **anno 1350-51,** l. c., n. 261, ff. 128-164.

*F. 132*b Die VII m. augusti . . . pro perforando unam achoam seu murum inter capellam magnam palatii et cameram carbonerie . . .; pro ponendo croquos fenestrarum in camera domini thesaurarii in palatio novo; *plurima alia pro eadem camera paranda* [275].

*F. 141*b Die XXX m. octobris . . . pro simentando terrassas et corredores edificii pape Benedicti existentes prope cameram paramenti domini nostri pape *f. 143*a et operis novi . . . *a die VII sept. 1349 usque ad hunc diem pro oleo, bitumine etc.*

*F. 148*a Die XVI decembris pro intelando fenestras capelle basse . . . [276]; pro faciendo II scampna pro camera domini regis Francie [277].

*F. 153*b Die V m. februarii *[1351]* . . . repararavit I serralham guardaraube domini regis Francie, item aliam camere domini regis Francie . . ., item aliam camere pedis de lescalier de opere novo . . ., item pro alia *[falsa verula]* posita in camera domini thesaurarii in opere novo.

*F. 163*b Die XXVI m. aprilis pro XVII barris pro capella nova operis novi . . .; pro alia *[sarralha]* posita in capite vitis operis novi iuxta capellam novam.

Summa universalis - XII^M^V^c^XXX.

De **anno 1351-52,** l. c., n. 263, ff. 119-148.

*F. 119*b Die ultima maii . . . pro duabus cordis magnis pro laborivis fuste crotarum seu terrasse capelle et deambulatoriorum palatii novi.

*F. 121*a Die XV m. iunii . . . pro reparando coopertorium turris, in qua iacet dominus noster papa.

*F. 126*a Die III m. augusti pro faciendo quandam clausuram in camera nova iusta capellam novam et planificando plateam dicte camere, ut magis recte posset bardari, ac scobando et mundando quasdam vistas et ca-

[274] Is tunc in turri ss. Angelorum tenebat cameram sub illa pontificis sitam; v. paullo post p. 645.

[275] Simili ratione instituitur paullo post in palatio novo camera sive hospitium camerarii; v. huius voluminis p. 645.

[276] Cf. l. c., p. 600, not. 91.

[277] Id procul dubio referendum ad Ioannem II, qui, si non pluries, certe ter Avenione commoratus est. Primum quidem cum patre Philippo VI anno 1336; cf. CONTINUAT. GUILELMI DE NANGIS *ed. Géraud*, II, 150. Deinde rex ibidem diutius versatus est a mense decembri 1350; cf. FROISSART, CHRONIQUES *ed. S. Luce*, tom. IV, p. XLI, 102. Denique a mense novembri 1362; cf. CONTINUAT. GUILELMI DE NANGIS, l. c., pp. 321, 330; FROISSART, l. c., tom. VI, pp. XXXVIII, 78, 273. — Cf. huius voluminis pp. 631, 649.

meras, que sunt, sicut itur infra dictam cameram . . .; pro scobando turriculas, que sunt versus terrassias novas et omnes cameras, vistas et corradores existentes de subtus dictas terrassias. — *F. 127*b Die III m. augusti . . . pro faciendo clausuram cuiusdam camere secrete inter gardam raubam domini nostri pape et edificium novum.

*F. 129*a Die IX m. septembris pro duabus talholis seu rotis de metello pro saumeriis et aliis fustis edificii novi ascendendis.

*F. 133*b Die XXI m. octobris traditi fuerunt de mandato domini nostri pape magistro Iohanni de Luperiis pro clave lapidea volte capelle nove palatii, distribuendos magistris ratione complementi dicte capelle [278] - C flor.

*F. 135*b Die VII m. decembris *satisfactum est* coopertori, qui recooperiebat audientiam contradictarum in domo predicatorum.

*F. 140*a Die XIX m. februarii *[1352]* soluti fuerunt magistro Iohanni de Luperiis magistro operis novi palatii domini nostri pape pro factura rote [279] audientie nove, in qua sedent auditores sacri palatii - XXIIII flor.

*F. 141*a Die VII m. martii . . . pro I clave posita in capella consistorii palatii [280] . . .; pro II clavibus positis in capella domini thesaurarii.

*F. 144*a Die VII m. aprilis *satisfit* Guillelmo Viaudi fusterio pro faciendo meianum cancelli audientie magne, cathedram auditoris camere et fenestras vistarum dicte audientie, facto pretio cum eodem - XXVII flor. — Item dicto Guillelmo pro XXX dietis, quibus operatus fuit cum duobus aliis fusteriis in fulrando et fustando rotam auditorum [281] et sedes dicte audientie, ad rationem VIII sol. pro dieta, - XII libr. — Item Iohanni serratori pro serratura IIII^c^XIX cannarum, VII palmorum quadratorum, videlicet de taulamento, sclapa, travazone, cabironibus, riosta tam pro terrassia capelle audientie, cancello, rota, fenestris, sedibus, altaribus, scabellis, scannis audientie palatii . . . ad rationem VII sol. pro canna qualibet, summa CXXV libr., XIX sol., III den.

*F. 145*a Die IIII m. maii pro faciendo duas portas in contradictoriis, pro faciendo scannum domini auditoris contradictarum, pro portu fuste audientie et contradictarum . . .; pro uno armasio de nuce pro tenendo reliquias in capella tinelli [282] - XXV flor. — *F. 148*a pro una clave posita in maiori thesauraria [283] domini nostri in palatio Avinionensi. — Summa universalis *eo anno pro operibus expensa:* XIIII^{M}VII^{C}XXXVII flor., III^{C}LXVI scut., XXVII lib., XIII sol., I d. ob.

278 Ex quo loco plane constat, capellam magnam novam supra consistorium magnum Clementinum non ab Innocentio VI, sed a Clemente VI esse exstructam; cf. paullo post pag. 691.

279 L. c., p. 696.

280 L. c., p. 606, not. 133 aut p. 639, not. 269.

281 L. c., p. 691.

282 Capella s. Martialis in turri s. Ioannis.

283 Paullo post p. 649 habes *thesaurariam parvam*

De **anno 1352-53**, l. c., m. 265, ff. 75-94.

*F. 78*a Die IX m. iulii ... pro una sarralha dupla posita in quadam porta de capella nova sancti Petri [284] palatii Avinionensis, per quam dominus noster papa intrat - XX sol. ...; pro reparando unam canetam ferream de cancello palatii Avinionensis, quod est iuxta Champeus.

*F. 87*a Die III m. decembris ... pro XXXVI dietis frageliorum, qui operati fuerunt in diruendo murum audientie antique et frangebant rupem in decessu (!) platee versus scolas magistri palatii, ad rationem VIII sol. pro dieta qualibet, summa - XIIII lib., VIII sol.

*F. 90*a Die ultima m. decembris ... pro IIII^{c}XV dietis manuperariorum, qui operati fuerunt tam de die quam de nocte in portando lapides muri dirupti inter tinellum magnum et cameram paramenti et dictum tinellum et tinellum parvum ...; pro mundando conclave ... [285], pro factura camerarum secretarum dominorum cardinalium, in quibus cameris fuerunt XXVIII cellule, et pro uno maiano facto inter gardaraubam et cameras predictas, que fuerunt facte iuxta gardaraubam ...; *f. 90*b pro reficiendo solerium parvi tinelli combustum ...; *f. 91*a pro I gradario facto in descensu tinelli magni ad cameram paramenti. — *Sequuntur plurima de renovatione* putei viridarii et conductuum aque prope coquinam, buticalariam, panetariam, gardemenger.

Pecunia universa expensa eo anno pro operibus: fere 8000 flor.

De **tempore Innocentii VI (1352-1362)** pro singulis annis [286] singula nobis praesto sunt rationum volumina [287] ac insuper unum aliquod (n. 269), quo expensae pro *operibus et aedificiis* annis 1353-1361 factae, ex illis voluminibus collectae et descriptae continentur. Longe maximam partem occupant rationes *fusteriorum* et *serralheriorum*, quae copiosissimae sunt. Nec mirum. Cum enim tunc imprimis de palatio instituendo ac dispensando ageretur, eorum opera maxime requirebatur. Etiam in his rationibus quandoque aliquid nactus sum, unde situm atque usum aliquarum camerarum comperiamus. Reliquorum quoque operum descriptiones ita accuratae sunt, ut de incremento palatii rite possimus aestimare.

Quae sequuntur paene omnia ex volumine signato n. 269 desumpsi, cuius folia numeris non sunt distincta. At id ex parte ratione temporis suppletur.

284 V. paullo post p. 691.

285 Ex iis, quae hic referuntur, liquet post mortem Clementis VI conclave non fuisse constitutum in parte occidentali palatii novi, cuius primam contignationem quidam Avenionenses *le conclave* appellant, sed in orientali. At observandum est, occidentalem partem tunc nondum fuisse omnino perfectam neque institutam; cf. paullo post p. 661.

286 Cum enim Innocentius VI die 18 m. decembris 1352 sit pontifex renuntiatus ac die 30 eiusdem mensis sit *regno* exornatus, sub eo anni pontificatus fere cum annis a nativitate Christi computatis conveniunt.

287 Iuvat ea hic breviter recensere. Suppetunt de anno 1353 n. 265, 267; 1354 n. 272; 1355 n. 277; 1356 n. 278; 1357 n. 282; 1358 n. 286; 1360 n. 293; 1361 nn. 294, 295; 1362 n. 296 (manuale).

De **anno 1353** Die VI aprilis *[an. 1353]* cum compositio aliqua esset facta per cameram apostolicam cum magistro Iohanne de Luperiis magistro operum palatii domini nostri pape, videlicet [288] pro complendo turrim magnam palacii novi et faciendo aliam turrem integram iuxta capellam novam in XXI^M flor. auri, prout constat per quoddam publicum instrumentum per dominum I. Palaysini super hoc recepto, die qua supra, de mandato domini nostri pape, soluti fuerunt eidem in deductionem dicte summe IIII^c scudati, quolibet scudato pro I flor. et XII den. computato. — *Sequuntur exinde plurimae eius generis solutiones, ut* die X m. iunii ... pro faciendo et complendo magnam turrim novi edificii, que est supra audientiam contradictarum - V^c flor.; *vel ut ad diem 3 m. augusti adnotatur:* pro complendo turrim, in qua est audientia contradictarum, pro faciendo turrim novam, in qua erit revestarium magne capelle, *et paullo post:* vestiarium magne capelle nove. *Quin etiam anno 1354 ad diem 27 martii* pro faciendo turrim revestiarii et complendo turrim audientie.

Ad eamdem diem fit mentio sarralhe de turre, in qua tribunus [289] moratur.

Die III iulii *satisfactum est* pro expensis in domo horologii palatii domini nostri ac reparando dictum horologium [289a].

Die XXVI septembris pro perforando murum grosse turris [290] et faciendo unam fenestram in camera, in qua iacebat dominus camerarius subtus camera domini nostri pape.

Ultima octobris ... pro CXLIX dietis fusteriorum, qui operati fuerunt in faciendo meianum camere domini camerarii in edificio novo [291] et colgam et supracelum dicte colge et unum armarium pro libris tenendis et unum taulerium et unum dressatorium et incastra fenestrarum et unum meianum in dicta camera pro cubiculario suo et perticas in dicta camera et unam portam duplicatam in introitu dicte camere a parte capelle magne; videlicet pro LV dietis pro supradictis operibus; - et LIX dietis fusteriorum, qui operati fuerunt in faciendo armarios folratos de tela cum portis in gardarauba camere domini nostri pape; et faciendo stagias fenestre facte de novo in camera turris magne, quam solebat tenere [292] dominus camerarius; — item pro faciendo unum stadium seu rotam cum IIII rodetis pro domino cardinali Magalonensi [293], facto pretio VI flor. auri.

[288] V. paullo post pp. 691, 692.

[289] Id est Nicolaus Laurentii (Cola di Rienzo); cf. Faucon *(Note sur la détention de Rienzi à Avignon* in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, VII, 53 *s.*), quem hoc fugit. Idem habes ad diem 22 m. septembris 1352 in n. 265, f. 81*a*.

[289a] In n. 209, f. 114*b* lector bibliae dicitur reparasse horologium in gardarauba constitutum.

[290] Turris ss. Angelorum.

[291] V. paullo post p. 698.

[292] Ad diem XV novembris: *quam consueverat tenere;* cf. paullo post p. 648.

[293] Audoinus Alberti episcopus Magalonensis 1353-54, renuntiatus cardinalis 1353, mortuus est 1363.

De **anno 1354**: Die XI m. februarii ... pro uno vecte firmanti extra et infra pro camera paramenti in escalerio versus parvum tinellum [294]; — pro clave pro celario, in quo ponitur Vernachia [295] XIX den.; — die ultima m. februarii pro LII incastris cum portis et VII portis dupplicatis et orlatis in edificio novo contiguo capelle magne nove - L flor.

Die XI martii ... pro intelando et reparando fenestras consistorii; — pro fenestris, que sunt ante gradarium, per quod ascenditur ad capellam magnam palatii novi [296].

Die XXIIII m. aprilis ... pro uno falso vecte pro porta magnorum gradariorum iuxta audientiam ...; item pro uno falso vecte cum verrolher*[ia]* in parva thesauraria, ponderis III lib., XIIII den. pro libra valent III sol., VI den....; item pro II aspis supra sarralha prime porte domini camerarii ante magnam capellam novam - V sol.

Die VII maii, cum esset factum pretium per cameram apostolicam cum Anthonio Bonelli morante Avinione de coperhiendo magnam turrim de trolhassio in palatio Avinionensi ad II^{c}L flor., prout constat per instrumentum per dominum Iohannem Palaysini super hoc receptum die qua supra, in deductionem dicte summe fuerunt sibi soluti - L flor. [297]. — Die X m. maii ... pro XXX dietis frageleriorum, qui operati fuerunt in frangendo ruppam (!) platee palatii pro septimana sancta, ut gentes venientes ad indulgentiam possent ibi recolligi sine periculo, VIII sol. pro dieta qualibet, summa XII lib. — Item pro XCVIII dietis manuoperariorum, qui assistebant dictis frageleriis in removendo brazillum et lapides dicte platee et portando in fossato, quod erat in dicta platea; et mundando tinellos et deambulatoria ac plateam palatii antiqui; et plicando tapetos camere paramenti et portando natas palearum dicte camere ad cameram, que est iuxta coquinam domini thesaurarii in edificio novo; — item pro XIIII dietis fusteriorum, qui operati fuerunt in faciendo portas armeriorum (!) librarie camere, que est in thesauraria; — pro faciendo unam colgam in camera, ubi iacet dominus camerarius in palatio antiquo. — Die ultima m. maii *solvitur ultima pars* de IIII^{c}L flor. *debitis* magistro Christiano de Canturane vitriario commoranti Avinione de faciendo vitra seu vinalia in fenestris capelle magne palatii novi.

Die XXV m. iunii, cum per cameram apostolicam fuisset factum forum cum Petro Gaufridi peyrerio seu latomo de cohoperiendo et bardando terrassiam seu corredorium capelle magne [edificii novi], quod ceciderat propter defectum fuste, super quam erant lapides seu bard*[os]* cohoperture predicte II$_{c}$X flor., prout constat, etc. *ut paullo ante*. — Die XXVIII iunii ... pro quodam cadafalco facto in platea palatii pro sermone et condempnatione facienda hereticorum - CXXX flor., XVI sol., IX d. *Cf. de die X iulii.*

[294] V. paullo post p. 695.

[295] Varnachia sive Garnachia, species quaedam vini albi et dulcis. Recensentur paullo post p. 651: *Grecum, Benne, Belnense, Sanctum Portianum.*

[296] V. paullo post p. 691.

[297] Annis 1341-1346 constituta, hoc ipso anno igne est consumpta; v. paullo post p. 647.

Die X m. iulii ... pro II portis ferrandis in palatio, una pro turri de super cameram domini nostri pape et alia pro capella sancti Michaelis in terracia, de mandato domini thesaurarii. — Ultima die m. iulii . . . pro XXII dietis massoneriorum, qui operati fuerunt in bromiando terrassiam, que est supra cameras domini Claramontensis [298] et fratris Petri [299] confessoris domini nostri pape et terrassiam s. Michaelis et cohoperturam deambulatoriorum, per que itur a parvo tinello ad cameram domini thesaurarii, et murando seu claudendo vitem, per quam ascenditur a camera domini nostri pape ad terrassiam capelle magne novi palatii; — pro duplicando unam portam in turri, ubi tenetur thesaurus. — *Plurima* pro bitumendo terrassiam capelle magne, nimirum pro picando seu trissandis tegulis, pro bitumine, pro oleo miscendo in bitumen et ungendo iuncturas pavimenti terrassiarum; — *Porro plurima quoque* pro extinguendo ignem turris magne de trolhassio [300].

Die XXV septembris pro sarralha cum vecte pro porta parve turris [301] iuxta treulas, ubi ponitur artilheria; — pro una clave pro porta, que est inter duas torrellas desuper Champell*[is]*.

Die VI novembris ... pro portando plumbum de turre combusta ad capellam inferiorem palatii ...; pro recoperiendo cameram racemorum et coperturam coquinarum dirruptum propter ignem turris ...; pro claudendo unam fenestram in gardarauba domini nostri pape a parte stupharum ...; pro CL folhonibus pro cameris carcerum sancti Laurentii [302] XV sol. ... pro intelando XXVI fenestras in tinello magno et in camera paramenti et in duabus gardaraubis domini nostri pape et in tinello parvo et in II coquinis et in camera, que est iuxta consistorium ... et in thesauraria et in cameris dominorum camerarii et thesaurarii.

Die XXIIII decembris ... pro marchis gradarii terrassiarum capelle magne et merletis dicte terrassie a parte platee dicti palatii et bugeto a parte parve turelle [303], et merletis factis supra crotam gradarii, per quod ascenditur ad dictam terrassiam; — pro sindendo seu talliando, poliando et lathomando lapidem altaris capelle magne nove, pro ducendo lapidem predictum in capella et levando de loco suo sane et integre ad periculum eorumdem - XXVI flor.; — pro faciendo seu claudendo armar*[ia]* librarie compotorum. — Die XXIX decembris ... pro factura merletorum cuiusdam crotonis gradarii, per quod ascenditur ad terrassiam capelle magne et bardando dictum crotonum (!) et refectione clausure bugeti, qui est in introitu terrassie camere domini thesaurarii a parte turris nove, que est inter dictam capellam et dictam terrassiam, in qua iacet dominus camerarius - XX flor.

[298] Fortasse Petrus de Agrifolio.
[299] V. paullo post § 5.
[300] Cf. l. c., pp. 648-651.
[301] La Glacière sive turris latrinarum.
[302] L. c., p. 692.
[303] Fortasse gachile in parte orientali eius terrassiae situm.

De **anno 1355**: Die XVI ianuarii soluti fuerunt dicto Lo Rey pictori Avinionensi pro pingendo cameram et armaria parve camere parlamenti thesaurarie [304] - III flor.

Ultima m. martii ... pro faciendo V capsas pro tenendo libros thesaurarie et pro faciendo unam estagiam pro tenendo dictos libros.

Ultima m. aprilis ... pro certis lapidibus pro fundamento cave turris nove [305] subtus audientiam contradictarum; pro claudendo seu levando murum palafrenarie antique iuxta lenherium a parte canonicorum b. Marie.

Ultima maii ... pro una franchisia in fenestra thesaurarie camere compotorum; — pro XII cassis seu archis in thesauraria pro ponendo libros compotorum; — pro II bendis ferreis ad firmandum fenestras camere, in qua est clavarius quondam curie domini nostri pape.

Die ultima m. iunii ... pro claudendo unam fenestram magnam in audientia contradictarum et reparando pavimentum turris camere domini nostri pape ante fornellum ...; pro faciendo IIII colgas et IIII bancos pro scutiferis in camera turris, in qua solebat iacere dominus camerarius [306].

Die XXVIII augusti ... pro serralha pro secunda porta palatii versus Campellos [307]; — *pro alia* cum vecte posita in camera servientium armorum iuxta turrim de trulhas; — pro alia posita in quodam coffino in capella secreta ...; in porta cancelli versus Campellos; — pro franchisiis reparandis secunde porte platee palatii versus Campellos.

Die XIX octobris sequitur compotum redditum per magistrum Christianum veyrerium ... de expensis ... in reparationibus vitreorum capelle palatii antiqui et factura octo fenestrarum seu vistarum in capella magna novi palatii - XXVIII flor., XVII sol.

Die XIIII novembris ... pro uno fornello de lapidibus per eum facto in camera, ubi comedit dominus noster, iuxta cameram paramenti; — die ultima novembris ... pro claudendo seu murando unam portam inter cameram artilherie et scolas magistri palatii [308]; — pro faciendo unum solerium in camera, in qua iacent notarii domini thesaurarii supra primam portam palatii novi.

Die XXIX decembris ... pro alia *[serralha]* duplici pro prima porta camere domini Albiensis [309] iuxta parvum tinellum; — Guillelmo Ribaudini pictori pro pingendo maianum gippi, quod est in introitu dicti tinelli [parvi, in quo comedit dominus noster papa] ante cathedram et reparando picturas dicti tinelli in diversis locis et pingendo portam, que est facta de novo in capite magni tinelli in introitu camere paramenti - LVI sol. .... Item pro

[304] Ad eam cameram fortasse spectat, quod habes pp. 645, 646, 697.

[305] Turris Gachiae sive Audientiae.

[306] De ea camera in turri ss. Angelorum sita cf. huius voluminis pp. 273, 668.

[307] Id est in parte occidentali palatii Clementini. Putem e regione illius partis situm fuisse hospitium gentis Campellorum.

[308] In parte orientali sub audientia magna Clementina.

[309] Hugo Alberti 1355-1379.

III dietis unius cadrige ad portandum mundaturas palatii antiqui et platee magne palatii novi propter adventum regis Aragonum - XLVIII sol..... Pro faciendo unam portam in camera paramenti in capite magni tinelli [310].

De **anno 1356**: Die XX februarii... pro faciendo unum pillare in turri audientie et de claudendo unum corredorium ex toto iuxta cameram camerarii pro tuitione et securitate meliori dicte turris.

Die XXIIII m. martii... pro faciendo tria pilaria et unum corredorium pro transitu et decensu de palatio ad magnam capellam. — Die XXX martii... pro uno candelabro in parvo tinello iuxta portam camere regis [311]... pro II brochis ad ponendum brandonem, in itinere sicut itur a camera regis in parvo tinello...; pro una clave in uno parvo coffreto in parva thesauraria.

Die ultima aprilis... pro III dietis unius gipparii, qui operatus fuit in faciendo clausuram gippi camerarum secretarum auditorum palatii, iuxta turrim, que fit a parte Bayrolerie et faciendo clausuram porte, que est ante plateam dicte turris - XXIIII sol.; — pro reparando pavimentum terrassiarum camerarum dominorum camerarii, thesaurarii et Albiensis; — pro removendo coperturam prime porte, qui (!) est in introitu gradarii, per quod ascenditur ad cameram domini thesaurarii.

Die ultima m. maii, cum fuisset factum pretium per cameram apostolicam cum Bertrando Capelerii lathomo de faciendo tria pilaria cum arriellis pro ponte ad transeundum de magna capella ad palatium per edificium novum in III^{c} flor. auri, *solvuntur* pro complemento dicte summe L flor.

Die ultima iunii... pro tribus cuneis ferreis positis in cancello prope b. Mariam de Domps ante domum domini camerarii; — pro una clave in porta orti domini thesaurarii.

Die XXV m. augusti... pro fustando et reparando turrim de trolhas, que alias fuit combusta - M flor.; — die ultima augusti... pro III iornalibus unius massonii, qui operatus fuit in reparando murum anglarie hospitii domini de Cavilhaco iuxta apothecas, qui fuerat dirruptus, quando aportabantur bordonales turris magne, quia alias non poterant transire ad anglariam hospicii domini camerarii iuxta cancellum b. Marie - XXIIII sol.; — pro removendo seu dirruendo cancellos palatii a parte b. Marie, quando portabatur fusta seu saumerios (!) turris combuste.

Die XXII septembris factum est pretium de cohoperiendo de lausa et morterio turrim de trolhassio nuper combustam in II^{c}LXXV flor.

Die ultima m. septembris... pro II sarralhiis remotis et etiam repositis in guardarauba domini pape in II cassis, ubi custodiuntur plures scripture, de mandato domini thesaurarii, in presentia dominorum cardinalium Cesar-

[310] Cf. de his paullo post p. 695.

[311] Vide paullo ante p. 642, not. 277. Instituebatur procul dubio pro Petro IV rege Aragoniae.

augustensis [312] et Carcassonensis episcopi [313]; — pro una clave in porta, per quam intratur palatium versus Dominam Nostram de Domps.

Die ultima m. novembris ... pro faciendo portas in opere novo super portas de Campellis; — pro claudendo V cancellos ante audientiam, ubi sunt ingenia [314]; — pro reparatione cuiusdam muri, qui ceciderat iuxta lenherium magnum a parte canonicorum b. Marie [315].

Die XXIX decembris ... pro reparatione sarrature porte camere paramenti contigue magno tinello - V sol.

De **anno 1357**: Die ultima ianuarii item pro XXXIII cannis, IIII palmis quadratis de taulamento pro armariis ad tenendum libros, factis in turri magna iuxta thesaurariam parvam.

Die XXII m. martii ... pro fustando turrim palatii vocatam de trolhas alias combusto. — Ultima martii pro reparando pavimentum trepatorii gradarii parvi, quod est in introitu camere paramenti iuxta portam magni tinelli III sol. ...; pro reparando serraturam de porta, ubi stat Vernachia in crota [316].

Ultima aprilis ... pro reparatione serrature de porta corredorii desuper cameram domini thesaurarii ...; pro IIII hominibus, qui operati fuerunt in parando descensum platee magne palatii a parte Payrolerie - XVI sol.

Die supradicta aprilis ultima sequitur compotum Iohannis de Castellione habitatoris Avinionensis de canamento operis novi palatii [317], olim de mandato domini Convenarum [318] tunc thesaurarii et concensu magistri Iohannis de Luperiis magistri dicti operis facto ut sequitur. Et primo de muris grossis IX^c^II canne, VII palmi; item de crotis sive voltis VI^c^LXXXIX canne, VI palmi; item de gradariis cum vitis LXIII canne, VIII palmi; item de muris dimidiis sive meianis II^c^XLVIII canne, IIII palmi; item de pilaribus alias aquoys XLV canne, V palmi; item de gradibus sive gradariis XVI canne, IIII palmi; item de turrillis sive parvis turribus XLVI canne, II palmi; item de VII fornellis LVI canne; item de propunaculis sive crenellis LXI canne, IIII palmi. — Summa universalis omnium premissorum II^M^CXXX canne, VII palmi. Qui Iohannes stetit in dicto canamento per XVIII dies; et fuit ordinatum per cameram, quod haberet XII flor. auri, de quibus prefata camera debebat solvere medietatem et idem magister Iohannes aliam. Et ideo, quia de concensu partium fuit ita concordatum, fuerunt ei soluti per cameram pro parte sua VI flor.

Ultima maii pro una serratura in porta turris desuper cameram domini nostri pape.

312 Guilelmus de Agrifolio.
313 Arnaldus Alberti 1354-56.
314 V. paullo post p. 691 et paullo ante p. 648.
315 Prope turrim Trulhatii.
316 Cf. paullo ante p. 646
317 Cf. l. c., p. 640.
318 Hugo de Chatillon 1335-1352.

Die XIII m. iunii pro cohoperiendo turrim magnam palatii, vocatam de trolhacio, que fuerat alias combusta casu fortuitu. — Ultima iunii... pro II serraturis in uno coffro thesaurarie, in quo custodiuntur libri...; pro reparatione serrature de cava sub thesauraria et pro faciendo clavem, videlicet ibi ubi custodiuntur Benne et Sanctum Porcianum [319].

Ultima iulii ... pro faciendo colgas in cameris scutiferorum, qui iacent in camera turris, que est subtus cameram domini nostri pape [320]; et faciendo II soleria turrellarum, que sunt supra primam portam palatii novi a parte Campell*[orum]*.

Die ultima augusti *satisfactum est iis,* qui operati fuerunt in vacuando et mundando cameras turris magne, que est a parte b. Marie de Domps...; pro una serralha in camera turris, quam custodit magister hospitii [321].

Ultima septembris ... pro XXXVII cannis quadratis de pavimento gippi factis in camera turris, in qua iacet dominus camerarius. — Item Lancelino payrolerio pro IIII fenestris de plumbo per eum factis et una flore lilii in coopertura turris predicte de trolhasio, pro maestria, pretio facto cum eodem, IX flor.; pro IIII^{or} pommicellis supra dictas fenestras et una cruce supra florem dicte turris, ponderatibus II^{c}XXX lib., ad rationem XX d. pro libra, ascendunt ad XIX lib., III sol., IIII d....; pro II clavibus positis in capella consistorii [322].

Die m. XXII octobris pro faciendo molendinum infra palatium. — Ultima octobris ... pro faciendo unum solerium in camera turris, in qua tenentur libri et vestimenta ac cophinos (!), et intelando fenestras concistorii et fenestras magni tinelli et etiam parvi.

Die XX m. novembris, cum per cameram apostolicam fuisset factum pretium cum Petro Gaufridi et Petro Forcada massoneriis de faciendo iter seu carreriam inter capellam magnam et hospicium marescalli et unam achoam in medio dicte capelle a parte extra, pretio MV^{c} flor. [323], prout in instrumento per dominum Iohannem Palaysini notarium ipsius camere super hoc recepto plenius continetur, die qua supra soluti fuerunt eisdem in deductionem dicte summe, ipsis manualiter recipientibus - III^{c} flor.

Die XXIX m. decembris pro faciendo meianum camere turris, que est supra cameram domini camerarii.

De **anno 1358**: Die XXVI ianuarii soluti fuerunt Bertrando Capelerii massonerio in deductionem summe sibi et magistro Iohanni de Luperiis

[319] V. paullo ante p. 646, not. 295. — Ibidem ad diem ultimum martii: *In descensu turris magne, ubi tenetur Grecum. — In celario, ubi est vinum Belnense.*

[320] L. c., p. 697.

[321] De eius munere v. MURATORI, *Scriptores rerum ital.* III, 2 p., 812.

[322] Fortasse in capella s. Ioannis Bapt.

[323] Cum ea pecunia paullatim sit expensa, etiam anno proxime sequenti plurimae recensentur pecuniarum summae expensae *pro itinere et pila sive aquoa, pro faciendo unam carreriam... et unum pillare sive achoam.*

quondam magistro edificiorum palatii promisse pro consummando et perficiendo turribus novis audientie et revestiarii palatii Avinionensis, ipso Bertrando manualiter recipienti - C flor.; — die ultima ianuarii . . . item P. Gaufridi massonerio pro VIII cannis, VII palmis de muro cum uno crotone per ipsum factis in claudendo unum portale magnum in turri nova [224] que est a parte Payrolerie, tam pro lapidibus, calce quam maestria, ad rationem III flor. cum dimidio pro canna, facto pretio cum eodem - XXXI flor., XVIII den., III^c flor.

Die ultima februarii ... pro faciendo parabandas unius gradarii, quod est supra coopertnram camere paramenti domini nostri pape, a parte viridarii...; pro faciendo gachile, quod est supra anglariam terrassie magne capelle a parte camere... [325]; pro X bardis de Lambrisinhis (?) pro reparando pavimentum fornelli camere turris, in qua iacet dominus noster papa.

Die ultima martii pro murando III portas, videlicet unam in anglaria capelle magne a parte carrerie marescalli, et aliam in audientia contradictarum a parte dicte carrerie, et aliam in pede vitis iuxta portam novam molendini...; pro mundando turres novas palatii novi [326].

Ultima iunii pro duabus clavibus in viridario parvo...; pro una serralha nova in una porta, per quam itur in viridario magno [327] iuxta coquinam.

Die XIIII iulii ... pro faciendo crotam et iter iuxta magnam capellam et domum marescalli; — pro ferrando duas portas turris cremate... [328]; pro faciendo perticas in duabus turribus iuxta novam capellam pro tenendo balistas.

Die ultima octobris ... pro recoperiendo cameram paramenti domini nostri pape et tinellum magnum et capellam et sacristiam et deambulatoria; — pro inducendo de crosta cameram, que est supra terrassiam capelle magne, in qua custodiunt cursores de nocte et gachilem, in quo custodiunt servientes armorum supra capellam a parte b. Marie de Donis...; pro faciendo unum gradarium iuxta capellam s. Iohannis, per quo*[d]* ascendunt cursores ad gachilem, in quo custodiunt de nocte...; pro faciendo unum incastrum magnum pro vitrea capitis magne capelle palatii antiqui...; pro intelando incastra camere paramenti domini nostri pape et camere turris, in qua iacet dominus noster papa, et incastra studiorum [329] eiusdem domini nostri pape...; et faciendo unam portam in camera, in qua iacet dominus I. elemosinarius, videlicet in turri magna vocata de trolhassio...; pro una sarralha in porta carceris versus dominam nostram [330].

324 Turris s. Laurentii sive Revestiarii.

325 Putem eam intelligi, de qua paullo post dicitur, in ea *vigilasse cursores de nocte.*

326 Itaque eo tempore perfectae sunt.

327 V. paullo post p. 658, nota 368.

328 Turris Trulhatii, anno 1354 igne consumpta, sed iam renovata.

329 Unum prope turrim ss. Angelorum, alterum in parte occidentali palatii Benedictini prope cameram paramenti.

330 Cf. ea, quae paullo ante de carceribus s. Laurentii relata sunt, p. 647.

Ultima novembris, expense facte, in camera, que est supra primam portam palatii novi a parte Payrolerie, quam cameram tenet dominus Ioannes Guarrie capellanus domini thesaurarii . . . [331]; pro gippando duas cameras cursorum, in quibus custodiunt de nocte, videlicet unam supra lenherium et aliam iuxta cameram racemorum supra ecclesiam s. Iohannis et perficiendo pavimentum deambulatorii, quod est ante cameram regestri [332].

Die XXIX m. decembris . . . pro II sarralhis casse in camera domini thesaurarii, in qua reponuntur libri palatii Avinionensis . . . ; pro una caxa ad ferrandum et una sarralha in dicta caxa, de mandato magistri Petri de Lemovicis, in qua tenentur libri in thesauraria - XXXIV sol.

De **anno 1359**: Die ultima ianuarii pro manuoperariis, qui operati fuerunt in extinguendo ignem ligherii (!) et palafrenarie [333]. *Plura renovantur* rupta nocte *vel* die ignis.

Die ultima februarii . . . pro reparationibus hospitiorum de trolhassio domini nostri pape combustorum et disruptorum, que tenet dominus Albiensis episcopus. — Die XXIX martii . . . pro reparationibus factis fieri in domo, ubi erat antiqua palafrenaria prope turrem de trolhassio.

Die ultima martii . . . *pro* portando brazillum in discensa (!) platee palatii a parte Payrolarie et parando introitum dicti palatii inter duas portas a parte Campell*[orum]*. — Pro alia serralha tanquam [334] infra et extra in porta ante consistorium per locum, quo venit dominus noster papa de camera sua in consistorio.

Die XXI iunii . . . pro faciendo unum murum novum subtus turrim, que est prope Peyrolariam, pro custodiendo ingenia - XX flor.

De **anno 1360**: *Observo satisfactum esse* ultima ianuarii . . . pro caxa de nuce ad tenendum ornamenta altaris audientie . . . ; *fit mentio* scabelli pro altare camere paramenti . . . , capelle s. Ioannis *et quidem* a parte refectorii canonicorum.

Ultima februarii *satisfit pro quibusdam rebus, quae renovatae sunt* in camera turris domini nostri pape.

Ultima martii *satisfactum est* pro una petia ferri *posita* in porta subtus turrim grossam in thesaur*[o]* de mandato domini Iohannis Palaysini et domini thesaurarii; — pro II serralhis tanquan*[tibus]* infra et extra in terrassia supra cameram domini thesaurarii; — pro faciendo unam clavem cum tribus annulis in porta pedis escaleriorum iuxta magnam coquinam; — pro faciendo unam clavem in porta iuxta thesaurum, prout itur apud Garnachiam [335],

[331] Hoc ad diem 29 m. decembris.

[332] De ea habetur mentio p. 661.

[333] V. de eo incendio paullo post.

[334] Paullo post: *sarralham tanquentem infra et extra.*

[335] Die ult. aprilis: *apud Varnachiam*; ult. febr. 1359; *in porta Vernachie* id est porta *cavae* sive *crotae,* in qua asservabatur vinum de Varnachia; cf. l. c., p. 646, not. 295.

de mandato domini thesaurarii; — pro reparando unam serralham et faciendo duos magnos cramponas in porta thesaurarie, que fuit rupta per latrones; — pro una serralha nova cum una magna benda in magna turri subtus cameram domini nostri *et pro compluribus aliis rebus, quibus muniretur thesaurus contra latrones.*

Die ultima aprilis computavit magister Iohannes de Chuiolis massonerius de VII cannis cum dimidia quadratis per eum lathomatis in quodam pilari ad modum achoe, movendo a fundamento capelle s. Iohannis usque ad represas cuiusdam pilaris turris magne contigue capelle predicte s. Iohannis, ad rationem VI flor. pro canna, valent - XLV flor. — *Praeterea satisfactum est pro serralha posita* in caxa, in qua ponuntur libri in thesauraria *et* scripture antique.

Die XV maii ... pro faciendo voltas sive crotas corraderiorum palatii novi Avinionensis contiguorum cameris dominorum camerarii et thesaurarii supra quarreriam de Campell*[is]* in deductionem maioris summe sibi promisse - XXX flor.

Die XIX iunii ... *conventum est* de faciendo unum pontem lapideum inter tynellum parvum et capellam magnam, pretio VIII^{c} flor.; — die XVIII iulii pro faciendo pilaria et pontem de lapidibus, per quem eatur de parvo tinello ad magnam capellam novam [336]. — Die ultima iunii ... pro V dietis unius gipparii, qui operatus fuit in faciendo gradarium camere paramenti, per quod ascenditur ad tinellum magnum ... et reparando pavimentum capelle magne antique. — Item pro mundando II cameras thesaurarie et removendo caxas et coffros de bassa thesauraria et ponendo in alia camera, que est in introitu magne thesaurarie, ubi tenetur audientia. — Pro faciendo ascensum seu pontem, per quem ascenditur de camera paramenti ad cameram turris [337].

Die ultima m. augusti ... pro faciendo unam cameram latrinarum pro domino nostro papa in camera subtus capellam s. Michaelis.

Die ultima m. octobris ... pro uno luqueto cum III clavibus camere iuxta cameram paramenti, ubi custodiuntur vasa argentea.

Die ultima m. novembris ... pro faciendo unum altare in camera iuxta capellam magnam et pro faciendo unum lectum in dicta camera pro domino papa.

Die XXIX decembris ... pro uno firmante intus et infra cum II anulis porte camere paramenti domini nostri pape, per quam intratur tinellum parvum. — Pro uno magno anulo ... porte magne capelle ...; pro serralha nova ... porte super gradaria, per que intratur in capella s. Petri ...; pro uno magno vecte cum II anulis de novo factis ac verrolheria afixa in muro ponderante IX lib. ferri porte iuxta magnum altare capelle s. Petri.

[336] Die VI m. novembris *repertum est per* viros *in talibus expertos, quod dictus pons fuit male et secrete factus iuxta conventionem,* quare de pretio demuntur XX flor.

[337] Opinor intelligi cameram, quam pontifex tenebat: cf. paullo post p. 702, not. 692.

De **anno 1361**: Die ultima ianuarii *satisfactum est*... pro faciendo II portas, unam in turri, in qua iacet dominus noster papa et aliam in turri iuxta Nostram Dominam, in qua iacet dominus Guiscardus de Combomis.

Die ultima martii ... pro clavibus porte pedis gradarii, per quod ascenditur turrim (!) super cameram domini camerarii et thesaurarii.

De aedibus a **b. Urbano V 1362-1370** exstructis imprimis observandum est, quod in vita prima a Bosqueto primum vulgata refertur [338]. In rationibus camerae ea opera brevissime recensentur.

Anno 1363 *die ultima novembris* [339] satisfactum est *manuperariis, qui cavaverunt terram sive bresillum, quod erat in carreria de Champeris; — ultima decembris pro faciendo iter iuxta putheum, qui fit de novo*; — *pro camera fustea de novo facta in turre, in qua iacet dominus noster papa* [340].

Anno 1364 *die ultima februarii pro aptando saralham prime porte camere domini Avinionensis in palatio versus parvum tinellum; — ultima augusti* soluta est merces iis, qui *fregerunt rupem, que est in capite fundamenti, in quo fit edificium viridarii;* — die ultima septembris *hominibus, qui eradicaverunt bardos terrassie capelle nove et mutaverunt gradarium lapidum viridarii, ubi fit novum edificium;* — die V novembris *pro cavando XXXVI cannas fundamenti turris, que fit in viridario*..., *pro apoycherando fundamentum, in quo fit turris in viridario.*

Inter expensas factas *pro cera et extraordinariis* recensetur ad diem 10 m. iulii pecunia soluta *pro reparationibus paramentorum et vestimentorum ecclesiasticorum*... *extractorum de fundo turris grosse.* Ad diem 29 m. novembris: *soluti fuerunt Iacobo et Radulpho fricheriis* [341], *qui portaverunt certos libros de fundo turris grosse ad cameram domini nostri - IIII sol.*

Eadem die computaverunt magistri Hugo et Sanctus fratres Claramontani de natis per ipsos administratis anno isto, prout sequitur. Primo in camera paramenti domini nostri L canne. Item in camera secreta eiusdem XXIIII canne et VI palmi. Item in studio domini nostri pape XVI canne, IIII palmi. Item in camera, que est supra studium XII canne, VI palmi. Item in camera paramenti et secreta, ubi nunc iacet dictus dominus noster XLV canne. Item in parvo tinello VIII canne cum dimidia. Item ubi comedunt cubicularii dicti domini nostri IIII canne cum dimidia. Item in capellis magni tinelli et consistorii XIIII canne. Item in magna capella

338 BALUZE, *Vitae pap. Avenion.* I, 392: « Dictus etiam Urbanus papa quasi a principio « sui pontificatus in plerisque locis continue aedificavit, et primo in palatio Avinionensi, « quod in magna parte ampliavit, in illa videlicet, quae hodie vulgariter Roma appellatur, « in qua facta sunt camerae, habitationes, deambulatoria et viridarium mirae pulchritudinis « et amoenitatis habentia in se maiorem delectationem quam etiam quaecunque aliae in toto « palatio existentes. »

339 *Introitus et exitus cam. apost.* n. 307, folia numeris non sunt distincta.

340 Ultima aprilis *pro quadam camera fustea, quam precepit dominus noster papa fieri in camera paramenti.*

341 Ad diem 4 m. martii dicuntur *faycherii.*

XL canne, I palmus. Item in camera domini B. de s. Stephano cum capella domini Avinionensis XXII. Item in V cameris domini camerarii L canne, II palmi. Item in tribus cameris domini Avinionensis XXXVII canne. Item in V cameris domini thesaurarii LXXV canne cum dimidia et II palmis. Item in camera domini Iohannis Garrigie VIII canne, I palmus. Item in duabus cameris cum studio domini Montismaioris XIX canne. Item in duabus cameris cum studio domini Tholonensis XVI canne cum dimidia. Item in II cameris cum studio domini Uticensis XLVI canne cum dimidia. Item in camera domini de Monteferrando XV canne cum dimidia. Item in studio domini nostri pape, quod est iuxta cameram domini camerarii VIII canne cum dimidia. — Summa summarum V^C et XV canne et I palmus, qualibet canna VI sol., valent CLXVII lib., VIII sol., III den. Que pecunie summa fuit eisdem fratribus soluta, quolibet floreno pro XXVI sol. computato, in VI^XX VIII (128) flor. camere, XX sol., III den.

Anno 1365 plurimae pecuniae recensentur expensae *pro hospitio domini A*[nglici] *Avinionensis* [342], sive *domini episcopi Avinionensis* [343], pro diversis rebus *positis in capella domini . . Avinionensis* [344]; — *pro hospitio domini Uticensis*, et *pro facientibus foramina pro ponte facto, per quem intrabit dominus noster papa ad hospitium domini Uticensis* [345]; — *pro hospitio, in quo moratur dominus episcopus Uticensis* [346]; — *pro edificio viridarii*, et quidem pro *curritorio diruto, in quo fit dictum edificium . . .* [347], *pro fenestris curritorii et camera viridarii domini pape* [348]; — *pro opere viridarii* [349] sive *pro viridario, quod fiet in palatio domini episcopi Avinionensis* [350].

Atque hospitium quidem viridarii mense novembri ita perfectum erat, ut a pictoribus exornaretur [351]. — Denique recensentur pecuniae expensae pro *pariete camere paramenti domini imperatoris* [352]; pretium solutum *hominibus qui mutaverunt bardos fractos, qui erant in copertura turris, que est iuxta Champiaux* [353].

Denique fit aliquoties mentio putei, qui tunc *fiebat in platea palatii* [354]. Die 2 m. maii satisfactum est *pro hauriendo aquam de puteo novo* [355]. Sol-

342 *Intr. et exit. cam. apost.* n. 311, f. 140*b s.* — Anglicus Grimoardi frater Urbani V.

343 L. c, f. 144*a*.

344 L. c., f. 149*b*.

345 L. c., f. 142*b*.

346 L. c., f. 143*a*. — Petrus de Agrifolio episcopus Ucetiensis (Uzès), 1357-1365.

347 L. c., f. 142*b*.

348 L. c., f. 143*b*.

349 L. c., ff. 140*b*, 144.

350 L. c., f. 144*a*.

351 L. c., f. 150*ab s.* Praeterea die ultima m. augusti positae sunt tres cruces super illud aedificium, v. f. 149*a*.

352 L. c., f. 145*a*. Putem intelligi cameram, quam eo anno, mense maio tenuerat Carolus IV.

353 L. c., f. 150*b*. — Nimirum turris Gachiae.

354 L. c., f. 141*b*.

355 L. c., f. 146*b*.

vitur saepius merces *Iohanni Martialis, diocesis Lemovicensis, custodi porte graduum, per quos ascenditur ad magnam capellam novam iuxta audientiam* [356].

De annis, qui sequuntur usque ad an. 1369 non suppetunt nobis nisi manualia receptorum et expensorum. In his pro operibus plerumque relegamur ad quaternos directoris operum, qui omnes periisse videntur. Unus nobis superest quaternus Bernardi de Manso, cui mense iunio 1370 demandata est cura resarciendi *pro adventu* Urbani V, ex Italia Avenionem redeuntis, quidquid esset vitii in palatio. Ex quo quaterno, cum in eo plurimae aedes accuratius recenseantur ac describantur, aliqua transscribam. Pauca praemittam *de operibus* anno 1369 ab Alrico Cluselli magistro operum *fieri factis*.

Fit igitur anno 1369 mentio *hospitii graneriorum domini nostri pape prope Rodanum in porta Aqueria* [357]; auri et argenti asservati in *thesauro camere alte magne turris* [358]. Praeterea die 5 m. octobris *traditi fuerunt domino Alrico Cluselli pro emendis lignis, trabibus et lapides* (!), *calcem cum arena pro reparanda copertura capelle magne, que casu fortuito fuit combusta* - III^{c} *flor. ad grayletum* [359]; pro qua quidem re complures aliae pecuniarum quantitates referuntur expensae.

Quae sequuntur excerpsi ex eo, quem dixi, quaterno Bernardi de Manso anni 1370 inter *Introitus et exitus cam. apost.* n. 335:

F. 5a Subsequenter die II dicti mensis iunii, anno quo supra *[1370]*, fuit ordinatum per ipsum dominum thesaurarium, quod platea putei novi, que est infra primam portam prepararetur propter adventum dicti domini nostri pape, ut melius fieri posset, tam de corretoriis lapideis et bardato quam de parabandis fusteis, et quod rupis equalaretur et alia platea aplanaretur et omnia alia necessaria, que erant in dicto palatio reparanda, de novo repararentur.

F. 5b Item ultima die mensis iunii solvi magistro Raymundo de Montiliis notario et mercatori lapidum, habitatori Villenove, pro CLXXXV lapidibus vocatis buietis, emptis pro faciendo ampectum factum in prima plathea palatii a parte porte Payrolarie [360] et pro complendo merletos destructos propter ventum, diu erat, in summitate turris Gragie [361]; et pro reficiendo merletos dirruptos propter ingenium, per quod ascenduntur fuste coperture audientie, quando fuit combusta [362]; ad rationem pro quolibet buieto supra ripam Rodani recepto II sol., III pict. vel circa; valent in libris - XIX lib., XVIII den. et in florenis de XXIIII^{or} sol., - XV flor., X gross., XVIII den.

F. 6b Item ipsa die *[ult. iunii]* solvi eidem Aymoneto *[de s. Ypolito, lapiscide]* pro XXX cannis et tribus palmis cadratis de bardato per eum

356 L. c., f. 156*b*.
357 L. c., n. 322, f. 98*a*.
358 L. c., ff. 106*b*, 107*a*.
359 L. c., f. 107 *s*.
360 Cf. ff. 32*b s.*, 34*b s.*
361 Cf. f. 52*a*: *turris Guachie*.
362 Procul dubio agitur de *copertura* capellae magnae, cf. paullo ante.

edificatis in bardando aleas sive deambulatoria, que sunt circum circa plateam puthei infra primam portam, ad rationem pro qualibet canna cadrata XIII sol., valent XIX lib., XIIII sol., X den. ob.; et in florenis de XXIIII sol. - XVI flor., V gross., X den. ob.

*F. 7*b - *9*b Sequitur expensa facta pro cavatione puthei novi prime platee palatii infra primam portam *[m. iulio 1370].*

*F. 9*b - *25*b Sequntur expense facte pro reparatione terrassie, que est supra cameram parvam domini camerarii et dominorum thesaurariorum et Bernardi de Sancto Stephano [363] a parte carrerie de Champeaux [364]. *Ubinam ea terrassia fuerit, discimus ex hoc loco f. 52*b: item solvi predicto Ricardo *[Bernoyni, copertori thegularum, mense octob. et novemb.]* copertori pro duabus dietis per ipsum factis et positis in coperiendo copertum noviter factum inter duas turrellas supra portam principalem palatii, ante fenestram domini B. de Sancto Stephano, ad rationem pro qualibet dieta VIII sol., valent XVI sol.; et in grossis VIII grossos. - *Renovantur omni ex parte hospitia dominorum camerarii et thesaurarii in occidentali parte palatii Clementini sita.*

*F. 25*b - *28*b Sequitur expensa facta pro camera de novo constructa in domo, que communiter nuncupatur in granariis, iuxta capellam s. Petri [365] supra audientiam.

*F. 28*b - *30*a Sequitur expensa facta pro mediis gippi factis in tribus cameris notariorum supra magnam et primam portam palatii [366].

*F. 30*a Sequitur expensa operis facti in camera, in qua moratur dominus Raymundus de Caselis . . .; *f. 32*a in camera domini Egidii [367].

*F. 36*b Expensa facta . . . pro II viridariis domini nostri pape tam pro novo quam pro antiquo [368] rigando et reparando et preparando.

*F. 37*b Pro corda posita ad putheum stupharum pro aqua ex eadem trahenda pro viridario *[antiquo]* . . .; *pro amovenda* immunditia, que erat in quodam angulo inter palatium et cameram novam.

*F. 38*a Sequitur expensa facta pro diversis necessariis ex necessitate factis propter adventum domini nostri pape, videlicet de mense septembris anno ut supra. - Primo de mandato domini thesaurarii feci claudere III portas de muro, videlicet unam vitis, que venit ad cameram domini Raymundi de Caselis; aliam, que est in pede vitis, que venit ad molendinum [369]; et tertiam, que venit de molendino ad coquinam novam, quam tenet nunc dominus thesaurarius. —

[363] Erat is unus ex cubiculariis pontificis.

[364] F. 49*a*: *Pro ferratura duarum fenestrarum factarum in camera domini thesaurarii in muro antiquo a parte carrerie vocate de Champeaux.* — Lapides et ligna trahuntur ad ea opera ex *platea bassa;* f. 35*b plateam bassam, que est infra primam portam palatii.*

[365] Id est capellam magnam novam; cf. huius voluminis p. 691.

[366] In occidentali parte palatii Clementini prope camerarium et thesaurarium; v. paullo post p. 698.

[367] Erat is socius thesaurarii, v. *Intr. et exit. cam. apost.* n. 335, f. 76*a*.

[368] Cf. paullo ante p. 652, ubi viridaria *parvum* et *magnum iuxta coquinam.*

[369] In loco, quem in tabulis III et IV ad calcem huius voluminis nn. 36, 37 signavi.

Item unum medium, qui (!) est in transitorio, veniendo de camera domini Egidii ad cameram domini thesaurarii; et etiam pro faciendo et perforando murum gradarii pro cameris privatis inter molendinum et transitorium magne porte palatii factis.

*F. 38*b Item eodem mense septembris, de mandato dicti domini thesaurarii, feci aperire portas infrascriptas, que erant murate de lapidibus cum cemento, de tempore domini cardinalis Iherosolimitani [370]; videlicet portam palatii a parte Payrolarie, item portam a parte b. Marie de Donis (!), item portam audientie; item portam gradarii, que est iuxta audientiam; item II^as magnas fenestras audientie, item portas magne capelle, item portam scole, item portas turris Payrolarie, in qua sunt ingenia. — Et infra [371] palatium: portam Cantorum, portam magistri cere, portam librarie, portas vitis viridarii novi, portas corretorii iuxta capellam magnam et portam sive foramen, ubi debet stare rota, que trahit ligna pro coquina iuxta turrim de trolhacio . . . VIII^to flor., VIII^to gross.

*F. 39*a Item eodem mense *[septembri]* solvi Bernardo Saurini magistro fusterio pro XX^ti cannis de fusta vocata costeria pro faciendo puncheriam et parabandas pro ponte transeunte de terrassia parva iuxta turrim sancti Michaelis [372] supra parvum tinellum desuper [373], ad rationem pro qualibet canna III sol., valent III lib., et in florenis de XXIIII sol. - II flor., VI gross. — Item dicto mense de mandato domini thesaurarii feci reparare pontem tam mortuum quam levaticum, existentem inter parvum tinellum et terrassiam parvam, que est iuxta turrim Sancti Michaelis supra palatium, pro transeundo de audientia supra parvum tinellum, pro qua reparatione solvi . . . III flor., IIII^or gross.

*F. 40*b Item eodem mense septembris et de mandato thesaurarii, prout supra, feci intelare fenestras, que sunt locis infrascriptis; videlicet et primo omnes fenestras corretorii a parte viridarii novi, item fenestras vitis stuphe; fenestras camere turris, in qua iacet dominus noster papa, et alie camere sequentis, item fenestras camere paramenti, fenestras magni et parvi tinelli, fenestras magne capelle et transitorii pontis, fenestras granarii, fenestras camere domini prioris Bellicadri, fenestras audientie, fenestras camere imperatoris et domini Albanensis [374], domini episcopi Avinionensis [375], domini episcopi Foroiuliensis [376], domini camerarii, domini thesaurarii, domini Raymundi de Caselis, fenestras consistorii et camere Ihesu; et alie camere antique, in qua consueverat stare dominus camerarius [377], fenestras studii, fenestras thesaurarie

[370] Philippus de Cabasolle; v. paullo post § 4.

[371] Id est *in palatio*.

[372] Quae turris in aliis locis turris Gardaraubae appellatur; cf. paullo post p. 689.

[373] De interpretatione vocis pontis, v. paullo post p. 674, not. 443; praeterea cf. paullo ante p. 654.

[374] Faiditus de Agrifolio 1368-1386.

[375] Anglicus Grimoardi frater Urbani V.

[376] Raimundus Daconis ord. Erem. s. Aug., confessor pontificis, cf. paullo post § 5.

[377] Ea camera sita erat in turri ss. Angelorum sub camera pontificis, v. l. c., p. 697.

magne et secrete; ac pro ponendo pannos viridos in tabulariis thesaurariarum predictarum et in pluribus aliis locis, qui particulariter non possunt distincte exprimere (!); pro quibus omnibus solvi... XVI flor., VIII[to] gross.

*F. 43*b Sequitur expensa facta pro omnibus ingeniis, que erant infra audientiam [378] extractis et mutatis, tam infra cameram iuxta audientiam [379] quam infra turrim, que est a parte Payrolarie.

*F. 44*b Pro IIII[or] cannis et V palmis cadratis factis de ampectu et merletis reparatis supra cameram granariorum et supra parvum tinellum; — pro quodam banco lapideo... edificato ante ianuam audientie a parte contradictarum [380].

*F. 52*a *Pro* recoperiendo domum, in qua custodiuntur racemi pro domino nostro papa, iuxta pignaculum b. Marie de Dompnis, et pro recoperiendo correttoria, que sunt iuxta capellam antiquam [381], et coperturam camere domini episcopi Foroiuliensis, cameram novam viridarii domini nostri pape.

*F. 53*a Pro induxione terrassie existentis supra cameras dominorum camerarii, thesaurarii, Bernardi de Sancto Stephano et domini episcopi Avinionensis [382] et in bardato turris, in qua detinetur captus dominus Veranus.

*F. 65*b Pro duabus clavibus et reparationibus earumdem duarum portarum turris [383], in qua iacebat dominus noster papa, post cameram paramenti.

*F. 74*a Item pro intelando quatuor magnas fenestras existentes ante portam camere domini episcopi Avinionensis infra palatium supra portam magnam palatii b. Marie *[de]* Dompnis.

*F. 75*b De mense decembri ... pro tribus clavibus pro camera domini nostri pape de mandato domini Guillelmi Auberti, quando dominus noster papa mutavit se in hospitio domini cardinalis Albanensis [384] - IIII[or] gross., XII den.

*F. 76*a Pro una serratura cum verriculo positis in porta parvi tinelli ultra cameram paramenti...; item pro una serratura firmante per se, posita in porta existente inter cameram paramenti et parvum tinellum, cum tribus cla-

378 Id est *in* audientia. — Etenim in eodem f. 43*b* habes: *ad extrahendum et mutandum et portandum omnia ingenia, que erant infra audientiam et ea reducendo infra cameram ingeniorum* (iuxta scolas v. p. 691) *et in turre a parte Payrolarie.*

379 F. 55*b*: *Expensa facta pro buieto facto in camera ingeniorum... pro camera domini Iohannis Roseti facienda. — Pro extrahendo omnia ingenia magna et parva de camera ingeniorum et ea portanda in turri Payrolarie.* F. 56*a*: *Pro faciendo unam portam novam in muro pro alia camera artilharie.* — F. 71*a*: *Expensa facta de mandato domini camerarii pro camera domini Iohannis Rosseti facta in domo iuxta audientiam, ubi stabant ingenia primitus et modo facit ibidem scriptorium suum.... Pro faciendo in parietibus tabulas ad tenendum libros camere.* — Simili ratione f. 73*b*: *pro complendo armaria, tabularia et alia dressatoria facta in camera domini Iacobi de Solegiis, notarii domini camerarii, de mandato domini camerarii predicti ad tenendum scripturas camere apostolice.*

380 Quae audientia contradictarum sita erat in ima turri Gachiae; cf. paullo post p. 697.

381 Capella magna antiqua s. Ioannis, in parte septemtrionali palatii Benedictini; cf. paullo post p. 675, 680.

382 Quae camerae partem occidentalem palatii Clementini occupabant.

383 Turris ss. Angelorum.

384 Cf. paullo post p. 694, not. 635.

vibus pro cubiculariis domini nostri pape; item pro una serratura firmante per se, posita in quadam porta, existente inter cameram paramenti et magnum tinellum, cum sex clavibus pro cubiculariis domini nostri pape. — Pro serratura in una camera prope cameram domini camerarii versus nostram dominam de Donis (!); *f. 76* b pro quadam porta prope cameram domini camerarii, quando itur versus conclave . . . [385]; in porta camere domini camerarii, que est ante cameram domini thesaurarii.

F. 77 b Pro duabus clavibus necessariis pro prima magna porta palatii a parte de Champeaux, pro una clavi necessaria pro prima parva *[porta]* a parte b. Marie de Dompnis [386].

F. 78 b Pro intelando fenestras domini camerarii iuxta cameram imperatoris et fenestras ipsius camere imperatoris [387] et domini Avinionensis, domini Bernardi de Sancto Stephano, domini Foroiuliensis et fenestras regestri [388].

F. 101 a Die ultima ianuarii *[1371]* ad faciendum boquetum pro stagnis librorum in studio domini nostri pape.

Sequitur, ut ex accuratissima recensione universae supellectilis palatii Avenionensis, anno 1369 confecta [389], ea excerpam, quae ad palatium eiusque configurationem illustrandam faciunt.

Habes igitur in Tabulario Vaticano in ea archivi Avenionensis parte, cui a Collectoriis nomen; in volumine notato n. 468 [390] primum quidem ff. 51*a*-61*a* *inventarium factum de bonis existentibus in turri alta palacii Avenionensis, ubi est asconditus thesaurus ecclesie de tempore Urbani V* conscriptum anno 1364. Recensentur *iocalia* aliaeque res pretiosae [391].

Deinde in alio inventario ff. 165*a*-286*b* anno 1369 confecto recensentur, post aurum et argentum ff. 165*a*-176*a* relatum, res collocatae f. 176*a* *in capella s. Michaelis, primo una casula. Item una dalmatica* . . . . Sequuntur f. 178*a* res dispositae *in turri magna nova vocata La Gachia* [392], et primum quidem arma *in prima trabe a parte ecclesie b. Marie de Dompnis LIX baliste.*

Deinde f. 179*a* *in camera superiori parve turris, que est supra magnum tinellum, primo XII bodelle, item XCI scuta parva* . . . .

[385] Cf. huius paginae not. 387 et paullo ante p. 644, not. 285.

[386] Cf. f. 84*a*: *Ad faciendam unam domum iuxta portam palatii, per quam itur de dicto palatio ad Dominam Nostram*; cf. ff. 97*a*, 99*a*.

[387] F. 89*a*: *Pro reficiendo unum murum de latitudine VI palmorum infra unum magnum arcum inter magnum tinellum et cameram paramenti, necnon similem alium murum infra alium arcum inter dictum tinellum et cameram imperatoris*; qui quidem muri destructi erant ad adaptandam eam palatii partem pro *conclavi*; cf. f. 79*a*. — F. 91*a*: *Pro mantello facto in camera imperatoris in introytu parvi tinelli*; cf. f. 110*a*.

[388] V. paullo post. p. 697.

[389] Cf. de ea recensione huius voluminis pp. 267 *s.*, 274 *s.* et paullo post § 4.

[390] Cf. quae ex eo volumine paullo ante p. 267*s.* retuli.

[391] V. paullo ante p. 267 et Denifle-Ehrle, *Archiv*, V, 165.

[392] Turris Audientiae, v. paullo post p. 692.

Item in alio stagio inferiori in eadem turri, primo XCVI arcus Anglie depicti ....

Item in superiori solerio seu stagio turris a parte Payrolarie [393] *II gerre terree plene pinguedinibus. Item alia barilha fustea plena sulphure ....*

F. 179*b Item in eadem turri in alio sequenti inferiori stagio, primo videlicet CXI coria bovina cum pilo, antiqua et pelata ....*

Item in turri proxima ecclesie b. Marie de Dompnis, in qua solebat stare dominus Montismaioris [394], *scilicet in stagio superiori, primo XLII baliste de pede ....*

Item in turri de trulhacio, in quodam stagio, ad quod ascenditur per terraciam, ubi est quedam porta ferrea, primo XLVI baliste grosse de torno ....

F. 180*b Item in alio stagio superiori eiusdem turris, primo tres spingale garnite, in quarum una sunt duo ferri seu canones de garroto ....*

Item in alio stagio inferiori, primo LXXII plate coperte corio albo ....

F. 181*a Item in audientia, primo II magne spingale ....*

Atque hucusque quidem non recensentur nisi arma.

Multiplicis generis supellex asservabatur f. 182*a in superiori camera turrelle parve* [395], *que est iuxta turrim de troilhacio, in qua camera solebat iacere Guillelmus de Guillelmia castellanus quondam predicti palatii. Primo quinque paramenta diversis ymaginibus et armis domini Clementis pape VI ad acum operata. Item novem bancalia minoris forme, de opere Atrebatensi ....*

F. 184*a Item in capella, que est iuxta cameram, quam tenebat dominus Bernardus de s. Stephano, fuerunt reperta et assignata per dominum archidiaconum Cavallicensem res et bona, que sequntur: primo IX pecie cortinarum de sindone viridi antiquato ....*

F. 188*a Item in vestiario vetus* (!) *capelle est una magna capsa, que fuit apperta ... et fuerunt reperta infra, que sequntur, una cum pluribus libris, postmodum in presenti cartello videlicet in capitulo librorum desinandis, videlicet in folio* [396] *—: primo quatuor altaria portatilia ....*

F. 188*b Item in camera immediatè subtus capellam s. Michaelis fuerunt reperta, que sequntur. Et primo duo coffri fustei folrati ab infra sindone barrata et ferrati cum seris, in quolibet una; in quorum uno sunt, que sequntur: primo unum calamarium de argento deauratum, pro maiori parte cum smaltis et cum sua copertura ad arma Clementis VI ....*

F. 189*a Item in camera, in qua iacebat dominus noster papa; sunt, que sequntur: primo unum matelacium de tela rubea ....*

393 Turris Revestiarii, nunc s. Laurentii.

394 Cardinalis Petrus de Banhaco, prius referendarius Urbani V, † 1369 die 7 m. oct. Viterbii.

395 Turris Latrinarum, nunc La Glacière.

396 Numerus excidit: cf. paullo ante p. 420.

Item in capella s. Michaelis supra dictam cameram sunt, que sequntur: primo unus coffrus coopertus de panno rubeo....

Item in magna (!), *ubi solebat fieri graveria, quatuor magne cathedre fustee. Item una tinea ad balneandum....*

Item in parva crota sive camera, per quam descenditur ad deambulatoria, in qua iacebat granerius, due culcitre parve cum modica pluma....

F. 189*b Item in corratoriis desuper viridarium, unum tornum pro arbalistis parvum....*

Item in camera nova inferiori, duo capfoh....

Item in camera nova superiori, duo matelatia....

Item in studio domini nostri pape iuxta cameram paramenti [397], *unum matalacium de fustana albo, garnitum de lana....*

F. 190*a Item in camera paramenti, unum bancale de opere Atrebatensi mediocri*[s] *forme fractum....*

Item in camera magne turris, una culcitra magna cum suo pulvinari de Alexandr.. Item magna sargia rubea. [Ista fuit pro sepultura domini Urbani [398]*].*

Item in magno tinello, quinque scanna sive archebancs....

F. 190*b Item in buticularia sive gardevesselle, tres cornute. Item due buge ferrate....*

Item in coquina superiori, due bacine sive conche....

F. 191*a Item in coquina inferiori, quinque bacine magne.... Item unum molendinum pro sinapio....*

Item in tinello domini thesaurarii, videlicet et in camera paramenti [399], *septem scanna sive archebancs....*

Item in camera media turris versus ecclesiam b. Marie, in qua iacebat dominus prepositus Folcalquerii, unum matelacium de fustana alba....

F. 191 b *Item in camera subtus campanam duo matelacia.... Item L banastoni de carbone lapideo cum estimatione. Item LX banastoni vel circa de carbone lignorum.*

Item in capella antiqua inferiori [400], *VI lapides ad tenendum oleum....*

F. 192*a Item in meiano stagio turris de Troilhacio subtus cameram, in qua iacebant servientes armorum, II^M quintalia lignorum vel circa....*

Item in penore antiquo XXIII bote....

Item in penore magno iuxta puteum IIII^XX bote, quarum IIII^or de Mena et alie sancti Egidii, de quibus sunt XLII vino clareto et albo plene....

Item in camera buticulariorum, sunt due capse sapinee.

397 Animadvertendum duo fuisse studia, v. paullo ante p. 686. Hoc loco indicatur studium situm in parte occidentali palatii Benedictini; cf. l. c., p. 616.

398 Haec in margine aliâ manu adiuncta sunt.

399 Utique in camera paramenti thesaurarii.

400 Capella inferior s. Stephani, cf. paullo ante p. 600, not. 91.

Item in camera panateriorum domini nostri pape sunt, que sequntur: primo due capse magne sapinee....

F. 192*b* *Item in capella maiori domini nostri pape sunt II^C saumate grosse frumenti.....*

Item in magna turri de Troilhacio, scilicet in camera, in qua solebant iacere servientes armorum sunt XXX baconi salsi....

Item in penore subtus turri thesaurarie[401] *sunt V bote de Mena vacue....*

Item in viridario sunt XVII pavones tam antiqui quam iuvenes, quorum sex sunt albi.

Item in camera supra coquinam sunt duo coffri ferrati....

F. 193a *Sequitur inventarium factum de hiis, que in fundo turris thesaurarie existunt,* quo quidem loco imprimis *iocalia,* ff. 198*a*-202*a* *privilegia, littere et alia instrumenta* tabularii asservabantur. — Denique ff. 202*a*-308*b* recensentur libri qui erant dispositi f. 202*a* *in capella, in qua celebrare solebat cardinalis Avenionensis prope cameram domini B. de s. Stephano, assignati per dominum archidiaconum Cavallicensem pro domino cardinali Hierosolimitano;* f. 204 *in quadam camera prope capellam predictam;* ff. 249*a*-253*b*; *in capella s. Michaelis;* ff. 253*b*-265*b* *in studio domini camerarii sub custodia domini G. Alberti;* ff. 265-278*a* *in fondo turris thesaurarie subtus cameram, in qua solebat dominus papa iacere;* ff. 278*a*-279*b* *in camera secreta thesaurarie;* ff. 279*b*-281*a* *in quadam magna capsa sapinea in camera domini Poncii de Cadoros*[402]; ff. 282*a*-284*b* *in camera immediate subtus capellam s. Michaelis;* ff. 284*b*-286*b* *in camera subtus studium domini nostri pape, in qua consuevit se indui, quando intrabat in consistorium.*

De tempore **Gregorii XI 1370-1378** pauca habeo, quae adiungam. Atque ea quidem hoc unum comprobant, quod facili coniectura statui poterat, nimirum eodem fere loco thesaurum ac bibliothecam permansisse, quo a prioribus pontificibus erant constituta. Gregorius enim cum in eo esset, ut curiam Romam in avitam sedem transferret idque anno 1376 esset exsecutus, hoc unum pro palatio Avenionensi praestitisse videtur, ut quae a suis antecessoribus egregie erant exstructa, integra conservaret.

Quare admodum pauca de eius tempore in libris introitus et exitus[403] nactus sum; suntque fere haec: *Die XX m. martii traditi fuerunt per dominum Raymundum de Casellis domino Bernardo de Manso, dudum sacriste s. Desiderii Avinionensis pro operibus fiendis in turri capitis pondis Ro-*

401 Turris ss. Angelorum, cf. paullo post p. 701.

402 Is paullo ante ex clerico *consiliarius camerae* renuntiatus erat; cf. *Intr. et exit. cam. apost.* n. 327, ff. 56*b*, 59*b*.

403 Duo tantum reperi volumina, in quibus rationes in certa collectae sunt capita n. 343 et 344, quae ad an. 1375-76 pertinent; reliqua volumina nn. 336-349 *manualia* exhibent.

dani et circa clausuram civitatis Avinionensis [404] *- II*c *flor. communes* [405]. — Praeterea *die ultima februarii* 1375 satisfactum est inter alia *pro II luquetis duplicibus positis in duabus portis, per quas itur de camera Servi* [406] *ad viridarium - XL sol.* [407]; porro m. septembris *pro VIII dictis fusteriorum, qui intelaverunt fenestras camerarum turris et paramenti domini nostri pape* [408].

In eo, quod paullo ante laudavi, volumine n. 468 habes ff. 61*a* 90*a* *copiam inventarii facti de bonis thesauri palacii apostolici existentibus in turri alta palacii;* et ff. 82*a*-90*a* quidem res, que erant *in capella s. Michaelis.* Sequitur paullo post ff. 90*a*-109*a* *inventarium confectum in turri magna supra cameram domini nostri pape;* praeterea ff. 109*a*-143*a* leguntur *inventaria rerum extractarum de turri alta, ubi erat thesaurus ecclesie reconditus* et *de turri bassa* sive f. 132*a* *de fundo turris thesaurarie.*

Robertus de Gebennis, a suis **Clemens VII 1378-1394** appellatus, cum an. 1379 Italia pulsus Avenionem rediisset eamdem, quam sui praedecessores, incolere coepit palatii partem. Prope eam a b. Urbano V camera, cui a Roma nomen, erat constituta [409], in qua aptanda atque exornanda Clemens haud parum desudavit [410].

Satisfit enim die 8 m. iulii an. 1381 *Guillelmo Bonjehan pictori pro emendis apud Montem Pessulanum certis rebus necessariis pro depingendo capellam novam factam in camera Rome* [411]; die 6 m. iunii 1383 *directori operum pro faciendo mundari turres trolhacii, Nostre Domine, et audien-*[tie] [412]; anno 1387 *pro uno fornello* [et] *uno deambulatore* (!) *factis in retrocamera camere Rome palacii apostolici* [413]; die 25 m. novembris an. 1388 *pro edificio novo, quod fit in palacio apostolico Avinionensi prope cameram Rome* [414]; die 12 m. decembris *pro deambulatoriis, que fiunt de novo in palacio apostolico Avinionensi retro cameram de Roma* [415].

[404] Cf. de his munitionibus Müntz, *Histoire des arts dans la ville d'Avignon*, p. 453; praeterea accuratum *computum* in Regest. Avenion. *Urbani V*, tom. XV.

[405] Intr. et exit. cam. apost. n. 330, f. 92*a*.

[406] Imago *Cervi Volantis* eo tempore non a pictoribus ac sculptoribus tantum, sed etiam a textoribus singulari studio effingebatur. Quare eam appellationem, ut alias similes Camerae Iesu, Camerae Romae, repetendam esse opinor a picturis vel a tapetis, quibus illae camerae erant ornatae. — Cf. Martène-Durand, *Amplissima Collectio*, VII, 671: *Acta fuerunt haec Avinione in hospitio Cervi volantis, sito in vico Magnae Fusteriae.*

[407] L. c., n. 343, f. 146.

[408] L. c., f. 149*a*.

[409] Cf. huius voluminis p. 693.

[410] Cf. Müntz, *L'antipape Clément VII. Essai sur l'histoire des arts à Avignon vers la fin du XIVe siècle* in *Revue archéologique*. Paris, 1888.

[411] *Intr. et exit.* n. 354, ff. 113*b*, 114*a*.

[412] L. c., n. 356, f. 151*b*.

[413] L. c., n. 362, f. 90*a*.

[414] L. c., n. 365, f 46*a*.

[415] L. c, f 52*b*.

Praeterea ab an. 1388 ad an. 1390 in extruenda *vite prope coquinam oris* [416] et camera quadam est laboratum. Die enim 18 m. decembris an. 1388 satisfit *pro incipiendo vitem, quam dominus nostri papa mandavit fieri prope coquinam oris in palacio apostolico Avinionensi* [417]; anno 1389 *copertura pro camere facte supra vitem novam* [418]; anno 1390 *pro merletis et coopertura vitis* [419].

Mense februario 1392 in parte palatii Benedictini septemtrionali, si non capella magna antiqua, certe deambulatoria ei contigua cum *gradario* igne sunt consumpta, quibus renovandis anno 1392 data est opera [420]. Satisfit enim die 22 m. februarii an. 1392 *pro faciendo curari et mundari gradaria ante capellam antiquam palatii apostolici Avinionensis propter ignem consumpta* [421]; et paullo post *pro deambulatoriis ante capellam antiquam palacii apostolici nuper combustis de novo reficiendis* [422].

Propius rem, de qua agimus, attingit, quod in libris expensarum ad diem 10 m. octobris anni 1382 relatum invenio: *Item eidem die X huius mensis octobris pro certis operibus et reparationibus per* [dominum Guillelmum Columberii directorem operum palacii domini nostri pape] *factis fieri in dicto palacio, de quibus computabat, videlicet pro resta expensarum factarum pro fenestris nuper factis prope cameram paramenti, et pro ponendo portam ferri in camera librarie noviter facte et pro intelando fenestras camere Servi dicti palacii et reformando unam tabulam in dicta libraria - VIII florenos currentes, IIII sol., III den.* [423]. Praeterea: *Die eadem* (24 m. ianuarii 1383) *fuerunt soluti domino Iohanni Rosseti notario camere, pro faciendo portari libros, qui erant in revestiario domini pape, in turri bassa thesaurarie - II floreni, III grossi* [424].

His pauca adiungam deprompta ex volumine inventariorum n. 468 saepius laudato. In eo enim recensentur ff. 143*a*-150*b* *Extracta* (anno 1379) *de turri alta* [425] *et bassa, et primo de thesauro videlicet alte turris* id est *extracta de thesauro magne turris palatii apostolici Avinionensis de camera superiori;* f. 147*a* s. *de turri bassa* sive *de fundo dicte turris*. Deinde ff. 150*b*-159*a* *secuntur iocalia extracta de capella sancti Michaelis* an. 1379 *et tradita in pignore*. Porro f. 160*b* extracta sunt quaedam *de capella palatii apostolici sita iuxta magnum tinellum* [426]; f. 161*a* anno 1380 *die prima octobris, que fuit dies coronationis domini nostri domini Clementis VII unum paramentum altaris auro textum cum pulcherrimis ymaginibus Sal-*

416 Müntz, l. c.
417 Intr. et exit. n. 365, f. 58*a*.
418 L. c., n. 366, f. 55*a*.
419 L. c., n. 366, f. 112*a*.
420 Müntz, l. c.
421 *Intr. et exit.* n. 369, f. 74*b*.
422 L. c., ff. 78-110.
423 L. c., n. 356, f. 92*b*, 93*a*.
424 L. c., f. 113*b*.
425 *Collect.* n. 468, f. 145*b*: *Extracta de turri alta, vbi reconditum est thesaurum* (!).
426 Capella s. Martialis.

valoris et b. Marie et apostolorum..., quod paramentum fuit receptum de turri bassa in cofro, ubi est tyara domini nostri pape. — Item anno LXXX et die XXII octobris recepit dominus Iohannes de Broyniaco [427], *doctor legum et cubicularius domini nostri pape, in presentia ipsius domini nostri in retrocamera parva prope cameram Cervi unum colare de perlis grossis cum floribus lilii, quod fuit de executione antiquadinalis* (!) *de Lanconio* [428], *et quod recepi ego Io. Rosseti in cofris capelle beati Michaelis supra dictam cameram Cervi de mandato ipsius domini nostri pape.*

Praeterea in alio inventariorum volumine n. 469 describitur multiplex supellex collocata f. 119*b* *in camera turris; in camera Cervi turris Plumbi*, in qua quidem camera erat *unus lectus, in quo dormit dominus noster papa;* f. 120*a* *in camera nova domini Urbani* [429], *in guardarauba dicte camere, in camera studii;* f. 120*b* *in deambulatorio prope viridarium subtus cameram novam dicti domini Urbani; in camera turris, ubi dormiebat dominus Auxitanus prope cameram de Ihesus; in revestiario prope cameram de Ihesus.* — Sequuntur f. 151*a*-177*a* res pretiosae annis 1379-1382 *extracte de capella s. Michaelis supra cameram domini nostri pape, de turri alta et bassa;* f. 153*a* libri anno 1379 *extracti de turri bassa palatii Avenionensis et portati in camera domini nostri pape.* F. 156*a* recensentur similiter *extracta de turri bassa palacii Avinionensis prope thesaur*[ariam], *ubi spolia prelatorum consueverunt reponi;* f. 156*b* *libri extracti de turri bassa et portati in camera thesauri secreta, ubi tenetur consilium;* f. 163*a* anno 1380 *dominus Amadeus de Saluciis, nepos domini nostri, habuit de dicta camera bassa, de executione eiusdem domini abbatis Massiliensis* libros quosdam iuris canonici.

De **Petro de Luna (Benedicto XIII) 1394-1411** (1424) fere nihil nactus sum. In altero huius operis volumine vulgabo fragmentum cuiusdam recensionis librorum, quam ad Benedictum potius quam, ut aliis placet, ad Clementem VII referendam esse opinor. In eo habes: *inventarium librorum, qui solebant esse in camera Cervi Volantis, nunc vero sunt in magna libraria turris* [430]. Sequuntur paullo post libri *in studio interiori; et primo de libris, qui sunt in rota.* Denique recensentur libri quamplurimi in *balas* compacti, procul dubio Avenione ad Petrum de Luna a suis Catalanis palatium usque ad annum 1411 obtinentibus transmittendi. Ex his balis decima, et fortasse eae quoque, quae sequebantur, continebant *de libris camere Servi Volantis* [431].

Plurimum ad rem nostram confert accurata recensio totius supellectilis in palatio a Catalanis relictae, cum anno 1411 deditione facta Avenione discederent; quam quidem recensionem in altero huius

[427] Is anno 1385 cardinalis est renuntiatus.

[428] Ibidem, f. 160*b*: *de executione archiepiscopi Auxitani de Lanconio quondam.* — F. 162*a*: *de executione anticardinalis de Lanconio.*

[429] Putem intelligi cameram Romae; v. paullo ante p. 665.

[430] *Collectoriae* n. 469, f. 179*a s.*

[431] L. c., f. 183*a*.

operis volumine integram vulgabo; quare hic ea tantum colligam, quibus diversae palatii turres ac camerae indicantur.

Describuntur f. 1*a* res inventae *in parvo studio pape* imprimis supellex multiplex capellae; f. 4*b in capella beati Michaelis* [432] *reperta fuerunt ea que sequuntur, que reposita fuerunt, exceptis coffris, in camera bassa thesaurarie;* f. 6*b in capella magna tinelli* [433]; f. 7*a in capella parva consistorii* [434]; f. 8*a in camera Garsie Aragonesii;* f. 9*a in camera alta thesaurarie turris Plumbi* [435] *reperta fuerunt ea, que sequuntur: primo quatuor paria flasconum de alabastro albo* . . ., *et est sciendum, quod omnia predicta sub titulo dicte camere alte descripta, fuerunt, exceptis caxiis, reposita in camera bassa thesaurarie.* — Sequuntur ff. 10*b*-43*b* libri in duabus cameris dispositi, f. 10*b in camera parva thesaurarie, in qua dominus camerarius et gentes camere consueverunt tenere consilia secreta* [436], ex quibus quidem libris unus *fuit positus in camera bassa thesaurarie;* f. 12*a in camera bassa thesaurarie turris Plumbi.* — Post libros et munimenta tabularii ff. 43*b*-46*a* recensetur multiplex supellex collocata in eadem *camera bassa thesaurarie*, quae satis ampla fuisse videtur. — Sequuntur f. 46*a utensilia coquine*, et primum ea, quae reperta sunt *in camera provisionum turris de trulhatio*, deinde f. 46*b* eiusdem generis utensilia collocata *in coquina communi, in parva capella magni tinelli* [437]; f. 47*a in guardamaniario sive custodia ciborum.* — Habes denique ff. 47*b*-51 arthileriam repertam in palatio et f 47*b* quidem eam, quae erat *in camera sita in prima platea versus audientiam;* deinde f. 48*b* eam, quae erat collocata *in turri de Trulhacio videlicet in camera bassa*, f. 49*a in camera superiori eiusdem turris;* f. 50*a in camera alta turris vocate de la Gache;* f. 50*b in turri vocata de la Folraria* [438]. *Item,* inquit, *in campanili dicti palatii est una campana metalli, que consuevit pulsari in missis papalibus et diebus consistorialibus; item in consistorio est una alia campana metalli, que dicitur esse canonicorum ecclesie Avenionensi; item in predicto palatio, videlicet in capella magna et in camera sancti Laurentii reperte fuerunt saumate grosse frumenti CLX;* f. 51*a* denique sequuntur *vasa vinaria reperta* . . . *primo in cava, que est iuxta magnum puteum, in cava sita subtus thesaurariam, in cava sita subtus molendinum prope portam beatorum Petri et Pauli, in cava domini camerarii.*

De reliquo tempore haec sola adiungam. Cum anno 1413 post diuturnam obsidionem de renovando palatio ageretur inter primas expensas re-

432 Quae *in capite* turris Gardaraubae sita erat.
433 Capella s. Martialis in turri, quae nunc s. Ioannis appellatur.
434 Capella s. Ioannis Bapt. in eadem turri s. Ioannis.
435 Turris Thesaurariae, quae nunc ss. Angelorum dicitur.
436 V. paullo ante p. 273, 648, 654, 667.
437 Capella s. Martialis.
438 Opinor indicari turrim Revestiarii, quae nunc s. Laurentii vocatur.

censentur pecuniae solute *Andree Senis magistro* sive *directori operum palatii apostolici Avenionensis* pro reparationibus factis *circa tecta turris Plumbi* [439].

Praeterea Cambis-Velleron in opere, quod inscripsit *Annales de la ville d'Avignon* [440] haec ex antiquo aliquo auctore aut documento refert: *Le septième de may de la mesme année 1413 le feu prit subitement au palais apostolique d'Avignon et brûla la salle d'Audience* [440a], *qui estoit au bout de la salle appellée de Iésus. On l'appelle encore aujourdhuy la salle brullée.* Ex quo elucet, risu explodendas esse fabulas [441], quae non apud vulgus tantum sed etiam apud scriptores serpebant, de primoribus civitatis iussu Petri vel Roderici de Luna subdole captis et in ea aula igne consumptis.

Destructis igitur anno 1392 capella s. Ioannis et anno 1413 *audientia* ac reliquo palatio duplici expugnatione omni ex parte fatiscente, ne penitus corrueret, sedulo erat agendum. Qua in re Martinus V [442] ipso secundo sui regiminis anno admodum diligentem operam exhibuit. Id testantur inter alia eius litterae die 10 m. martii 1419, quas hic subiungo.

Martinus etc. Ad futuram rei memoriam. — Apostolice sedis auctoritas sic debet in agendis esse circumspecta, ut ea quae statum pacificum terrarum ecclesie concernunt, continue prospiciat, illaque efficiat, per que palatia, castra, arces, opida et alia ipsarum terrarum fortilitia et edificia sic in suis statibus congrue manuteneantur, quod ad ruinam nullatenus deveniant, sed palatia castra, arces et fortalitia huiusmodi sic in eisdem statibus conserventur, quod ea, que per ipsa custodiuntur, a noxiis defensentur et a malignorum cognatibus pro tempore preserventur. Sane sicut intelleximus palatium Avinionense et castrum Pontissorgie apostolica Avinionensis diocesis, ad nos et Romanam ecclesiam cum eorum civitate et locis pertinentia, que ab olim maximis et notabilibus edificiorum structuris mirificisque et magnificis operibus constructa fuere, ob incendium ignis, quod in eodem palatio fuit, nec non guerrarum turbines, que partes illas, maxime illis vicinicimas (!), multum afflixere nec proth dolor affligere cessant; et quia etiam iamdiu est Romanus pontifex seu pro tali habitus moram inibi non traxit ut alias, nec non domus granariorum et palafrenarie ac panhote nuncupate dicte civitatis, ad nos et dictam ecclesiam etiam pertinentes, non obstantibus quam plurimis reparationibus alias per venerabilem fratrem Franciscum archiepiscopum Narbonensem camerarium nostrum et in illis partibus nostrum in temporalibus vicarium generalem seu de eius mandato factis, adhuc non modicum sumptuosis quolibet anno indigeat

[339] *Introitus et exitus* n. 377 (Exitus sigilliferi 1413). f 65*a*.

[440] Tom. IV, p 13. Conservantur manuscripti Avenione in Museo Calvet.

[440a] Id referendum videtur ad tinellum magnum.

[441] Id iam viderat Duhamel, *Une visite au palais*, p. 28, licet tempus illius incendii ignoraret.

[442] In *Inventaires sommaires des archives departementales. Departement Vaucluse, archives de la ville d'Avignon* n. 1318 indicantur litterae, quibus rex Galliae *syndicis* Avenionensibus quamdam pecuniae summam transmittit impendendam ad palatium renovandum.

reparationibus et alias pro ipsis eorumque custodia gravis et magna expensa necessario facienda existat, ad quorum supportationem camere nostre apostolice proventus tam propter scisma, quod hactenus in Dei ecclesia fere quadraginta annis viguit, quam ordinata in generalibus Pisano et Constantiensi conciliis et alias quasi anichilati minime sufficiunt; — nos vias et modos licitos et honestos, per quos sarcine huiusmodi onerum occurrere, damnis et inconvenientiis, que ob defectum debite provisionis sequerentur, providere possimus perquirentes et attendentes, quod camera ipsa moderno tempore ex impositionibus et gabellis vini et salis ac mercantiarum, que in eadem civitate nostra Avinionensi ex permissione seu concessione apostolica vel alias levantur et exiguntur, nichil recipit; et quod iustum et rationabile existit, quod ex ipsis palatium, castrum et alia fortalitia et edificia huiusmodi manuteneantur, conserventur et reparentur paulatim ex ipsis, et aliis rationabilibus causis moti pariter et inducti, ex gabellis et impositionibus, que, ut prefertur, levantur et exiguntur seu in posterum levabuntur et exigentur, (52*b*) seu de pecuniis provenientibus ex eisdem, centum et quinquaginta florenorum auri de camera summam quolibet mense exigendam et levandam et in reparationibus, edificationibus et custodia palatii et castri ac domorum predictorum per prefatum camerarium seu de eius mandato, quamdiu vicariatus huiusmodi officium exercuerit, et post ipsum per eius in huiusmodi officio successorem aut alium de ipsius mandato convertendam, tenore presentium, auctoritate apostolica usque ad nostrum et apostolice sedis beneplacitum reservamus et applicamus, ac conservari et in predictis exponi ac converti volumus et mandamus, non obstantibus donationibus, concessionibus et confirmationibus per bone memorie Petrum cardinalem de Thureyo, in illis partibus apostolice sedis legatum, ac Baldassarem Cosse, olim Ioannem XXIII in eius obedientia nominatum, per nos aut auctoritate nostra forsan factis, et aliis ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus et privilegiis civitati et civibus eiusdem communiter vel divisim ab apostolica sede concessis, et aliis contrariis quibuscumque, etiamsi de ipsis et eorum totis tenoribus esset in presentibus specialis et expressa mentio habenda. Nulli igitur etc. nostre reservationis, applicationis, voluntatis et mandati infringere etc. Si quis etc. — Datum Florentie sexto idus martii, anno secundo. Franciscus, de curia, de Agello. — *[Regest. Vatic. Martini V (n. 358); divers. de curia lib. VIII, f. 52*a*]* [443].

[443] Restat, ut in iis, quae modo ex tabulis camerae apostolicae extraxi, ea interpreter vocabula, quae legentibus aliquid facessere possent negotii. In eis explicandis utar imprimis Ducange, *Glossarium mediae et infimae latinitatis ed. Henschel*, Paris 1840-50; — Honnorat, *Dictionnaire provençal-français ou dictionnaire de la langue d'oc ancienne et moderne.* Digne 1846-48; — Mistral, *Lou Trésor de felibrige ou dictionnaire provençal-français embrassant les divers dialectes de la langue d'oc moderne.* Aix-en-Provence 1878 *s.*; — La Curne de Sainte-Palaye, *Dictionnaire historique de l'ancien langage français, éd.* L. Favre. Paris 1875-1882; Godefroy, *Dictionnaire de l'ancienne langue française.* Paris 1880 *s.*; Laborde, *Glossaire archéologique du moyen âge.* Paris 1853; — Gay, *Glossaire archéologique.* Paris 1882 *s.*; — Viollet-le-Duc, *Dictionnaire de l'architecture française du XIe au XVIe siècle.* Paris 1875; — Viollet-le-Duc, *Dictionnaire raisonné du*

Sequitur, ut videamus, quid ex his locis elici possit ad historiam palatii. Qua quidem in re maxima perspicacitate ac prudentia opus est. Frequenter enim eaedem res diversis veniunt nominibus, atque e contrario identidem diversae atque dissitae inter

mobilier français de l'époque Carolingienne à la Renaissance. Paris 1865-75; — LITTRÉ, *Dictionnaire de la langue française.* Paris 1878-81.

Acua sive acuus (p. 621), achoa (p. 651), acola (p. 640). HONNORAT, ancoula, acoula; MISTRAL acòu, acol, pila muro adiuncta. Cf. p. 605 *pro aquois ac cordis.*

Ampiet (p. 619), sive avantpies, DUCANGE: avantagium avantagier, proeminentia. MISTRAL avans-ped. Cf. *buieta seu ampiet* (p. 619), *de ampectu et merletis* (pp. 657, 660). V. paullo post *barbacanum.*

Anglaria (p. 618), HONNORAT anglar, lapis angularis.

Aponchayare sive apoycherare (pp. 631, 655), MISTRAL apouncheira, trabibus sive lignis fulcire; Gallis *étayer, échaffauder.*

Aspa (pp. 616, 625), DUCANGE uncinus, anglice *hasp.*

Aygueria (p. 609), DUCANGE aiguerium, aygeria, aquaeductus. MISTRAL aigo, aigua, aqua. — Ayquerius is qui aquam portat.

Babuinus (p. 628), simiae species.

Banastonus (p. 663), sive banasto (p. 623), HONNORAT banasteum, canistrum.

Barbacanum DUCANGE munitionum genus. — Barbacana cum merletis, buietis (ampiets, avantpies), taluciis illud constituebant munitionum genus, quo palatium Avenionense omni ex parte instructum est (cf. p. 620). Galli eas munitiones *mâchicoulis* dicunt. Egregium earum exemplum ex palatio Avenionensi desumptum habes in VIOLLET-LE-DUC, *Dictionnaire d'architecture* I, 392, nitide depictum. Barbacana appellabatur imprimis ea pars, quae reliquo muro prominens, merletos sustinet.

Barda HONNORAT bard, saxum quadratum, quo viae vel cubilia sternuntur. Inde bardatura et bardamentum (pp. 609, 612, 614). Sternebantur (bardabantur p. 643) autem cubilia bardis vel lausis, tegulis sive maonibus.

Barranda (p. 642), *v.* parabanda.

Barratus (p. 658), filis diversis coloris contextus.

Bastimentum (p. 638), aedificium (batiment) vel propugnaculum

Benda (p. 654), lamina.

Bilho (p. 611), DUCANGE billonus sive billus, clava oblonga, *poteau.*

Bisturris (p. 618), DUCANGE propugnaculi genus.

Boiatura sive clausura (p. 612), cf. buietum.

Bordonalis (p. 649), DUCANGE bordonale, palus, tignum.

Brocha (p. 649), sudes acutae, pali.

Bromiare MISTRAL broumo, bitumen, hinc bitumine linere.

Buietum, buquetum, bugetum MISTRAL buget, bouget: HONNORAT bujet, boujet: 1m murus subtilior lapideus vel ligneus, quo minora cubilia constituuntur, Gallis *cloison,* hinc fere idem quod *maianum;* 2o saxum certae minoris mensurae (p. 657).

In munitionibus palatii buieta dicebantur muri illi subtiliores ante muros *grossos* ita exstructi, ut milites merletis a sagittis hostium tecti, in eos ex alto inter utrosque muros trabes et saxa possent proiicere. Cf. v. *Barbacanum,* p. 615: *buietis et barbacanis,* p. 619: *buietorum seu avantpies,* pp. 618, 620: *merletis et buietis.*

Brasillum, bresilhum MISTRAL bresié, brasié, bresilh, *recoupe des pierres, qu'on taille,* pulvis.

Buga sive bugia (p. 659), opinor intelligi arcam.

Buticularia, officium providendi de potu.

se palatii partes voce indicantur eâdem. Praeterea cum eae palatii Benedictini partes, quae Clementinum contingunt, tum a Clemente VI tum ab eius successoribus plurimum sint immutatae, in interpretandis locis spectantibus ad eas partes, etiam maiori

Cabiro DUCANGE canterius, id est asseres, qui tectorum tegulas sustinent.

Caneta (p. 644), MISTRAL caneto, *petite canne.*

Cayrellus, telum spissius.

Cayron MISTRAL queiroun, cairoun, saxum quadratum.

Cadaula (p. 625), HONNORAT cadaula, Gallis *loquet,* vectis.

Cadriga, quadriga.

Cadratus, quadratus.

Canna mensurae genus; cf. *Annuaire administratif, statistique et historique du departement de Vaucluse,* Avignon 1854, p. 360: la canne - 8 pans, le pan - 9 pouces, le pouce - 12 lignes. Canna, licet diversa in diversis Provinciae civitatibus esset, tamen ubique fere duo aequabat metra, quae nunc dicunt; Avenione 1 m. 982″. Inde cannare, mensurare et cannamentum (p. 618).

Carreria carraria, Gallis *carrière,* via, qua currus vehi possunt.

Causamentum sive ferratura turrium de lapidibus (p. 611) MISTRAL causa, causamento, sternere. *Causa 'n camin nòu, terrasser un chemin.*

Cimassio seu ramada (p. 609), MISTRAL cimaiso, cimasa; LITTRÉ cymaise, *membre ou moulure au sommet* (cim) *d'une corniche.*

Cloquerium (p. 601), DUCANGE cloquarius, *clocher,* turris, in qua pendent campanae.

Coladissa, porta suspensa inter duos muros post aliam portam, quae dimitti poterat. HONNORAT couladissa, *herse sarrasine, qui tombait entre deux coulisses;* inde nomen. Cf. *portae colaticiae,* p. 632, *colatissia* p. 636.

Colga (p. 645), DUCANGE lecti compages lignea.

Cornaleria (p. 613), MISTRAL cournaliero, DUCANGE corneria.

Crampo (p. 653), ansa ferrea.

Crocus sive croquus (p. 642), DUCANGE croccus, Gallis *croc,* uncus.

Crosum, cavum.

Crota sive volta 1m concameratio cubilium; inde 2° ipsum cubile. — Crota croseria, concameratio in formam crucis. MISTRAL crousiero, *croisée.*

Crosta inducere DUCANGE crusta instruere.

Cursoria sive tueria (pp. 619, 623, 624), HONNORAT coursiera, *chemin des rondes* sive ambulacra vigilum.

Dieta, labor unius diei.

Dormiens (p. 614), ea fenestrae vel portae pars, quae in murum immissa non movetur (dormit), sed alteram partem, quae aperiendo et claudendo movetur, sustinet.

Draparia (p. 600), locus in quo panni asservantur; a drappo, Gallis *drap.*

Dressatorium (p. 635), mensa, in qua vasa reponuntur ad triclinium sternendum destinata; Gallis *dressoir.*

Egredarium (p. 604), gradarium, scala.

Encastra MISTRAL encastre, *cadre.*

Fayh (p. 608), MISTRAL fais sive faich, onus, *fardeau, gerbe.*

Fenestragia MISTRAL fenestrage, Gallis *fenêtrage.*

Ferrolhetum (p. 625), DUCANGE ferrolhas, vectis.

Folrare sive fulrare (p. 643), duplicare, Gallis *fourer.*

quam in reliquis utendum est industriâ. Ex qua quidem re hoc quoque efficitur, ut singula aeque certe ac distincte statui non possint. Denique de rationibus expensarum diligenter est observandum, singulas expensas tempore Benedicti XII plerumque bis

Frachissia (p. 625), MISTRAL frachis sive frachisso, iunctura, articulatio, quae Gallis *charnière.*

Fustana, panni species.

Gachile (a gacha sive guachia, vigil, custos), specula, turricula elatior.

Garrotus, spiculum balistae.

Genoes clavis, Ianuensis, MISTRAL Genoes, Ianuensis.

Gerra (p. 657), MISTRAL gerro sive jarro, Gallis *jarre*, amphorae species.

Gippum DUCANGE, gypsum, Gallis *platre.* — Gipperius MISTRAL gipiè, plâtrier, artifex, qui gippo utitur.

Gofonus (p. 631), DUCANGE goffo, cardo.

Gorga MISTRAL gorgo, canalis.

Grasilha (p. 625), HONNORAT grasilha seu grilha, Gallis *grille*, cancelli.

Grifo (p. 633), MISTRAL grifo, fons aquam in altum proiiciens, *jet-d'eau.*

Infustatura, fustibus id est trabibus et lignis domum instruere.

Intelare fenestras, fenestras *telâ albâ inceratâ* (*v.* Intr. et exitus cam. apost. n. 200, f. 207 *b*) inducere. Vitro enim tunc solae fenestrae capellae et consistorii (p. 637) ex parte munitae erant.

Laboragium *v.* maestria.

Lausa tabula lapidea, Gallis *dalle*, quibus et cubilia sternebantur et tecta domorum cooperiebantur.

Librata, *livrée*, certa domorum portio alicui assignata.

Loguerium, pecunia, quae pro curribus aliisve rebus conductis solvebatur, Gallis *loyer.*

Maestria (p. 651), sive magisterium (p. 627), seu laboragium (p. 635), labor magistri sive artificis.

Maianum sive meianum, murus intermedius, MISTRAL mejan; p. 608 medium gippeum, meianum gippo exstructum. Cf. buietum.

Manobra sive manopri seu manuperarii (pp. 603, 604, 609), *v.* DUCANGE.

Mele, ligni species, LITTRÉ mélèze, pinus larix.

Merletus, pinna, quibus fastigia domus vel turris distinguebantur; hinc merletare, crenelare, pinnis instruere.

Mescla, mixtio

Molsa (p. 608), DUCANGE molta sive malta, cementum. V. *Intr. et exit. cam. apost.* n. 250, f. 117 *b*: *pro portu dicte mulse a locis Montis Draconis et Mornaci.*

Morterium, mortarium, Gallis *mortier.*

Nata, storea.

Orlatus, orlo sive margine distinctus.

Panus sive pannus (pp. 603, 618, 622), LITTRÉ muri pars.

Parabandus (p. 608), Gallis *rampe d'une escalier;* p. 642, barranda.

recenseri. Primum enim particulares, cum fiebant (pro calce, pro lapidibus, pro fundamento, pro dietis operariorum, pro infustatura etc.), referuntur singillatim; deinde postquam opus totum, de quo agitur, est perfectum, *computo* aliquo *finali* omnia in universum comprehensa denuo recensentur. Qui quidem *computi universales* [444] ad rem nostram conficiendam iuvant plurimum.

In priore, quod de Benedicto XII nactus sum, volumine primo loco nobis occurrit *opus capelle et turris de novo construendarum* [445]. Ac capella quidem, cuius hic mentio fit, paullo post,

Perrerius id est latomus (pp. 627, 646).
Pertica DUCANGE tabulati sive mensae species.
Plata, lamina.
Pons id est ascensus (pp. 607, 608, 621, 654, 659), sive corritorium e muris domus vel turris eminens.
Porterius (p. 624), ostiarius.

Recorvum (p. 618), fortasse DUCANGE recouvertura, MISTRAL recouvra, tectum.
Represa pillaris (p. 654), sitne referendum ad MISTRAL represo, *action de reprendre?*
Riosta (pp. 625, 643), MISTRAL asseres.
Roris (p. 617), MISTRAL roure, Gallis *rouvre*, species quaedam quercus.
Rota sive stadium, pluteus, in quo collocabantur libri.

Sargia, panni species.
Saumata, mensura frumenti id est onus iumenti (saumae).
Scandale, mensura quaedam liquidorum.
Sclapa (p. 643), DUCANGE assula.
Sindriare HONNORAT cintra, cindrar, lignis et trabibus instruere, super quibus fiant concamerationes, fenestrae, portae.
Solarium sive solerium, superior contignatio sive aula domus.
Sostrachium (p. 612), MISTRAL soustra, soustrach, labor, quo ima aedificii pars renovatur.
Spingala sive spingarda, balistae species
Stuba sive stufa (p. 632), balneum callidum.

Talhius (p. 617), DUCANGE tallea, tigni species, Gallis *bardeau.*
Talucius HONNORAT talus, *pente qu'on donne à un mur.*
Taula et taulamentum, tabula et tabulamentum.
Tornus, pars quaedam balistae.
Travazon (p. 643), DUCANGE travayso, Gallis *travaison*, intertignium.
Trepatorium gradarii (p. 650).
Tudellus MISTRAL tudèu, tudèl, Gallis *tuyau*, canalis, caminus.
Tueria *v.* cursoria, DUCANGE fenestrae vel *corretoria*, e quibus sagittae et lapides in hostes proiiciebantur.

Peritioribus interpretanda relinquo: bodella (p. 657), capfoh (p. 663), talpena sive talpeta (p. 624).

[444] Habes praecipuas huius voluminis pp. 618, 620, 621.

[445] V. paullo ante p. 602.

iuxta aliam capellam [446] exstrui dicitur. Ex iis, quae paullo ante dixi [447], manifestum est, eam capellam, iuxta quam Benedictus aliam exstruxit sive quam amplificavit, fuisse ecclesiam sive capellam superiorem s. Stephani. Cui quidem capellae sic auctae, paullo post, ad occasum versus turris Campanae, ad orientem vero turris Trulhatii adiuncta est, ita tamen, ut parumper ab ea distaret.

Ea capella a Benedicto XII exeunte anno 1334 inchoata, ineunte anno 1336 iam picturis et pavimento instruebatur [448]. Quam paullo post, die 23 m. iunii eiusdem anni, per Gasbertum Duvallium archiepiscopum Arelatensem, camerarium, solemniter consecratam [449], Pontifex *ss. Petri et Pauli vocabulo et nomine insignitam* esse voluit. Nihilominus, nescio quo pacto, in libris rationum ne uno quidem loco [450] eo vocabulo designatur, sed plerumque *capella* [451] sive *ecclesia* [452] *s. Ioannis*, quandoque *capella magna* [453] seu *maior* [454], *capella a parte b. Marie de Domps* [455] atque exeunte saeculo XIV *antiqua* [456] dicta est. Porro m. februario 1392 cum ambulacris contiguis aut haud ita diu post igne consumpta [457], paucis demum abhinc annis eâdem, qua a Benedicto constituta fuerat, ratione renovata [458], nunc tabularium continet districtus, cui a Valle clausa (Vaucluse) nomen.

T u r r i s, quae simul cum capella s. Ioannis anno 1334 exstrui coepta est, idque *iuxta cameram thesaurariae antiquae* [459], eam esse opinor, quae nunc ss. Angelorum appellatur. Proferam paullo post, quibus innitar argumentis. Mense martio anni 1338 ea turris ornabatur picturis ac *coopertura plumbea* tegebatur [460].

446 V. paullo ante p. 603.
447 L. c., p. 599 *s.*
448 L. c., p. 603.
449 V. eius litteras apud DUHAMEL, *Les origines du palais des papes*, p. 62.
450 De *capella s. Petri* in palatio Clementino sita v. paullo post pp. 644, 654.
451 L. c., pp. 610, 614, 616 *s.*, 638, 654.
452 L. c., pp. 611, 653.
453 L. c., pp. 615, 618.
454 L. c., pp. 626, 628, 637.
455 L. c., p. 652.
456 L. c., pp. 648, 654, 660. Vocatur *capella palatii antiqui* pp. 648, 652.
457 L. c., p. 666.
458 Tabula IV exhibetur cum reliquo palatio pars turribus Campanae et Trulhatii conclusa, qualis erat ineunte hoc saeculo. Locum capellae platea (la cour) ac aedes quaedam carceris obtinebant. Cf. in tabula III n. 6.
459 V. paullo ante p. 603.
460 L. c., p. 604.

Paullo post anno 1336 aut 1337, destructa camera antiqua [461], *aula nova* (sive *tinellus* [462]) est constituta in parte palatii Benedictini meridionali. Dicitur in libris rationum mense iulio an. 1338 *aula constructa de novo ante primam portam palatii* [463], quae descriptio nos parum iuvaret, nisi alio loco recenseretur *infustatura aule nove magne palatii a parte meridiei et introytus prime porte palatii cum deambulatoriis contiguis* [464]. Quare cum sita dicatur versus meridiem ac deambulatoria habeat adnexa, facile patet, hic partem meridianam *claustri* Benedictini indicari. Quomodo verissime ante primam portam palatii dicatur constituta, facile ex iis perspicitur, quae paullo ante [465] de illa porta indicavi.

His vixdum ineunte anno 1337 perfectis, pars orientalis, inter turres ss. Angelorum et Trulhatii conclusa, exstrui coepta est [466]. Quae cum accuratius quam reliquae in rationibus expensarum sit descripta, plurimum confert ad historiam partium adiacentium enucleandam. Exstruebatur eo loco inprimis turris latrinarum [467], quae, cum inter coquinam et domum Trulhatii sita [468] ac paullo post turri Trulhatii ex parte conclusa [469] esse dicatur, alia esse omnino nequit nisi quae nunc *La Glacière* appellatur. Eius nomen etiam nunc in mentibus Avenionensium lugubrem revocat memoriam immanis illius caedis, qua per noctem diei 16 ad 17 m. octobris anni 1791 turba innocua plus quam sexaginta omnis aetatis et sexus ferociter est trucidata [470]. Quorum corpora intra ipsam turrim a superiori eiusdem parte in profundum dicuntur acervatim acta; quod quomodo fieri potuerit, ex structura turris in libris expensarum descripta facile apparet. Duae enim recensentur latrinae: inferiores et superiores; per has procul dubio caede facta cadavera deiecta sunt. Supremam turris

[461] L. c., p. 605.
[462] L. c., p. 607.
[463] L. c., p. 605.
[464] L. c., p. 620.
[465] L. c., p. 621, not. 198.
[466] L. c., pp. 604, 605 *s.*, 610, 620.
[467] L. c., p. 605; cf. p. 601: *turrim camerarum secretarum.*
[468] L. c., pp. 612, 617.
[469] L. c., pp. 630, 631.
[470] Atrox illud facinus habes accurate enarratum in F. I. André, *Histoire de la révolution Avignonaise.* Paris, 1844, tom. II, pp. 13-75.

partem occupabat camera, in qua per aliquod tempus dispositae erant *armaturae* sive *artilheria palatii* [471].

Concludebatur turris latrinarum ad occidentem versus *gradario* quodam, inter coquinam et turrem Trulhatii sito [472], per quod patebat transitus ad sacristiam et deambulatoria; ad meridiem vero coquina, cui adnexa erant buticularia et panateria [473] ac dressatorium [474] tinelli magni, in quibus potus, panis, cibi asservabantur. Cum coquina paullo post, anno 1339 fuerit renovata [475] et anno 1342 plurimum aucta [476], erui vix potest, quemadmodum prius fuerit constituta. — A coquina ac turri latrinarum usque ad Rhodanum anno 1344 exstructus est sub terra *conductus* [477], quem quidem fabulabantur quidam Avenionenses [478], sub Rhodano Villamnovam usque pertigisse. Hac utique via, cum palatium anno 1398 obsideretur, sexaginta milites irrepserunt; at, quae erat excubitorum Petri de Luna (Benedicti XIII) vigilantia, capti sunt omnes [479].

Ineunte inprimis hoc saeculo, coquina, cui ingens supereminet caminus octogonalis, putabatur fuisse sedes *inquisitionis romanae*, ac proinde praedictus caminus turris de *Estrapade* sive torturae appellabatur [480], idque eo certius, quod etiam nunc caminum fumo incendiorum, quibus morte plectendi vivi flammis essent exusti, denigratum conspicerent [481]. Verum nunc eae fabulae, quo merentur, risu sunt explosae.

Meridiem versus coquinam aedes attingunt, in quarum parte inferiori consistorium [482], in superiori tinellus magnus [483]

[471] V. paullo ante pp. 631, 632.

[472] L. c., pp. 615, 620, 626.

[473] L. c., pp. 618, 623.

[474] L. c., p. 635.

[475] L. c., p. 612.

[476] L. c., p. 626.

[477] L. c., p. 627.

[478] GROSIEAN, *Précis historique sur la Ville d'Avignon et le palais apostolique.* Avignon, 1842, p. 19.

[479] De ea obsidione, vide DENIFLE-EHRLE, *Archiv*, V, 429.

[480] CANRON, *Le palais des papes à Avignon* [3], p. 51; ANDRÉ, l. c., II, 18 s.; VALLADIER, huius voluminis p. 589, not. 64; ex quo loco constat, iam saeculo sexto decimo eam turrim eo nomine esse appellatam.

[481] *Précis historique*, l. c., p. 22: « Les malheureux, qui devaient périr par les flammes, « y étaient conduits. Au milieu se trouvait une chaise de fer, sur la quelle on plaçait le « patient...; la voûte, qui s'élève en pain de sucre, est encore empreinte de la fumée ré- « sultant des cadavres. »

[482] V. paullo ante pp. 606 s., 611, 625.

[483] L. c., p. 610.

sive triclinium sita erant. Quem modo dixi tinellus, anno 1413 igne consumptus ac paullo post renovatus, plerumque « aula combusta » (la sale brullée) appellatur.

His aedibus ex parte orientali adnexa est turris, quae simili ratione infra capellam consistorii [484], supra capellam tinelli [485] continet. Ea turris in libris expensarum quandoque turris capellae [486] vel *turris capelle consistorii* [487], plerumque turris consistorii [488] appellatur. Ex capellis ea, quae olim capella consistorii [489] dicebatur, nunc a picturis, quibus ornata est, a s. Ioanne Baptista nomen habet. Capella vero tinelli magni iam olim, cum in ea res a s. Martiali preclare gestae essent depictae, nomine quoque capellae s. Martialis [490] veniebat; quo quidem nomine etiam nunc designatur. — Summam turrim, supra capellam s. Martialis, *crota* quaedam [491] occupat.

Magni momenti ad rem nostram est numerus *acuarum sive pillarium*, qui in computo universali [492] huius partis orientalis exprimitur, cum eae etiam nunc conspiciantur. Una dicitur esse in turri latrinarum, quatuor ad aedes consistorii et tinelli magni ad orientem sive viridarium, sex et dimidia ad occidentem sive deambulatorium claustri; duae denique dicuntur esse *inter capellam et cameram domini nostri*, quod, qua ratione intelligendum sit, paullo post [493] inquiremus.

Exeunte anno 1338 [494] pars occidentalis palatii Benedictini exstrui coepta est, dirutis subinde ceteris aedibus [495] cum turri, quae circa eam partem erant constitutae. Aula (sive hospitium) eo loco exstructa multiplici ac varia appellatione in libris rationum indicatur. Dicitur enim sita *versus* (vel a *parte* vel *contigua) carreriam b. Marie de Domps* [496], *contigua carrerie b. Marie*

484 V. paullo ante pp. 610, 611, 619, 620.
485 L. c., pp. 611, 631, 632, 635.
486 L. c., p. 610.
487 L. c., pp. 615, 619.
488 L. c., pp. 620, 621.
489 De altari v. l. c., p. 611.
490 L. c., p. 633.
491 L. c., p. 612.
492 L. c., p. 620.
493 L. c., p. 681.
494 L. c., pp. 607, 610.
495 L. c., pp. 607, 610, 620.
496 L. c., pp. 610, 614, 615, 622, 624.

de Domps a parte tinelli Regensis episcopi [497], sita *a parte domini Regensis et b. Marie de Domps* [498], *a parte domini Regensis* [499], *a parte tinelli domini Regensis* [500] *a parte tinelli domini camerarii* [501], *aula a parte tinelli domini camerarii et Regensis episcopi* [502], *a parte dominorum camerarii et Regensis episcopi* [503]. Quae appellationum varietas primum quidem ex eo explicatur, quod palatium ad occidentem, non platea, sed *carreria*, a meridie ad ecclesiam b. Mariae de Doms ascendente, *confrontabatur*. Praeterea aedes in ea parte palatii iuxta turrim Campanae exstructae, infra tinellum continebant Camerarii, supra illum episcopi Regensis, qui tunc munere *eleemosynarii* fungebatur. Illud manifestum omnino esse videtur; hoc vero ex libris rationum certo elicitur.

In quibuscumque enim fere locis [504] superior illa aedium pars indicatur, mentio tinelli Regensis episcopi occurrit; in quibus vero inferior pars commemoratur, de camerarii tinello est sermo. Sic bis dicitur *crota* infima turris Campanae *contigua tinello domini camerarii* [505]; alio loco habes: *crota subtus aulam antiquam a parte tinelli camerarii* [506]. — E contra ubi de partibus aulae superioribus sermo est, fit mentio episcopi Regensis. Proferam aliquos ex his locis: *deambulatoria superiora a parte episcopi Regensis* [507]; *turrella versus tinellum episcopi Regensis* [508]; *tectum aule nove a parte tinelli Regensis episcopi* [509]; idem dicitur de campanili, quod supra tectum eminet [510]. Denique hac ratione omnes loci, qui ad eam aulam spectant apte explicantur.

Turris, inter eam aulam et capellam magnam sita, paullo post aulam, circa mensem septembrem anni 1339 [511] exstrui coepta

[497] V. paullo ante pp. 614, 620. — De episcopo illo Regensi v. l. c., p. 606, not. 134.
[498] L. c., p. 614.
[499] L. c., pp. 613, 616.
[500] L. c., pp. 614, 615, 616, 619, 621.
[501] L. c., pp. 610, 611, 613, 614.
[502] L. c., p. 613.
[503] L. c., p. 614.
[504] Unus enim in contrarium afferri potest locus l. c., p. 616, ad 17 m. maii.
[505] V. paullo ante pp. 613, 614.
[506] L. c., p. 610.
[507] L. c., p. 614.
[508] L. c., p. 621.
[509] L. c., p. 614.
[510] L. c., p. 616.
[511] L. c., p. 611.

est. Tunc enim satisfit pro fundamentis iaciendis. Mense decembri commemorantur *sindria ad opus crote inferioris* [512], quae mense februario 1340 iam erat instructa *bardatura* [513]. Mense iunio exstruitur secunda *crota* [514]. Tertiâ denique *crotâ* paullo post constitutâ, die 22 m. decembris factus est *computus finalis* [515].

Ea turris olim quandoque, maxime tunc cum exstruebatur, *turris a parte s. Ioannis* [516] sive *turris nova s. Ioannis* [517], deinde vero plerumque *turris versus b. Mariam de Domps* [518] appellabatur. Illud nomen ei obtigerat a capella magna contigua, quam ecclesiam sive capellam s. Ioannis vocatam esse dixi [519]; hoc vero ab ecclesia cathedrali haud longe dissita. Nunc vero nomine turris Campanae venit, fortasse a campanili prope eam sito vel a campana, quae olim in turri eo fere loco constitutâ habebatur [520].

Descripsi iam quatuor latera claustri septemtrionalis sive palatii Benedictini. Addo, singulis aedibus sua cuique apposita fuisse deambulatoria duplicia, inferiora nimirum et superiora. Ex quibus septemtrionalia dicebantur quandoque *deambulatorium beati Ioannis* [521], *plerumque deambulatoria ex parte capellae magnae* [522]; orientalia *deambulatoria ex parte tinelli magni* [523], *a parte tinelli et consistorii* [524] sive *a parte consistorii et viridarii* [525] vel *a parte viridarii* [526]; occidentalia *deambulatoria ex parte tinelli Regensis episcopi* [527]; meridiana nullo particulari nomine distinguebantur, sed *deambulatoria a parte meridiei* [528] dicebantur.

Denique antequam singulae, quas paullo ante recensui, (excepta capella magna) aedificarentur palatii partes, aedes prius in eisdem

512 V. paullo ante p. 613.
513 L. c., p. 614.
514 L. c., p. 616.
515 L. c., p. 618.
516 L. c., pp. 616, 617, 618.
517 L. c., p. 617.
518 L. c., pp. 618, 619.
519 L. c., p. 675.
520 L. c., pp. 606, 616, 620.
521 L. c., p. 638.
522 L. c., pp. 613, 614, 615, 619.
523 L. c., p. 616.
524 L. c., p. 609.
525 L. c., p. 608.
526 L. c., pp. 608, 610, 613, 617.
527 L. c., pp. 614, 619.
528 L. c., p. 617.

paene locis constitutae, maxima ex parte destruebantur; quas aedes partim ad palatium episcopale iam antiquitus pertinuisse, partim a Ioanne XXII eidem fuisse adiectas, opinor. Ex iis recensentur *camera antiqua et claustrum ei contiguum ante primam palatii portam* [529] ad meridiem sita; ad occidentem: aula eique adnexa deambulatoria ac turris tum huic aulae tum capellae novae (magnae) contigua [530]; ad orientem: *hospitia inter coquinam veterem et alia hospitia, quae sunt extra tinellum parvum excepta sacristia* [531]; denique diruuntur *deambulatoria palatii antiqui* [532]. Quare dubium non est, quin palatium episcopale a Ioanne XXII auctum et renovatum eadem prope, qua Benedictinum, fuerit conformatione, licet procul dubio humilius esset atque angustius.

Restat iam, ut de aedibus agam, quae a palatio Benedictino ad meridiem protendebantur. De iis paullo ante dixi [533] acriter inter viros doctos disputari. Cum praeterea in eis cameras, quas a tempore Benedicti XII romani pontifices tenebant, thesaurariam, tabularium, bibliothecam sitas fuisse putem, plurimum nostra interest, ut in eas quam accuratissime inquiramus.

In qua quidem inquisitione ab eo potissimum proficiscendum est *computo finali* anni 1341, quem in exordio huius tractatus [534] utilissimum nobis sumus experti. Intelleximus ex eo, in aedibus a *parte viridarii*, inter turres s. Ioannis (capellae consistorii) et *La Glacière* (latrinarum) iam tunc quatuor fuisse constitutas *acoas*, quae ibidem etiam nunc conspiciuntur. Iam vero sequitur in eodem *computo* [535], duas item fuisse acoas inter capellam (nimirum capellam consistorii in turri s. Ioannis sitam) et cameram domini nostri. Ac revera totidem numerantur etiam nunc acoae a turri s. Ioannis in extrema meridiana parte tinelli magni atque consistorii antiqui. Ad eam igitur partem pertinebat camera do-

529 V. paullo ante pp. 605, 606.

530 L. c., pp. 607, 609, 610, 616, 620.

531 L. c., pp. 606, 612.

532 L. c., pp. 607, 609, 613, 616. — Praeterea diruitur *camera supra consistorium*, l. c., p. 606; diruuntur *latrinae antiquae a parte viridarii*, l. c., p. 608.

533 L. c., p. 594 *s.*

534 L. c., p. 678.

535 L. c., p. 621.

mini nostri. Quare ea in orientali Clementini palatii parte circa turrim ss. Angelorum est quaerenda. — Porro sedulo hic observandum, duo in rationibus expensarum nomine *camerae domini nostri* indicari. In aliis enim locis eo nomine camera venit, *in qua iacebat* pontifex, in aliis *guardarauba*. Haec enim, ut quandoque disertis verbis adnotatur, *vulgariter camera nuncupabatur* [536].

Praeterea die 15 m. aprilis an. 1340 satisfactum est *pro factura cuiusdam portalerie lapidee facte in muro aule palatii, per quam intratur ad cameram domini nostri in capite deambulatorii contigui tinello magno domini nostri* [537]. Eiusdem fere rei alia occurrit mentio in loco, in quo die 3 m. augusti eiusdem anni satis factum esse dicitur *pro una canna cum dimidia de buieto factis in quodam passagio seu portaleria, que est in deambulatoriis a parte viridarii, per quam dominus noster solebat transire de turri magna ad deambulatoria predicta* [538]. Denique paullo ante die 22 m. iulii eiusdem anni *satisfactum est pro bardatura XVII cannarum, VI palmorum cum dimidio cadratorum deambulatoriorum claustri palatii a parte meridiei et introytus camere domini nostri pape* [539]. De deambulatorio in prioribus locis commemorato ambigi nequit, cum idem deambulatorium, quod contiguum erat tinello magno, situm quoque esset ex parte viridarii. Neque minus certum est, non de septemtrionali [540], sed de meridiano eius deambulatorii *capite* agi. Quare denuo inter deambulatoria meridianum atque orientale, in extrema ad meridiem parte tinelli magni cameram domini nostri vestigemus oportet. — Porro parvus tinellus, qui a meridie tinellum magnum contingebat, diserte *a parte camere domini nostri* [541] esse dicitur. Denique ipsis verbis statuitur, *guardaraubam domini nostri in camera bassa iuxta consistorium* fuisse constitutam [542].

Deinde idem elucet ex instrumentis domorum annis 1344 et 1345 ad ampliandum palatium coemptarum, maxime si ea cum

536 V. paullo ante p. 639.
537 L. c., p. 616.
538 L. c., p. 617.
539 L. c., p. 617.
540 In eo erant sacristia et coquina.
541 V. paullo ante p. 618.
542 L. c., p. 607.

rubrica de solutionibus hospitiorum anni 1337 contulerimus [543]. Domus enim Bertrandi Deodati, quae in instrumento emptionis

[543] In TABULARIO VATICANO, *Archivo Avenion.*, *Collectoriae* n. 50, in secunda voluminis parte, cuius folia numeris non sunt distincta, habes litterarum publicarum collectionem, cui titulus: *Note instrumentorum possessionum emptarum pro palatio apostolico ampliando in civitate Avinionensi recepte et grossate per me Iohannem Palaysini notarium infrascriptum.* Excerpam ex eis, quae ad rem nostram faciunt, ita ut verba ipsa notarii referam, licet ea, omissis formulis causidicorum, ex diversis litterarum partibus colligam et componam.

1. « *Anno 1344 die 5 m. maii* Bertrandus et Guido Raynoardi fratres domicelli, filii « et heredes Guidonis Raynoardi condam de Avinione et condomini castri de Vedena Avi- « nionensis diocesis... vendiderunt Gasberto Narbonensi archiepiscopo camerario et Ste- « phano Casinensi ac Guillelmo Foroiuliensi episcopis, thesaurariis dicti domini pape, quoddam « locale sum (!), quod habent in civitate Avinionensi in parochia s. Stephani, et duas domos « in eodem locali positas, in altera quarum domorum tenentur nunc scole sacre theo- « logie (cf. *Intr. et exit. cam. ap. n. 160, f. 130*a) et in alia moratur aygaderius domini « pape; quod quidem totum locale, in quo dicte due domus sunt posite continet centum « quatuor cannas et dimidiam quadratas; et confrontatur totum predictum locale cum dictis « domibus ex una parte cum carreria publica, et ex alia parte cum palatio aposto- « lico, in quo tenetur audientia et sedent ad iura reddendum sacri pa- « latii apostolici auditores, et ex alia cum platea et hospitio Bertrandi de Podiocano, « et ex alia parte cum hospitio Alfanti Serralherii Avinionensis; pro pretio et nomine pretii « 750 flor. auri boni. Promiserunt insuper *vendentes,* quod predictam venditionem ratifi- « cari facerent per Guillelmum Raynoardi domicellum de Avinione, habitatorem de Inte- « raquis Avin. dioc. eorum avunculum et per Berengariam Raynoardam uxorem condam « Guillelmi Gauterii de Senassio dicte dioc. Avin. eorum sororem et Raymundam uxorem « dicti Bertrandi Raynoardi.

2. « *Anno 1344 die 21 m. maii* discretus vir Bertrandus de Podiocano domicellus de « Vedena Avin. dioc. vendidit *paullo ante nominatis* quandam curtem seu plateam suam, « quam habet in parochia s. Stephani; que quidem curtis continet viginti quatuor cannas « quadratas et tres palmos, et confrontatur ex una parte cum hospitio eiusdem Bertrandi « venditoris et a duabus partibus cum hospitio dicti domini nostri pape, quod olim fuit « Bertrandi et Guidonis Raynoardi fratrum et ab alia parte videlicet ab oriente cum hospitio « Alfanti Serralherii, pro pretio 75 flor. auri de Florentia boni et iusti ponderis.

3. « *Anno 1344 die 16 m. iunii* Iohannes Vincentii canabasserius et civis Avinio- « nensis vendidit *paullo ante nominatis* ad opus et in augmentum hospitii elemosine panhote « eiusdem domini pape quoddam suum hospitium, quod habet, ut dixit, Avinione in pa- « rochia beati Petri, confrontatum ab una parte cum cimiterio Iudeorum et ab alia parte « cum hospitio Petri de Thoro et ex alia parte cum hospitio Raymundi Vincentii fratris « ipsius venditoris et ex alia parte cum carreria publica; quam venditionem fecit dictus « Iohannes Vincentii, salvis et retentis monasterio dominarum monacharum s. Verani prope « Avinionem, a quo, ut dixit venditor, dictum hospitium tenetur in emphiteosim, directo « dominio etc. ac quinque solidis Viennensibus censualibus, annis singulis in festo assum- « ptionis beate Marie medii Augusti persolvendis, pro pretio *recepit* quadraginta flor. auri « francos boni et iusti ponderis de Florentia.

4. « *Anno 1344 die 7 m. augusti* Guillelmus Vaquerii, filius condam Pontii Vaquerii, « civis Avinionensis, vendidit *paullo ante nominatis* pro augmentatione palatii apostolici « constructi et construendi quandam plateam sitam Avinione in parochia s. Stephani, con- « tinentem trigintanovem cannas quadratas; in qua platea fuerunt alique domus et quidam « furnus. Que platea confrontatur ex tribus partibus cum carreriis publicis et ex alia parte « cum platea palatii dicti domini pape, in qua fuit hospitium, quod fuerat Per- « rini Bodelli. Quam venditionem fecit salvis directo dominio etc. et censualibus triginta-

anni 1345 confrontari dicitur ex una parte cum hospitio audientiae contradictarum et ex altera cum carreria publica Peyrole-

« quinque solidorum turonensium parvorum in festo b. Michaelis mensis septembris annis « singulis persolvendis Francisco Baralhi campsori et civi Avinionensi, a quo tenetur in « emphiteosim, pro pretio centum et viginti flor. auri francorum de Florentia boni et iusti « ponderis.

5. « *Anno 1344 die 9 m. novembris* Alfantus Serralherii filius et heres Alfanti quon« dam Serralherii vendidit *ante nominatis* pro augmentatione palatii Avinionensis con« structi et construendi duo hospitia sua et solum ipsorum hospitiorum cum platea inter « ipsa hospitia existente, sita in civitate prope dictum palatium apostolicum; quorum quidem « hospitiorum et platee solum continent septuaginta cannas quadratas et tres palmos. Et « confrontatur unum ex dictis hospitiis cum hospitio Raynoardorum ex una parte et cum « hospitio domini Berengarii Raynoardi condam ex alia parte et cum hospitio Raymundi « de Appamiis servientis armorum domini pape ex alia parte; quod quidem hospitium sic « confrontatum tenetur in emphiteosim et sub directo dominio heredum domini Iohannis « Cabassole condam militis Avinionensis et sub annuo censu quadraginta solidorum par« vorum turonensium in festo s. Michaelis annis singulis solvendorum. — Aliud vero ho« spitium confrontatur ex una parte cum hospitio Bertrandi Deodati et ex alia parte cum « hospitio ipsius Alfanti proxime confrontatur, et ex alia parte cum carreria publica; quod « quidem hospitium tenetur a monasterio s. Michaelis de Ferigoleto Avinionensis et sub « eius directo dominio et sub annuo censu duorum solidorum parvorum turonensium cen« sualium in festo s. Michaelis mensis septembris annis singulis solvendorum; — pretio sui « utilis domini quingentorum flor. auri de Florentia boni et iusti ponderis.

6. « *Anno 1344 die 16 m. novembris*, cum quoddam hospitium Gaufridi de Bullone « domicelli filii domini Bertrandi de Bullone militis, domini in parte castri Berbentane Avi« nionensis diocesis, ymineret necessarium pro palatio apostolico in civitate Avinionensi « ampliando et magnificando, et de pretio seu extimatione dicti hospitii domini thesaurarii « dicti domini pape cum dicto Gaufrido convenire nequirent, tandem dicti domini thesau« rarii pro camera dicti domini nostri pape venerabilem virum dominum Raymundum de « Cornaco capellanum et commensalem eiusdem domini nostri pape, et dictus Gaufridus « pro seipso Iacobum Siffredi burgensem de Avinione, filium Petri Siffredi quondam, exti« matores communiter et concorditer, ut dicitur, elegerunt. Dicti vero extimatores extima« verunt pretium dicti hospitii mille ducentos flor. auri de Florentia boni et iusti ponderis. « Predictum hospitium, situm in civitate Avinionensi in parochia s. Stephani, confrontatur « ex una parte cum carreria publica, et ex alia parte cum hospitio Bertrandi de Podio« cano, ex alia parte cum hospitio domini Berengarii Cavalerii et heredum domini Georgii « Cavalerii militis quondam et ex alia cum hospitio dicti domini pape, quod « fuit Alfantis Serralherii et etiam cum hospitio Helioti de Bufenos servientis armorum « domini pape; pro pretio mille ducentorum flor. auri, boni et iusti ponderis de Florentia.

7. « *Anno 1345 die 5 m. februarii* Bertrandus de Podiocano domicellus, condominus « castri de Vedena Avinion. dioc. vendidit pro aucmentando et construendo palatium, ho« spitium, quod habet in civitate Avinionensi in parochia s. Stephani, confrontatum ex una « parte carreria publica et ex alia parte cum quodam alio hospitio sive locali eiusdem « domini pape, quod fuit Gauffridi de Bullone domicelli de Berbentana, et ex alia parte « cum quodam alio hospitio eiusdem domini pape, quod fuit Alfantis Serralherii de Avi« nione; pro pretio mille flor. auri de Florentia. »

Sequuntur duae venditiones pro ampliatione piscarii domini papae prope ecclesiam b. Marie de Miraculis.

8. « *Anno 1345 die 2 m. maii* Bertrandus Deodati civis Avinionensis vendidit « quoddam hospitium, situm in civitate Avinionensi, in parochia s. Petri, quod confrontatur ex « una parte cum hospitio audientie contradictarum dicti domini pape et

riae, eadem domus *in solutione hospitiorum* anni 1337 dicitur *situata prope turrim domini pape* [544]. — Simili ratione ex duabus domibus Alfantis Sarralherii inter se contiguis, in iisdem *solutionibus*, altera dicitur *situata subtus turrem domini nostri papae*, altera *iuxta audientiam* [545]; praeterea in instrumento emptionis anni 1344 altera ex eis dicitur *confrontari* cum domo Bertrandi Deodati [546]. — Denique domus quoque Helioti de Bufenos, iis, quas modo indicavi, domibus adiacens, dicitur *situata prope turrim papalem* [547]. — Sed aliunde certissime constat, tum carreriam Peyroleriae, tum audientiam a Ioanne XXII exstructam, in meridiana Clementini palatii parte, prope turrim ss. Angelorum fuisse sitas.

« ab alia parte cum carreria publica Pairolarie, et ab alia cum hospitio Ber-
« trandi Gauterii et ab alia parte cum hospitio dicti domini pape, quod fuit Al-
« fantis Serralherii mercatoris de Avinione; salvis Georgio Cavalerii militi de Avinione,
« a quo tenetur in emphiteosim, directo dominio et tribus solidis et sex denariis Maglo-
« riensibus censualibus annuis; pretio septingentorum triginta quatuor flor. de Florentia. »
Mensura soli hospitii: triginta sex cannae quadratae.

Plurimae quidem aliae emptiones recensentur in libris expensarum sub *rubrica de possessionibus emptis*, sed ita breves sunt, ut confrontationes non referantur, remissis ad instrumenta legentibus.

9. Praeterea in eodem TABULARIO VATICANO, in *Archivo Avenion.*, *Introitus et exitus cam. apost.* n. 160, f. 116 *s.* habes solutiones hospitiorum an. 1337 (v. paullo ante p. 597) paullo fusius quam in reliquis libris expensarum relatas. Ex iis ad rem nostram faciunt haec:

F. 116 b « Petro Galhini pro pensione hospitii Alfanti Sarralherii civis Avinionensis
« filii Beatricis Sarralherii de Avinione situati subtus turrem domini nostri pape
« fuit satisfactum de pecunia camere pro uno anno et X mensibus terminatis, ut supra,
« quibus fuit in curia et in dicto hospitio, in V flor. auri.

F. 117 a « Bertrando Furnerii alias de Puioliis pro pensione hospitii Bertrandi
« dati civis Avinionensis situati prope turrem domini pape etc.

F. 102 b « Magistro Petro Piscis pro pensione hospitii Alfanti Serralherii civis
« Avinionensis situati iuxta audientiam fuit satisfactum de pecunia camere pro dictis
« duobis annis - X flor., V sol. Viennenses; cf. f. 130 *a*.

F. 111 b « Helioto de Bufenos pro pensione hospitii, quod fuit Pontii Rebolli civis
« Avinionensis situati iuxta turrem papalem, quod emit postmodum dictus He-
« liotus etc. »

10. Porro ibidem *Intr. et exitus cam. apost.* n. 250, f. 194 *a* refertur, die 3 m. ianuarii 1348 se liberasse a quodam canone, quem « Franciscus Baralha civis et mercator « Avinionensis habebat super quodam hospitio, quod fuit Raymundi de Apamiis servientis « armorum domini nostri pape, sito in carreria Payrolarie prope turrim ma- « gnam palatii empto pro palatio ampliando. »

Cum his documentis sedulo conferendae sunt confrontationes palatii quas paullo ante p. 598, not. 81, 85, retuli et imprimis similia emptionum instrumenta anni 1318, quae habes apud DUHAMEL, *Les origines du palais des papes*, pp. 50, 53-62. In iis quoque saepius habetur mentio Alfanti Serralherii et gentis Raynaudorum.

[544] V. paullo ante nn. 8 et 9.

[545] L. c., n. 9.

[546] L. c., n. 5.

[547] L. c., n. 6, 9.

Quare turrim papalem sive magnam, ad quam ex capite deambulatorii orientalis pontifex transibat, certissime eam esse statuo, quae nunc ss. Angelorum nomine venit. In eam enim plenissime conveniunt, quae in locis a me ex libris rationum excerptis de *turri magna* et *domini papae* referuntur. Quin etiam hoc quoque minime dubius affirmo, turrim *papalem* sive *magnam*, quae nunc ss. Angelorum appellatur, eam esse, quae anno 1335 simul cum capella magna s. Ioannis a Benedicto XII exstrui coepta [548], anno 1337 est perfecta [549].

Sequitur, ut eam turrim paullo accuratius circumscribamus. Exstructa esse dicitur *iuxta cameram thesaurariae antiquae* [550] Ioannis XXII, quam paullo post aut dirutam aut certe renovatam ac commutatam esse putem. Anno 1337 picturis exornata *plumbeaque coperta* est contecta [551]. Sitam esse dixi haud procul ab audientia [552] a Ioanne XXII iuxta palatium constituta ac anno 1347 destructa, et prope eos cancellos, qui, cum et turri papali et audientiae antiquae et Peyroleriae adiacerent, et *cancella domini papae* [553] et *cancella ante audientiam* [554] et *cancella domini pape ante audientiam* [555] appellata sunt.

Claudebatur iis cancellis accessus ad palatium a parte Peyroleriae [556]. Contingebant turrim tempore Benedicti *studium* pontificis iuxta viridarium situm [557], *terrassia* vicina iis, quos modo indicavi, cancellis [558]; *prima porta introitus palatii* ac *capella secreta* super eam sita [559], *coquina secreta* anno 1339 igne consumpta et brevi renovata [560]; *pons* quidam [561], quo patebat aditus

[548] V. paullo ante p. 602.
[549] L. c., p. 604.
[550] L. c., p. 603.
[551] L. c., p. 604.
[552] L. c., pp. 604, 614, 622.
[553] L. c., pp. 622, 623.
[554] L. c., p. 609; cf. p. 622.
[555] L. c., p. 609.
[556] L. c., pp. 617, 622, 685 not.
[557] L. c., p. 604. Etiam tempore Petri de Luna anno 1402 unum ex duobus studiis prope cameram pontificis erat. Dicitur enim in *Regest. Avenion. Benedicti XIII* tom. XXIX, f. 350*a* instrumentum quoddam *datum in camera studii iuxta capellam s. Michaelis.* Alterum studium situm erat in parte occidentali palatii Benedictini. Cf. pp. 614 *s*, 663.
[558] L. c., p. 613.
[559] L. c., pp. 615, 626, 641, 648.
[560] L. c., pp. 612, 617, 623.
[561] L. c., pp. 608, 621.

ad cameram pontificis, *tinellus parvus* [562], *descensus gradarii ad concistorium* (utique antiquius Benedicti XII sub tinello magno situm) *et thesaurariam bassam* [563], ipsa thesauraria et guardarauba sive camera [564], murus et deambulatoria viridarii [565] ac gradarium, quo ad ea ascendebatur [566].

Quibus enarratis hoc imprimis agam, ut controversias, quas paullo ante inter viros doctos de palatio Clementino agitari dixi [567], componam. Quod ut accuratius praestem, rem per partes decidam. — Ac primum quidem profecto liquet, partem orientalem palatii, quod novum sive Clementinum appellari dixi, a Benedicto XII esse constitutam. Adiunxit tamen Clemens VI turri ss. Angelorum a Benedicto XII exstructae *guardaraubam novam* [568] sive *turrim guardaraube* [569] et *capellam guardaraube* sive s. Michaelis *in capite* illius turris [570]; praeterea, ut plurimas alias aedes a praedecessore suo constitutas, sic eam turrim pulcherrimis exornavit picturis [571].

Alterum, quod ex locis paullo ante collectis ac prolatis conficitur, est, audientiam unam eamque antiquiorem, *in qua sacri palatii auditores sedebant ad iura reddendum* [572], a Ioanne XXII prope palatium esse exstructam, idque, quantum coniicere fas est, ita ut e regione turris ss. Angelorum in platea palatii novi eadem, qua consistorium Clementinum, ratione ab oriente in occidentem excurreret. Eam enim, quam dixi audientiam parumper a palatio Benedictino fuisse seiunctam in pluribus locis [573] disertis verbis effertur. Deinde persaepe prope turrim ss. Angelorum [574] ac cancellos domini papae sive Peyroleriae [575] sita esse dicitur. De-

562 V. paullo ante pp. 622, 623, 624, et paullo post p. 695.
563 L. c., pp. 608, 632.
564 L. c., pp. 622, 623.
565 L. c., pp. 617, 622.
566 Ea *deambulatoria viridarii* omnino distinguenda sunt a *deambulatoriis a parte viridarii* in *claustro* palatii Benedictini iuxta tinellum magnum et consistorium sitis.
567 V. paullo ante p. 594 *s.*
568 L. c., p. 626 *s.*
569 L. c., p. 633.
570 L. c., pp. 626 *s.*, 633.
571 L. c., p. 626 *s.*
572 L. c., p. 683 not.
573 L. c., pp. 604, 614, 638.
574 L. c., p. 622, 685 not., 687.
575 L. c., pp. 609, 622, 685 not.

nique cum exstructis iam magna ex parte audientiâ novâ et consistorio novo, antiqua audientia aliquamdiu remanserit [576] ac domus Bertrandi Deodati ei ac Peyroleriae interiaceret [577], profecto a consistorio Clementino ad septemtrionem versus propius palatio Benedictino erat sita.

Denique dubitari nequit, quin in eo loco, quem nunc consistorium novum occupat, ineunte pontificatu Clementis VI usque ad annum 1344, complures fuerint domus, quibus annis 1344 et 1345 coemptis atque destructis, Clemens anno 1344 novam audientiam consistoriumque novum coepit exstruere. Qua quidem in re hoc sedulo est observandum, primam constituendae audientiae novae mentionem eo ipso occurrere anno [578], quo domus illae coemptae sunt *ad ampliandum palatium*. Cum ea audientia exstrueretur, alia audientia contradictarum apud conventum fratrum Praedicatorum ad tempus est concinnata. Antiqua vero a Ioanne XXII constituta audientia circa annum demum 1346 [579] est diruta.

Allucinatur igitur, ut eius generis scriptores solent, auctor vitae primae a Baluzio vulgatae, cum consistorium novum in meridiana Clementini palatii parte situm, a *Benedicto multum solemniter aedificatum tanquam tabulam rasam* Clementi picturis exornandum relictum esse scribit [580]. Atque longius etiam a vero aberat Valladier [581], qui turrim ss. Angelorum opinabatur ab Urbano V esse exstructam.

Praecipuis ac maxime controversis palatii partibus hac ratione definitis ac circumscriptis, reliqua breviter enarrabo, quae aut certo aut probabili coniectura erui possunt ex locis paullo ante vulgatis.

Clemens VI, ut paullo ante significavi, duos priores sui regiminis annos (1342–1344) posuit in palatio Benedictino picturis

[576] V. paullo ante pp 629, 631, 636, 638.

[577] L. c., p. 684 not, n. 8.

[578] V. paullo ante pag. 630, 683, not. 543. Mense iunio 1343 *opera palatii domini nostri*, quibus tunc adlaborabatur, dicuntur fuisse: *guardaroba et turris de trolhas*; v. l. c., pag. 626.

[579] L. c., p. 638.

[580] L. c., p. 591 not.

[581] L. c., p. 589, not. 64.

exornando et in parte orientali palatii novi sive Clementini novis molitionibus perficienda ac demum in turri Trulhatii complenda. — Primum igitur adiunxit turri ss. Angelorum *guardaraubam* novam et capellam *guardaraubae* sive s. Michaelis.

Non est dubium, quin tempore Benedicti gardarauba sive camera fuerit inter consistorium ab eo pontifice sub tinello magno constitutum et turrim ss. Angelorum. Inter turrim enim, quae nunc s. Ioannis nuncupatur, et cameram duo dicuntur intercedere arcoae sive pilaria [582]. Meridiana ergo consistorii pars, quae his duobus pilaribus fulciebatur, cameram sive gardaraubam contingebat. Praeterea anno 1338 fit mentio [583] gardaraubae sitae in camera bassa iuxta consistorium, id est sub parvo tinello [584]. — Eo igitur tempore gardarauba a turri ss. Angelorum ad septemtrionem sita erat.

Porro Clemens VI anno 1343 in parte meridiana eiusdem turris novam construxit gardaraubam [585], quae proinde ea turri et consistorio novo paullo post exstructo concludebatur. In summa huius gardaraubae parte capellam gardaraubae sive s. Michaelis constituit [586]. Quod aedificium, cum longe sit altius quam extensius, turris speciem prae se fert, atque exinde quandoque turris Gardaraubae appellatur. Praeterea turri ss. Angelorum ita est adglutinata, ut haud raro in tabulis camerae cum ea confundatur. Quare quandoque nominibus turris Thesaurariae sive turris Plumbi non sola turris ss. Angelorum videtur indicari, sed duo quoque comprehendi aedificia ei ex utraque parte [587] adiuncta. Ex eo deinde fit, ut camera pontificis, licet in turri ss. Angelorum sita fuerit, sub capella s. Michaelis fuisse dicatur [588], utique non directe sed oblique.

Itaque cavendum, ne propter eos locos capella in summa turri ss. Angelorum collocetur. Ipsis enim verbis *in capite turris gar-*

582 V. paullo ante pp. 621, 681.
583 L. c., pp. 606, 607, 623, 625.
584 De eo vide paullo post p. 695.
585 L. c., pp. 626 *s.*, 643.
586 L. c., p. 633.
587 Quaenam altera fuerit turris ad septemtrionem turri ss. Angelorum adiuncta, non ausim definire. Sitne *turris stupharum*, cuius in tabulis Camerae (v. paullo ante pp. 632, 647, 658, 659), mentio habetur?
588 L. c., pp. 662, 663, 664, 667.

daraubae [589] et *prope turrim magnam* (ss. Angelorum), *in qua* pontifex *iacebat* [590], sita esse dicitur.

Ex his hoc quoque elucet, gardaraubam omnino a thesauraria esse distinguendam. Negari quidem nequit, quandoque nomine thesauri universitatem appellari supellectilis totius curiae usibus destinatae [591]. At curiâ in opportunis aedibus collocatâ, ea supellex in duas distributa partes asservabatur. Altera enim pars, quae res minoris pretii, bancalia, lectos, pannos, tapeta et sexcenta alia eius generis comprehendebat in gardarauba; altera, peculium nimirum, vasa pretiosa, ornamenta, libri, scripturae in thesauraria erat reposita. Ipso enim tempore Ioannis XXII anno 1319 uno eodemque loco [592] recensentur claves emptae tam *pro gardarauba, ubi ponuntur utensilia*, quam *pro quodam cofino thesaurarie*. Simili ratione alio loco [593], anno 1354 fit mentio tum thesaurariae tum duarum gardaraubarum, quin etiam turris Gardaraubae et turris Thesaurariae [594].

Porro gardarauba *vulgariter camera nuncupabatur*, ut saepius perspicue effertur in libris rationum [595]. Deinde iam anno 1338 duae occurrunt in iis libris [596] gardaraubae, altera inferior, superior altera. Idem, etiam exstructa nova turri Gardaraubae, anno 1354 ita se habuisse, paullo ante [597] retuli. — Eadem ratione thesaurarias fuisse tres in turri ss. Angelorum, *magnam* et *parvam* sive *secretam* in summa, in ima turri *bassam*, ex tabulis et inventariis camerae multo etiam manifestius apparet [598].

Ceterum Clemens VI illis, quos dixi, annis, praeter guardaraubam novam et capellam s. Michaelis, complures aedes a Benedicto XII constitutas: tinellum magnum, deambulatoria, capellam s. Martialis egregiis picturis decoravit. — Denique in turri

[589] V. paullo ante p. 633.

[590] L. c., pp. 627, 629, 634; praeterea p. 432 *libri inventi in camera subtus immediate capellam s. Michaelis* dicuntur esse repositi *in eadem capella et positi in armario dicte capelle a parte turris, in qua iacebat dominus noster;* porro pp. 626, 627 fit mentio gardaraubae sitae *iuxta cameram maiorem turris*; cf. pp. 703 *s.*

[591] L. c., p. 3.

[592] V. *Intr. et exit. cam. apost.* n. 30, f. 60*a.*

[593] V. paullo ante p. 647.

[594] L. c., p. 702.

[595] L. c., pp. 606, 639.

[596] L. c., p. 606.

[597] L. c., p. 647.

[598] L. c., pp. 654, 659, 660, 664, 665, 667, 668.

Trulhatii conficienda fere usque ad annum 1347 est adlaboratum [599].

Anno demum 1344 exstrui coeptum est a Ioanne de Luperiis *opus novum;* quo nomine designantur in libris rationum plerumque aedes tum quae in occidentali, tum quae in meridiana parte palatii novi erant constitutae; quandoque vero sola pars occidentalis eius palatii. In quo quidem opere novo peragendo toto tempore Clementis est continuatum.

Porro aedificium meridianum tres continet contignationes. Primum enim in libris rationum occurrit mentio audientiae [600], quippe quae in ima parte esset posita. Ipsa tamen declivitas loci spatium reliquit sub orientali parte audientiae constituendis scholis magistri theologiae ac camerae *ingeniorum* sive *arthilheriae* [601]. — Paullo post fit mentio consistorii [602], quae mediam, et capellae magnae novae [603], quae supremam constituebat contignationem. Ea capella, *clare lapideà volte* eius immissa, die 21 m. octobris an. 1351 est ad finem perducta [604]. Quare a vero absunt, non solum qui consistorium Benedicto XII, sed illi etiam, qui capellam illam novam Innocentio VI attribuunt [605].

Ea, quam dixi, capella in tabulis camerae nominibus *capellae magnae, capellae novae, capellae magnae novae* [606] appellatur neque cum ea, cui a s. Petro nomen, est confundenda [607]. Scalis [608], quae etiam nunc exstant a septemtrione, ex *platea prima, inferiori* vel *bassa* [609] palatii novi ascendebatur ad *terrassiam*, quae capellae supereminebat.

Mortuo Clemente (1352 die 6 m. decembris) totum opus novum ita erat perfectum, ut tantum *terrasiae* supra capellam novam ac frontem palatii principem essent consummandae [610] ac turris Gachiae ad suam educenda altitudinem.

599 V. paullo ante pp. 636, 638, 641.

600 L. c., p. 688. At observandum est, audientiam ineunte demum anno 1352 ita fuisse institutam, ut auditores in eam possent convenire; cf. paullo ante p. 643.

601 L. c., pp. 625, 631, 636, 637, 641, 644, 648, 659, 660; 683, not. 543, n. 1; — pp. 639, 650, 653.

602 L. c., p. 633.

603 L. c., pp. 637, 639.

604 L. c., p. 643.

605 L. c., p. 589, not. 64.

606 L. c., pp. 637, 654.

607 L. c., pp. 644, 654, 658. V. quae ad calcem voluminis in hoc loco supplevi.

608 L. c., pp. 637, 646.

609 L. c., p. 658, not. 364.

610 L. c., p. 646.

Innocentius VI igitur imprimis perfecit turrim Gachiae [611], quae in occidentali parte palatii Clementini iuxta consistorium sive audientiam erat. Simul aliam turrim ad orientalem eiusdem consistorii partem a fundamentis erexit [612]. Quare corrigendi sunt, qui utramque turrim totam ab eo pontifice constitutam esse dicunt [613].

Earum turrium illa, primum quandoque turris Audientiae [614] appellabatur, postea vero *turris Gachiae* [615] id est *turris Custodiae* [616]. Porro altera turris a consistorio ad meridiem sive a parte Peyroleriae [617] sita, primum *turris revestiarii capellae magnae* [618], cui adnexa erat, vel *turris Folrariae* [619] nuncupata est, nunc vero turris s. Laurentii dicitur; quod quidem nomen fortasse cohaeret cum *camera s. Laurentii* [620], quae anno 1411 prope eam turrim sita erat. — Ambae turres anno demum 1358 ad terminum sunt perductae [621].

Porro ab eo pontifice complures palatii partes igne absumptae, renovatae sunt. Ex iis imprimis memoranda turris Trulhatii, quae annis 1341-1347 [622] condita, mense iulio anno 1354 ignis incendio ita exesa est [623], ut denuo *fustanda* ac cooperienda fuerit, qua in re usque ad mensem septembris anni 1357 est laboratum [624]. — Paullo post mense ianuario 1359 [625] circa eamdem turrim Trulhatii incendio conflagrarunt *lignerium* et *palafrenaria*, quae brevi sunt restaurata.

Denique constituit Innocentius mense octobri 1357 in palatio *molendinum* [626], quo *panetariae* farina suppeditaretur. Situm fuisse

611 V. paullo ante p. 645.

612 L. c., p. 645.

613 L. c., p. 591 not.

614 L. c., pp. 645, 649, 652.

615 L. c., pp. 652, 657, 661, 668.

616 *Intr. et exit. cam. apost.* n. 286, f. 157*a*: *Pro vadiis unius gache, qui vigilat de nocte pro custodia.*

617 V. paullo ante pp. 649, 652, 662.

618 L. c., pp. 645, 652.

619 L. c., p. 668. De eo nomine vide imprimis MURATORI, *SS. rer. ital.*, III, 2 p., c. 816.

620 V. paullo ante pp. 647, 652.

621 L. c., p. 652.

622 L. c., pp. 624, 638.

623 L. c., p. 647. In ima turri congesta erant *ligna combustibilia pro usu palatii*, v. paullo ante p. 637.

624 L. c, p. 651.

625 L. c., p. 653.

626 L. c., p. 651.

videtur in parte occidentali palatii Clementini, ad septemtrionem, prope *turrellam* et portam, *qua itur versus b. Mariam.* — Eodem anno mense novembri *factum est pretium* [627] pro munienda via, qua ex platea tunc de Campellis nuncupata, inter audientiam et hospitium marescalli iustitiae ad Payrolariam descenderetur. Verum ad hoc tunc quidem rupes ita leviter excisa est, ut via admodum praerupta remaneret. Quare tum paullo post, tum hoc ipso quo vivimus tempore bis est in ea rupe profundius excidenda laboratum, quo magis loci minueretur proclivitas [628]. Eodem demum tempore in media audientia sive capella nova constitutum est *pilare* illud, quod etiam nunc conspicitur [629].

Quae de tempore b. Urbani V ex tabulis camerae apostolicae supersunt, licet sint exilia, tamen sufficiunt, ut rite de iis aestimemus, quae vulgi opinio huic pontifici solet attribuere. Iam antea monui [630], cum de turri ss. Angelorum est sermo, de Urbano ne cogitari quidem posse.

Magna illa pars, Romae nomine appellata, quam Urbanum palatio adiunxisse, auctor vitae primae [631] refert, procul dubio est hospitium illud viridarii, cuius in libris rationum saepius infertur mentio [632]. Prope turrim ss. Angelorum a palatio ad orientem versus in viridaria excurrebat. Habes illud aedificium satis accurate expressum in tabulis II et IV huic volumini appositis. Unde fortasse ostendi potest, qua ratione hospitium hoc viridarii fuerit connexum aut saltem vicinum alteri hospitio, quod Urbanus eodem fere loco pro fratre suo Anglico Grimoardi episcopo Avenionensi et paullo post cardinali Albanensi dicitur constituisse. Inter Avenionenses [633] enim omnino constat, domum cardinalis Anglici, prope turrim s. Laurentii in ea sitam fuisse area, quam nunc *Place de la Mirande* appellant [634], nimirum

627 V. paullo ante p. 651.

628 Cf. Achard, *Dictionnaire historique des rues et des places publiques de la ville d'Avignon.* Avignon, 1857, p. 117.

629 V. paullo ante p. 651.

630 L. c., p. 686.

631 V. quae l. c., p. 655, ex vita 1ª excerpsi.

632 L. c., p. 655 s.

633 V. Achard, l. c., p. 10.

634 V. in tabula IV, n. 47.

haud procul ab hospitio ac *curritorio* in viridario ab Urbano exstructis [635].

Anonymus vitae primae censet, totum illud hospitium viridarii nomine *camerae Romae* esse appellatam, quod ex tabulis Clementis VII egregie confirmatur [636]. Hanc eam esse arbitror, quae in libris Urbani [637] *camera viridarii domini pape* dicitur, ex eo procul dubio, quod in hospitio viridarii esset sita.

Praeterea occurrit mentio putei in platea palatii Clementini in rupe excisi [638]. Quae vero Valladier [639] de hac ipsa platea ab Urbano demum coaequata refert, non ita sunt intelligenda, quasi ante eum aspera omnino ac praerupta iacuerit. Saepius enim maximeque anno 1354, mense maio in ea complananda est laboratum [640].

Ut vero ex locis paullo ante collectis omnem, quam possum, capiam utilitatem, reliquum est, ut breviter dicam de quibusdam palatii partibus, ex quibus aliquae tanti olim fuere momenti, ut in eis quandoque regum regnorumque fortunae ac vicissitudines constituerentur. Praetermitto capellas magnas, antiquam s. Ioannis ac novam magnam, consistorium antiquum et novum, de quorum situ post ea, quae paullo ante ennarravi, ambigi nequit.

Sequitur igitur camera paramenti, quae post capellam magnam et consistorium erat unus ex locis praecipuis palatii [641].

635 Morti proximus Urbanus, in eam fratris sui domum ex palatio asportari se voluit, quo plurimis conspiciendi se morientem offerret opportunitatem atque eo spectaculo rerum humanarum fragilitatem, quam posset efficacissime persuaderet; v. paullo ante p. 660 et BALUZE, *Vitae pap. Avenion.*, I, 412.

636 V. paullo ante p. 665.

637 L. c., p. 655.

638 L. c., p. 656.

639 L. c., p. 589.

640 L. c., p. 646.

641 In Avisamentis anno 1409 pro regimine officiariorum palatii conscriptis in MURATORI, *SS. rer. ital.* III, 2, c. 812 de camera paramenti habes haec: « Item sciendum, quod « inter cameras domini nostri numeratur camera paramenti, in qua tamen dormire non « consuevit, sed in eis audientias dare, prandere vel coenare, prout habet congruentia loci « et temporis et placet suae sanctitati. Et in eadem solent recipi domini cardinales et « aliae personae notabiles venientes ad palatium, ibidem exspectantes, quod praesentiam « domini habere possint. Et in ista camera paramenti vocata solent *[esse]* dumtaxat duo « ostiarii, qui debent esse viri honesti et fidati et alias virtuosi, qui debent dormire in « ipsa camera paramenti pro securiori custodia et promptiori obsequio personae domini « nostri papae. Officium autem istorum duorum solet esse boni et magni emolumenti, ut « postea declarabitur, si opus fuerit; et communiter solent esse laici. »

In ea enim pontifices legatos principum aliosque viros nobilitate conspicuos, cum maiori numero ad curiam adventabant, primum familiariter alloquebatur, vel iidem ipsi exspectabant, quoad in cameram turris ad pontificis conspectum admitterentur. Non enim omnibus nuntiis hoc concedebatur, ut in consistorio proponerent, quae in mandatis habebant. Ita Petrus de Luna anno 1395 nuntiis universitatis Parisiensis eum negavit honorem, *quod non esset assuetum universitatibus studiorum per papam in consistorio publico super hac materia vel similibus audientiam dari;* hoc tantum eis concedens, ut in camera paramenti, quae vellent, proponerent [642].

Iamvero eam cameram putem occupasse partem meridianam palatii Benedictini. Etenim plurimis in locis dicitur fuisse contigua tinellis tum magno tum parvo, atque ita, ut ex ea in utrumque aditus pateret [643]. Praeterea mense martio anni 1342 fit mentio fenestrae factae in camera paramenti *contigua tinello domini nostri versus hospitium domini Regensis* [644], quod hospitium sane ab occidentali parte palatii antiqui erat situm. Porro alio loco recensetur gradarium, quod anno 1358 fuisse dicitur *supra cooperturam camerae paramenti domini nostri papae a parte viridarii* [645], id est in ea parte huius camerae, quae viridarium spectabat. Ex quibus liquet, cameram paramenti a parte occidentali palatii Benedictini ita ad orientalem (id est ad viridarium) productam fuisse, ut magnum una cum parvo contingeret tinellum, quae profecto in solam meridianam eius palatii partem conveniunt.

Ex iisdem locis discimus situm etiam p a r v i t i n e l l i, *in quo pontifex solebat comedere* [646]. Is enim tum camerae paramenti, tum tinello magno [647], quem paullo ante [648] accurate circumscripsi, adiacebat. — Sed observandum est, tinellis ac camerae paramenti interiacuisse spatium quoddam, licet angustum. Saepius enim occurrit mentio [649] cuiusdam gradarii, quo a tinellis ad

[642] DENIFLE-EHRLE, *Archiv*, V, 418.
[643] V. paullo ante pp. 660, 661, not. 387; p. 642 dicitur sita in *edificio pape Benedicti.*
[644] L. c., p. 628, cf. p. 621.
[645] L. c., p. 652. — De *altari camere paramenti* v. p. 653.
[646] L. c., p. 606, 648.
[647] L. c., pp. 648, 649, 650, 660, 661.
[648] L. c., p. 694.
[649] L. c., pp. 644, 646, 654.

cameram paramenti descendebatur. — Denique circa eumdem locum sita erat camera vayxellae sive *gardevesselle*, in qua vasa ad sternendas mensas tinelli asservabantur [650].

Sequitur, ut de audientia seu, ut accuratius loquar, de audientiis dicam. Duas enim opinor in palatio Avenionensi fuisse audientias, alteram *magnam* sub consistorio Clementino sitam, quae quandoque *palatium magnum novum causarum* appellatur; alteram *audientiam contradictarum*, quae in turri Gachiae fuisse videtur.

Tres enim imprimis eo tempore in curia secernendae sunt auditorum classes. Primum auditores causarum palatii apostolici, ex quibus saeculo quinto decimo ineunte [651] tribunal sacrae rotae est constitutum. Deinde auditores causarum camerae apostolicae, qui causas minores in camera occurrentes cognoscebant. Denique auditor litterarum contradictarum, qui ad cancellariam ac litteras pontificis expediendas pertinebat. — Iam vero ambigi nequit, quin palatium magnum causarum, in quo circa *rotam* [652] sive *stadium* auditores iura dicebant, fuerit tribunal auditorum sacri palatii. Causae enim, quarum acta haud exiguo numero etiam nunc in Tabulario Vaticano asservantur, persaepe dicuntur agi *in palatio magno causarum* [653]. Porro ex hoc ipso concludo, alio sane loco constitutam fuisse audientiam contradictarum, quae aliud omnino spectabat ac sub vicecancellarii erat potestate.

Iam vero ad diem 18 m. maii anni 1346 recensetur in tabulis camerae *forum factum de scindenda rocha, quae erat in audientia contradictarum et alia rocha in fundo magni palatii novi causarum* [654]. Ex iis, quae paullo post ad mensem iunium subiiciuntur,

[650] V. paullo ante p. 654.

[651] Negari tamen nequit, ipso saeculo quarto decimo audientiam horum auditorum quandoque rotae nomine esse appellatam; v. OTTENTHAL, *Regulae cancellariae apostolicae*, Innsbruck, 1888, pp. 44, 80 et ERLER, *Liber cancellariae apost.* Leipzig, 1888, p. 219.

[652] Non dubito, quin ex iis, quos paullo ante p. 643 retuli locis, certo definiatur controversia illa tamdiu inter viros doctos agitata, undenam huic tribunali rotae nomen sit inditum. Cf. quae hac de re congessit et fabulatus est ipse HINSCHIUS, *System des katholischen Kirchenrechts*, I, 396. — Eo enim nomine veniebat pluteus ad libros sustinendos aptus (v. paullo ante p. 667), quandoque quatuor instructus *rodetis* (v. paullo ante p. 645) atque ita dispositus, ut faciliter in omnem partem circumagi posset. — Diversas *rotas* nitide descriptas habes in VIOLLET-LE-DUC, *Dictionnaire raisonné du mobilier français de l'époque Carolingienne à la Renaissance*, Paris, 1865-75, I, 185, 186, sub voce *lectrin* sive *lutrin*, observa imprimis *lectrin roë*. — De altari in audientiâ collocato v. paullo ante p. 653.

[653] In ea parte, cui a *Collectoriis* nomen

[654] V. paullo ante p. 636. Cf. p. 643: *pro fusta audientie et contradictarum.*

liquet hanc audientiam magnam sub consistorio sitam fuisse. Porro anno 1370 fit mentio *banchi lapidei edificati ante ianuam audientie ex parte contradictarum* [655]. — In qua vero palatii parte haec audientia contradictarum fuerit, discimus ex locis, in quibus de turri Gachiae agitur. In iis enim satisfactum esse dicitur pro *complendo magnam turrim novi edificii, quae est supra audientiam contradictarum* vel *turrim, in qua est audientia contradictarum* [656]. Quare eam turrim ex hoc potius turrim audientiae appellatam esse censeo, quam ex eo, quod *iuxta* vel *prope* capellam novam ac proinde *iuxta* vel *prope* audientiam quoque magnam esset constituta. Denique ex quibusdam aliis locis [657] discimus, eam audientiam in ima turri fuisse sitam.

Porro iuvat hoc quoque observare, ex maioribus curiae officialibus vicecancellario quidem nullum, quod ecquidem sciam, in tabulis camerae hospitium in palatio assignari. At certe eius curae erat commissa audientia contradictarum et fortasse camera regestri [658] in palatio constituta. — Camerarium vero et eleemosynarium pro eleemosyna secreta vidimus iam ineunte regimine Benedicti XII partem occidentalem palatii Ioannis XXII tenuisse [659]. Paullo post anno 1353 invenimus camerarium occupasse in turri ss. Angelorum cameram quamdam sub ea pontificis sitam [660]. Ex ea anno 1353 in partem occidentalem pa-

[655] V. paullo ante p. 660.

[656] L. c., p. 645.

[657] L. c, pp. 636, 648.

[658] L. c., p. 653, 661. — Opinor id imprimis ad registrum supplicationum referendum; *dominus* enim *Benedictus* (XII) *ordinavit, quod petitiones* (i. e. supplicationes) *huiusmodi signatae per eum integraliter in palatio apostolico regestrarentur per regestratorem ad hec specialiter deputatum*, v. Baluze, *Vitae pap. Avenion.*, I, 232. Praeterea habes in *Intr. et exit. cam. apost.*, n. 250, f. 120*b*: *Die XXIIII mensis octobris* [1347] *soluti sunt Pontio Garrenii fusterio pro quodam armario per ipsum facto in quadam camera, in qua iacet Petrus Germani registrator supplicationum, in quo armario reponuntur et conservantur dicta registra, - III flor.* Denique legimus in Avisamentis anno 1409 pro officialibus curiae conscriptis in Muratori, *Scriptores rerum italic.*, III, 2 p., c. 822. *De registratione supplicationum. — Item in palatio apostolico est consuetum, quod assignetur camera pro registro supplicationum, in quo officio solent esse duo, sed nullus eorum aliquam provisionem recipit in palatio.* Cf. c. 823. — Caeterum moneo, circa tempora Urbani V recenseri inter officiales curiae, quibus certa a camera solvebatur merces, *regestratorem regestri secreti domini nostri pape;* ut in *Intr. et exit. cam. apost.* n. 307 (1364) in capite *de cera et vadiis extraordinariis* ad diem 29 m. octobris. — E contra officium bullae anno 1398 non in palatio, sed in civitate constitutum erat, v. Denifle-Ehrle, *Archiv*, V, 427.

[659] V. paullo ante pp. 606, 678.

[660] L. c., pp. 645, 646, 647, 648, 651, 659.

latii Clementini transmigravit [661]. Ibi ipse quidem cameram in prima con ignatione turris Gachiae [662], eius vero ac thesaurarii *gentes* cameras contiguas tenuisse videntur [663]. In eamdem palatii partem rediit, cum anno 1370 Roma Avenionem est reversus [664].

In eamdem frontem novi palatii iam paullo ante camerarium immigrarat anno 1351 thesaurarius [665].

His uberius enarratis facili negotio nos ab interpretatione eorum locorum expediemus, quos paullo ante [666] e vitis paparum Avenionensium a Baluzio vulgatis excerpsi et collegi.

In vita 3ª Benedictus XII a sua creatione usque ad annum septimum sui regiminis dicitur ampliasse capellam sui palatii et turrim magnam addidisse et quasi perfecisse, *quae ad sui similitudinem magna et quadrata existat.* — Illud procul dubio referendum est ad capellam magnam s. Ioannis, quâ, cum iuxta capellam a Ioanne concinnatam sit constituta, haec amplificata esse dici potuit. Quod vero de turri magna refertur, ad turrim Trulhatii spectat, quae a Benedicto anno 1341 inchoata, anno 1347 demum a Clemente VI est perfecta.

Ea, quae vita 1ª Clementis VI de historia palatii enarrat, satis confusa atque obscura esse, iam antea [667] monui. Dicitur enim Clemens *ampliasse palatium recte de media parte, idque ita, ut palatium factum a Benedicto de duobus angulis faceret quadrangulare.* At omnino constat, ipsum palatium Benedictinum quadratum fuisse; licet fortasse hoc dari possit, audientiam antiquam cum turri ss. Angelorum et gardarauba ac parte meridiana palatii Benedictini duos constituisse angulos. — Deinde tria imprimis laudantur in palatio novo: *capella maior*, ea utique, quae supra consistorium sita erat; *audientia* sub consistorio constituta; denique *terrassiae*, eae procul dubio, quas Innocentius VI demum supra capellam illam maiorem et frontem palatii Clementini ad

661 V. paullo ante p. 645.
662 L. c., pp. 645, 647, 651.
663 L. c., pp. 648, 653, 658.
664 L. c., pp. 657, 658.
665 L. c., p. 642.
666 L. c., p. 590 *s.*
667 L. c., p. 596.

terminum perduxit. — Denique singulari laude extollitur consistorium, quod duplici errore in *alia* palatii parte *a Benedicto XII* exstructum esse dicitur. Neque haec quis ad illud referendum opinetur consistorium, quod a Benedicto iuxta coquinam sub tinello magna est constitutum. Picturae enim, quas auctor accuratius describit, in solum consistorium Clementinum conveniunt.

Vita 2ª Clementis VI ex aedibus ab eo ante palatium Benedictinum extructis recenset imprimis *capellam amplissimam nimiumque decoram;* qua appellatione opinor potius consistorium Clementinum significari, quam capellam magnam novam supra illud sitam, cui eae laudes vix videntur posse tribui. — Deinde sub ea capella constitutas esse dicit audientias, aliam auditorum sacri palatii, aliam litterarum contradictarum [668]; quod pariter aptius in consistorium quam in capellam maiorem congruit.

Vita 3ª, temporis rationem diligentius servans, imprimis capellam sive turrim s. Michaelis commemorat, eamque vere iuxta turrim magnam ss. Angelorum ita locatam esse dicit, ut ad primum eius *girum* pertingeret. At perperam in illa turri magna cameram sive gardaraubam collocatam esse tradit. Haec enim in illa ipsa turri nova constituta erat, quae proinde etiam turris Gardaraubae appellabatur. — Praeterea indicat picturas, quibus Clemens tum consistorium novum, tum *capellas papales a suo antecessore in palatio antiquo exstructas*, nimirum capellam consistorii antiqui sive s. Ioannis Baptistae et capellam tinelli magni sive s. Martialis, in turri s. Ioannis sitas exornavit [669].

Denique vita 4ª Clementis VI palatium novum ab eo incoeptum ac quasi absolutum esse dicit, quod optime cum iis concinit, quae e tabulis Camerae eruimus [670]. In eo laudat imprimis audientiam magnam, qua appellatione fortasse consistorium Clementinum indicat; quippe quod audientiam et magnitudine et ornamentorum magnificentia longe superet. Laudat capellam, utique magnam illam novam; et turres, e quibus solum turres Gardaraubae sive s. Michaelis et Gachiae sive Audientiae ad palatium novum Clementinum pertinent; turris enim s. Laurentii sive Revestiarii ab Innocentio VI demum est exstructa. Ultimo

668 V. paullo ante p. 696.
669 L. c., p. 627 *s.*
670 L. c, p. 691.

loco commemoratur turris quaedam magna, quae postea cremata esse dicitur. Hoc profecto ad turrim Trulhatii referendum est, quae a Clemente anno 1347 ad finem perducta, anno 1354 ignis incendio magna ex parte est consumpta.

§ 3. **De situ bibliothecae Avenionensis.** — Sequitur, ut redeamus eo, unde sumus digressi, et in quo loco palatii Avenionensis, bibliotheca fuerit collocata, inquiramus. Cum vero, ut paullo post ostendam, bibliotheca cum reliquo thesauro in ea ipsa, quam pontifices tenebant, turri esset posita, hac inventa, locus, quem quaerimus, praefinietur.

Avenionensium plerique in ea videntur esse sententia, ut pontifices a Benedicto XII putent turrim Campanae tenuisse. At ex iis ipsis, quae paullo ante protuli locis, omnino constat, Benedictum XII ac Clementem VI in turri magna ss. Angelorum *iacuisse* [671]. Hoc solum igitur restat, ut id et impensius prosequamur et certius comprobemus.

Ac primum quidem observo, ab ipso tempore Ioannis XXII pontifices in palatio Avenionensi cameram tenuisse in aliqua turri sitam. Habemus enim ex libris rationum Camerae, anno 1317 esse satisfactum pro *edificiis turris supra cameram domini nostri* et pro *operibus et edificiis turris thesauri et camere domini nostri* [672]. Ex quibus locis hoc quoque elucet, iam tunc thesaurum in ea ipsa reconditum fuisse turri, in qua pontifex habitabat. Locus enim ita est interpretandus, ut eadem turris dicatur fuisse thesauri et camerae domini nostri. — Vidimus paullo ante, Benedictum primo sui regiminis anno simul cum capella s. Ioannis turrim exstruxisse ss. Angelorum, eamque quoad vixit incoluisse. Transibat enim a *turri magna* ad *deambulatoria* claustri antiquioris; deinde in eadem turri et circa eam erant constitutae camerae eius usui proprio destinatae, studium, coquina secreta, capella secreta, pons, unde ad eius cameram accessus patebat [673]. In eadem turri ss. Angelorum anno 1342 asservabatur thesaurus, idque ita, ut altera pars summam, imam turrim altera obtineret. Hac enim ratione intelligendos censeo locos, in quibus de *thesauro*

[671] V. paullo ante p. 647.
[672] L. c., p. 601.
[673] L. c., p. 686.

superiori et *inferiori* [674] ac de thesauro sito in *turri alta et bassa* [675] mentio occurrit. Atque in eadem turri thesaurum ad annum 1411 usque servatum fuisse, ex iis elucebit, quae iamiam sum enarraturus.

Clementem VI atque eos, qui eum Avenione secuti sunt pontifices, eamdem turrim ss. Angelorum inhabitasse, in libris rationum pluries nominatim edicitur. Sic legimus, anno 1344 satisfactum esse *de operibus factis in capella* [676] *et gardaroba domini nostri pape prope magnam turrim, in qua dominus noster iacet* [677]; *pro una sargia pro lecto domini nostri in garda rauba nova subtus capellam novam* [678]. — De tempore Innocentii VI etiam plures nobis suppetunt loci. Anno 1353 die 26 m. septembris satisfactum esse dicitur *pro perforando murum grosse turris et faciendo unam fenestram in camera, in qua iacebat dominus camerarius subtus cameram domini nostri* [679]. Praeterea anno 1353 idem pontifex libros dicitur collocasse *in armariis de novo factis in camera thesaurarie, que est supra cameram domini nostri pape* [680]. Deinde anno 1354 m. iulio fit mentio *vitis, per quam ascenditur a camera pontificis ad terrassiam capelle magne novi palatii* [681]. Porro anno 1360 m. martio recensentur plura renovata in thesauraria *in magna turri subtus cameram* pontificis [682]. Denique observandi sunt duo alii loci eiusdem temporis [683], in quorum altero turris pontificis opponitur *turri iuxta Nostram Dominam*, in altero *turri de Trullatio*. — Tempore etiam Urbani V memorantur libri collocati *in fondo turris thesaurarie subtus cameram, in qua solebat dominus papa iacere* [684], quae quidem camera dicitur sita sub capella s. Michaelis. Praeterea anno 1364 recensetur thesaurus ecclesiae asservatus *in alto turris, in qua cubat dominus*

674 V. paullo ante p. 262; cf. praeterea in TABULARIO VATIC. *Archiv. Avenion.* n. 289, f. 34*a*, 68*b*, 71*b*.

675 V. paullo ante pp. 267, 268, 270, 271, 272, 665 *s.*

676 Procul dubio intelligitur *capella gardaraube* sive s. Michaelis in summa parte turris Gardaraubae iuxta turrim ss. Angelorum sita.

677 V. paullo ante p. 629; cf. p. 642.

678 *Intr. et exit. cam. apost.* n. 216 (1344), f. 161*a*.

679 V. paullo ante p. 645.

680 L. c., p. 166.

681 L. c., p. 647.

682 L. c., p. 654; cf. paullo post p. 705, not. 717.

683 L. c., pp. 652, 655.

684 L. c., p. 664.

noster [685]. — De tempore vero Gregorii XI praesto nobis est recensio thesauri repositi *in turri magna supra cameram domini nostri pape* [686]. — Praeterea habemus inter inventaria palatii volumen, in quo recensentur res, quae iussu Clementis VII sunt *extracte ex capella s. Michaelis supra cameram domini nostri pape* [687]; atque in alia simili recensione habetur inter alias res *in camera Cervi turris Plumbi* sitas, *unus lectus, in quo dormit dominus noster papa* [688]. — Denique in eadem turri Benedictum XIII quoque habitasse ex eo suadetur, quod plurima ab eo vel coram eo confecta instrumenta *data* esse dicuntur in *camera turris* [689], vel *in camera studii iuxta capellam s. Michaelis* [690], *in capella s. Michaelis* [691] quodque anno 1395 postquam cum ducibus Galliae egerat *in camera paramenti*, ex ea dicitur se recepisse in turrim [692].

Quibus locis abunde comprobatum esse puto, pontifices omnes Avenione commorantes a Benedicto XII turrim tenuisse, quam nunc ss. Angelorum appellant, ab eo pontifice annis 1335 ad 1337 constitutam, in eaque toto eo tempore thesaurum fuisse repositum.

Praeterea ex eisdem locis apparet, eam turrim temporibus aliis aliis designatam esse nominibus. Nam sub Benedicto XII *turris magna;* sub Clemente VI *turris thesauri* [693], *turris magna*, *turris domini pape* ac *papalis* [694]; sub Innocentio VI *turris grossa*, *turris plumbo coperta* [695]; sub Urbano V *turris thesaurarie*, *turris s. Michaelis* [696]; sub Gregorio XI *turris magna* [697]; sub Cle-

[685] In Tabulario Vatic., *Archiv. Avenion.*, *Collectoriae* n. 468, ff. 55*b*, 56*a*.

[686] V. paullo ante p. 270; cf. p. 665.

[687] L. c., p. 272.

[688] L. c., p. 272, not. 38.

[689] Denifle-Ehrle, *Archiv*, V, 436; Martène-Durand, *Amplissima collectio*, VII, 658: *in camera nuncupata de Turri*, p. 669.

[690] V. paullo ante p. 686, not. 558.

[691] In Tabulario Vatic., Armar. 35, n. 4, f. 383*b*.

[692] Denifle-Ehrle, *Archiv*, V, 419; de *ascensu a camera paramenti ad cameram turris* v. paullo ante p. 654.

[693] V. paullo ante p. 628.

[694] L. c., pp. 685, 629, 634.

[695] L. c., pp. 645, 653.

[696] L. c., pp. 659, 664. At fortasse ea appellatio ad solam turrim Gardaraubae coercenda est; cf. p. 689.

[697] L. c., p. 665. Quin etiam *turris thesaurarie*.

mente VII et Benedicto XIII *turris Plumbi* [698]; nonnumquam denique est nuncupata *turris, in qua iacet dominus noster* [699].

Ex quibus nominibus, licet alia sint ita vaga, ut saepe aliis quoque turribus tribuantur, maxime propria sunt illa turris Thesaurariae et turris Plumbi. Utrumque turri ss. Angelorum convenire, vel ex ipsis recensionibus supellectilis palatii annis 1369 et 1411 confectis evidenter demonstratur. In recensione enim anni 1369 pontifex nominatim iacuisse dicitur in camera quadam sita in turri Thesaurariae; nec minus aperte haec ipsa camera, in qua *iacere* solebat pontifex dicitur sita sub capella s. Michaelis [700]. Ex quo exploratum omnino est, turrim Thesaurariae eam aut prope eam esse, in cuius *capite* haec capella erat constituta, turrim dico ss. Angelorum [701]. Porro in recensione anni 1411 eaedem res, quae anno 1369 dicebantur fuisse in *fundo turris Thesaurarie*, dicuntur esse in *camera bassa thesaurarie turris Plumbi* [702].

Iam hoc agam, ut breviter, quantum id ex locis paullo ante a me collectis ac vulgatis fieri potest, adumbrem distributionem turrium Gardaraubae et Thesaurariae sive ss. Angelorum. In summa igitur turri Gardaraubae erat capella Gardaraubae sive s. Michaelis [703]. Iuxta eam capellam unum ex studiis pontificis [704]. In media turri constituta erat gardarauba [705]; sub eo quod memoravi studio sita erat camera, *in qua pontifex se induebat, quando intrabat consistorium* [706]. — Turris vero ss. Angelorum partem supremam occupabat thesauraria superior, quae persaepe supra cameram pontificis in *turri alta* sita esse dicitur [707]. Sub eâ erat camera, in qua *iacebant* pontifices [708], sive camera *Cervi Volantis* [709]. Infra ipsam sequebatur camera, quam prius

698 V. paullo ante pp. 667, 668, 669.
699 L. c., p. 701.
700 L. c., pp. 272, 662, 663, 667; cf. pp. 689, 704.
701 L. c., p. 689, ubi dixi de turribus Thesaurariae ac Gardaraubae.
702 L. c., pp. 664, 668.
703 L. c., p. 633.
704 L. c., p. 686, not. 558.
705 L. c., p. 633.
706 L. c., pp. 438, 664.
707 L. c., pp. 166 n. 34, 666, 668.
708 L. c., pp. 270, 665.
709 L. c., pp. 665, 666, 667.

camerarius [710], post servientes armorum [711] tenuerunt. Denique in ima contignatione sive in *turri bassa* constituta erat thesauraria inferior [712] — Quare capella s. Michaelis contingebat thesaurariam superiorem, hinc haud raro aliquae thesauri partes in ea capella collocatae referuntur [713]. Gardarauba vero iuxta cameram pontificis constituta erat; haec enim diserte sub capella s. Michaelis et iuxta gardaraubam sita esse dicitur [714]. — Moneo tamen haec a me non ita dici, ut nihil putem in singulis fuisse contignationibus, nisi ea, quae recensuerim, sed ita potius ut ea imprimis memoraverim, de quibus certius constat vel quae sunt praecipua [715]. Praeterea non nego, pontifices maxime ab Urbano V aliquoties ad tempus ex camera *Cervi* in alias demigrasse cameras; at hae quoque erant aut in ipsa turri ss. Angelorum sitae, aut ei contiguae ut camera *Romae*.

Caeterum cur pontifices eam potissimum palatii partem sibi incolendam selegerint, ex ipsa loci natura facile apparet. Illa enim turris magis quam reliquae aedes protecta est a gelidis ac vehementissimis flatibus illius aquilonis, quem Provençales *mistral* vocant. Praeterea ex ipsa iucundissimus patet prospectus in viridaria, in partem civitatis, inque amoenos comitatus Vindascini agros usque ad prima Alpium cacumina. — Denique saeculo quinto decimo, curià Romam in avitam sedem translatâ, legati et vicelegati ad regendam civitatem Avenionensem, comitatum Vindascinum, principatum Arausicanum destinati, eam procul dubio in palatio partem incolendam sibi praeoptarunt, quae, cum pontificum fuisset, et commodior et ornatior reliquis erat. At certissimum est, legatos ac vicelegatos a tempore Martini V ad annum 1790, quo a Gallis pulsi sunt, habitasse in turri ss. Angelorum atque in aedibus ei contiguis. Qua ex re probabili quadam coniectura concludi potest, eamdem turrim pontifices quoque tenuisse.

710 V. paullo ante p. 697.

711 L. c., pp. 648, 651.

712 L. c., pp. 664, 665, 668.

713 L. c., pp. 665, 666.

714 L. c., pp. 626, 627, 662, 667, 690.

715 Sic thesaurariae superiori erat contigna camera quaedam parva sive *thesauraria parva* (v. paullo ante pp. 166, 167, 273, 654, 667, 668), sic camerae *Cervi* parva quaedam retrocamera (v. l. c., p. 667); sic *camera latrinarum* pro pontifice in camera subtus capellam s. Michaelis (l. c., p. 654).

Bibliothecam quoque cum tabulario in turri ss. Angelorum esse asservatam, ex ipsa prima, quam nactus sum, mentione bibliothecae Avenionensis facili coniecturâ concludi potest. In tabulis enim *fusteriorum*, qui anno 1319 instituendae camerae pontificis, in turri Thesauri concinnatae, operam dabant, recensetur haud parva lignorum copia coempta et plurima *jornalia* impensa *ad faciendum librariam et studium in camera nova domini nostri* [716]. Ex quibus locis habemus, primum iam a prioribus annis Ioannis XXII in palatio Avenionensi constitutum esse conclave aliquod, libris asservandis destinatum ac *librarie* nomine appellatum; deinde eam *librariam*, studio pontificis contiguam, in ipsa eius *camera*, nimirum in ea ipsa, quam incolebat, palatii parte fuisse sitam. — Quod sane aliter se habere omnino non poterat, cum ea bibliotheca imprimis ad usum pontificis esset destinata, atque hic, ut plerique, qui eum Avenione secuti sunt, pontifices, doctrinae laude et studio litterarum insignis, libros certe a se longius abesse non pateretur.

At idem certius etiam ex eo concluditur, quod in turri ss. Angelorum fuerit repositus thesaurus, in quo ut tabularium sic bibliotheca continebantur [717]. Nec in sola curia pontificum, ut hoc obiter hic moneam, tabularium sive integrum sive pretiosior eius pars in thesauro recondebatur, sed idem in reliquis principum aulis tunc temporis erat in usu [718]. Nec id mirum. Cum enim

[716] *Collectoriae*, n. 448, ff. 18-41 *De expensis factis pro magistris de fusta*; f. 32*b*: « Anno incarnationis domini M°III°XIX, die prima aprilis solvi Bernardo Causanegue et « V aliis pro XVI jornalibus, que fecerunt, ad faciendum librariam et maianos studiorum « domini nostri in camera nova, pro jornali III sol., VI den., summa IIII^or lib., XI sol.; — item « solvi pro XII canis cadratis de taulis, quas emerat pro libraria studii; — pro LXX canis « de agulhis, quas emerat pro baraturis de libraria; » — ff. 33*a*, 33*b* recensentur alia 66 jornalia impensa « ad faciendum librariam et studium camere nove domini nostri. »

[717] Nec obstat, quod aliqua gardaraubae imo et thesauri pars ad tempus (1345-1357) in turri Campanae asservata esse videatur. Profecto mense februario 1345 in ea turri constituta sunt *armaria pro tenendo scarleta et vacella argenti* (v. paullo ante p. 632). Praeterea ex anno 1357 habemus: « Die ultima octobris soluti fuerunt domino Gerardo Zandeti « capellano domini thesaurarii pro expensis factis per eum pro evacuando turrim palatii « prope ecclesiam b. Marie de Domps et portando coffros et alia, que erant in dicta turri, « in fundo turris, in qua iacet dominus noster papa; quia dicta turris erat necessaria pro « vigilia facienda de nocte; ipso manualiter recipiente - CII sol. » (V. *Intr. et exit. cam. apost.* n. 282, f. 186*a* et paullo ante p. 651). In *Collectoriis* n. 475, f. 22*b* Petrus episc. Tolonensis dicitur m. novembri 1355 habuisse plura *de plucialibus existentibus in turri a parte b. Marie.* At quae in ea turri collocata erant potius ad *folrariam* et *cameram vayxellae* (v. l. c., pp. 668, 696) quam ad thesaurum pertinebant.

[718] Ut id uno saltem confirmem testimonio, habes apud PRYNNE, *Antiquae constitutiones regni Angliae sub regibus Iohanne, Henrico et Eduardo I circa iurisdictionem et pote-*

thesauro asservando tutissimus provisus esset locus, res aliae, quae singulari cura videbantur custodiendae, ubi convenientius quam in thesauro reponi potuissent? Ob eamdem profecto rationem thesaurus ipse Avenione in turri, quem pontifices incolebant, asservabatur. Ea enim et ipsa structura et vigilum custodia et continua diligentia locus erat curiae munitissimus.

Praeterea id de tempore quidem Clementis VI et Innocentii VI est certissimum. Plurima enim, quae eorum iussu annis 1349 et 1353 confecta sunt *scale* et *armaria ad tenendum libros*, collocata erant in camera thesaurariae, sita supra cameram pontificis et in alia camera contigua thesaurariae [719]. Iam vero et cameram pontificis et thesaurariam in turri ss. Angelorum sitas fuisse, ex iis, quae paullo ante dixi, compertum plane est. Ab eadem turri parvus quoque tinellus paullum distabat, in quo anno 1356 parva quaedam libraria fuisse dicitur [720]. Denique in ima illius turris parte, in qua potissimum *spolia praelatorum* asservabantur [721], procul dubio anno 1353 maxima illa librorum copia erat reposita, quorum recensionem in priori huius voluminis parte [722] vulgavi.

Porro ex recensione bibliothecae anni 1369, a me paullo ante typis descriptâ, manifesto patet, alteram eorum librorum partem (nn. 1039-2059) - iis fortasse exceptis, quos camerarius in suo tenebat studio [723], - in turri ss. Angelorum aut prope eam illo anno fuisse asservatam. Erant enim dispositi in capella s. Michaelis, in camera sub ea capella posita, in *fondo* eiusdem turris, in camera

statem ecclesiasticam. Londini 1672, p. 1074 litteras Eduardi I die 7 m. novemb. 1306 datas: « Rex thesaurar. et camerariis suis salutem. — Quia certis de causis volumus, quod « omnia privilegia per summos pontifices quoscumque nobis seu progenitoribus nostris, « quondam regibus Angliae concessa et statum nostrum seu regni nostri qualitercunque tan- « gentia apud turrim nostram Londinensem reponantur et custodiantur; vobis mandamus, quod « omnia huiusmodi privilegia in thesauro nostro sub custodia vestra existentia dilecto clerico « nostro Roberto de Cotyngham contrarotulari Garderobae nostrae per indenturam inter vos « et ipsum inde conficiendam visis praesentibus sine dilatione liberetis, usque ad dictam « turrim Londinensem, ibidem ... custodienda. » Cf. WATTENBACH, *Schriftwesen.* [2], p. 539 *s.*

[719] V. paullo ante pp. 166, 641, 646, 650; cf. reliquos locos huc spectantes paullo post p. 711 *s.* Etiam in his locis diligenter animadvertas oportet, easdem thesaurariam magnam et parvam, quae p. 166 dicuntur sitae *supra cameram domini nostri pape*, p. 650 collocari *in turri magna*, in turri inquam ss. Angelorum.

[720] L. c., p. 166.

[721] L. c., pp. 241, 271, 273, 274.

[722] L. c., p. 194 *s.*

[723] L. c., pp. 438, 376. Studium enim illud prope cameram camerarii, in turri Gachiae sitam, constitutum fuisse arbitror.

secreta thesaurariae, quae quidem loca in turri ss. Angelorum sita fuisse, certissimum est. Prope eamdem turrim vel fortasse in ipsa sita erant camera domini Pontii de Cadoros *consiliarii camerae* [724] et camera *subtus studium* pontificis [725]. — Idem dicendum puto de altera librorum parte (nn. 1-1039), quae collocata erat in capella, in qua cardinalis Avenionensis, id est Anglicus Grimoardi frater Urbani V, *celebrare* solebat, prope cameram Bernardi de s. Stephano cubicularii, et in camera huic capellae contigua [726]. Id enim imprimis ex eo deprehenditur, quod reliqua omnia, quae in hac secunda *inventarii* parte recensentur, in turri ss. Angelorum vel prope eam custodiebantur. Deinde non est dubium, quin Urbanus fratrem haud longius a se abesse sit passus. Denique cum haec altera librorum pars, ut paullo post dicam, et pretiosior et litterarum studio longe accommodatior esset, multo impensius quam altera prope cameras pontificis et thesaurum erat custodienda.

In recensione bibliothecae anno 1375 iussu Gregorii XI confecta, nulla omnino loci, in quo libri asservabantur, occurrit mentio. Verum cum is pontifex ab ipso regiminis exordio totus fuerit in rebus Italiae componendis et curia Romam reducenda, existimari facile potest, circa bibliothecam nihil vel paullum ipsum immutasse. Iam vero in rationibus *naterii* [727], qui de storeis per cameras palatii distribuendis providebat, anno 1376 inter alia cubilia in turri ss. Angelorum et prope eam sita ac storeis instructa, recensetur *libraria iuxta consistorium* sita. Sed paullo ante comperimus [728], consistorium supra audientiam auditorum sacri palatii et sub capella nova magna primam contignationem occupasse partis meridianae palatii Clementini. Quae pars cum tum ad orientem tum ad occidentem cum reliquo palatio connexa sit, ex alterutra earum partium libraria vestiganda est. Verum cum ad occidentem consistorium turrim Gachiae contingat, in cuius prima contignatione supra audientiam contradictarum *camera camerarii* constituta erat [729], manifesto apparet, librariam tunc non ad occidentem, sed ad orientem a consistorio prope turres Gardaraubae

724 V. paullo ante p. 423.
725 L. c., p. 433.
726 L. c., pp. 284, 288, 662.
727 Habes eas ad calcem huius voluminis adiunctas.
728 V. paullo ante p. 691.
729 L. c., p. 698.

et ss. Angelorum sitam fuisse [730]. Id etiam ex eo suadetur, quod eo loco in gardarauba et thesauraria iam diu libri asservabantur.

At Clemens VII paullo postquam, ex Italiâ pulsus, Avenionem rediisset, novam videtur in palatio constituisse vel adornasse *librariam.* In libris enim rationum camerae recensentur pecuniae die 10 m. octobris 1382 expensae *pro ponendo portam ferri in camera librarie noviter facte et pro intelando fenestras camere Cervi dicti palatii et reformando unam tabulam in dicta libraria* [731]. Porro indici quorumdam librorum eiusdem bibliothecae paucis post annis confecto, inscriptus est titulus: *Inventarium librorum, qui solebant esse in camera Cervi Volantis, nunc vero sunt in magna libraria turris* [732]. Deinde ut hic *libraria magna* sive *nova*, sic in aliis locis [733] *camera* quoque *Cervi* in quadam turri, eaque turri Plumbi sita fuisse dicitur. Eam vero turrim fuisse turrim ss. Angelorum, certis comprobavi argumentis.

Quare dubitari nequit, quin in eadem turri libraria quoque illa fuerit, nimirum camerae Cervi prope contigua.

Denique libri omnes, quos Catalani, sequuti Petrum de Luna, transmissâ Paniscolam maiori bibliothecae Avenionensis parte, anno 1411 in palatio reliquerunt, in duabus cameris thesaurariae erant collocati; nimirum in *camera secreta* atque in *camera bassa* [734], in turri ss. Angelorum constitutis.

Itaque ex his, quae copiosius, utpote de re nova atque inexplorata, disserui, perspicuum est, libros sive bibliothecam romanorum pontificum in palatio Avenionensi cum reliquo thesauro a tempore Benedicti XII (c. 1338) usque ad annum 1411 in turri, quae nunc ss. Angelorum nuncupatur, fuisse repositam. — Quin etiam, si rem etiam accuratius definire voluerimus, probabilibus innixi indiciis hoc videmur posse statuere, temporibus quidem Clementis VI et Innocentii VI praecipuam bibliothecae partem collocatam fuisse in thesauraria supra cameram pontificis in turri ss. Angelorum; sub Urbano V et Gregorio XI prope gardaraubam aut in ipsa

[730] Iam ab anno 1348 saepius fit mentio cuiusdam *camerae iuxta consistorium* sitae, v. paullo ante pp. 640, 647.

[731] L. c., p. 666.

[732] L. c., p. 667 et v. alterum huius operis volumen.

[733] L. c., p. 667.

[734] Cf. l. c., p. 668 et v. alterum huius operis volumen.

turri s. Michaelis, quae quasi partem quamdam turris ss. Angelorum constituebat; demum tempore Roberti de Gebennis et Petri de Luna in hac ipsa turri, sub thesauraria prope cameram pontificis.

Denique ex superioribus habemus etiam hoc, neque bibliothecam neque tabularium Apostolicae Sedis in palatio Avenionensi unquam, ne ex parte quidem, ignis incendio aliove casu esse destructam aut laesam. Imminebat eis quidem profecto anno 1339 proxima et quasi certa ruina, cum coquina secreta sive oris, turri ss. Angelorum contigua, conflagraret [735]; at sollerti artificum operâ, aditus omnes ex coquina in turrim ac reliquum palatium patentes, muris summa celeritate exstructis claudentium, ignis circumscriptus et brevi est suffocatus [736].

§ 4. **De dispositione bibliothecae Avenionensis.** — Sequitur, ut dicam, qua ratione libri palatii Avenionensis in iis, quae indicavi, locis, fuerint distributi ac dispositi.

Dubium non est, quin Ioannes XXII ut primum bibliothecam, quam cardinalis sibi comparaverat, nonnihil auxit, eam postea antiquâ lege atque usu dudum constituto dispositam servaret. Sunt quidem, qui rationem constituendae ac disponendae bibliothecae, quam Thomas Parentucelli (Nicolaus V) pro Cosma Mediceo conscripsit [737], ita laudent atque extollant, quasi ante illud tempus codices in bibliothecis confusi ac turbate iacuerint. Verum ii longissime a vero absunt. Ex indicibus enim librorum vel antiquissimis [738] manifesto apparet, bibliothecas coenobiorum atque ecclesiarum, in quibus tunc vix non universa litterarum scientia erat conclusa, ita fuisse plerumque dispositas, ut primum Sacram Scripturam exhiberent, deinde scripta Sanctorum Patrum, theologorum, peritorum utriusque iuris, denique philosophos, scriptores historiae; auctores latinos, quos classicos appellant; libros artium, *trivii* nimirum ac *quadrivii*.

[735] V. paullo ante p. 612.

[736] Reliqua incendia, quorum habemus memoriam, turrim Trulhatio ac partes ei attiguas devastarunt; v. l. c., pp. 647, 653.

[737] V. Sforza Giov., *La patria, la famiglia e la giovinezza di papa Nicolò V*, pp. 150 s., 139 s. — A. Franklin, *La Sorbonne, ses origines, sa bibliothèque* [2], p. 55, de indice bibliothecae huius collegii anno 1338 conscripto loquens, adiungit: *Ce travail, le plus ancien peut-être de tous les catalogues méthodiques.*

[738] Cf. Becker G., *Catalogi bibliothecarum antiqui*, pp. 4, 24, 43; rationem quamdam ordinandae bibliothecae anno 1158 conscriptam habes p. 209.

Praeterea in ea re observandum, communi illorum temporum usu, libros in aedibus religiosorum atque in studiorum collegiis in duas plerumque distributos fuisse bibliothecas. In altera enim certa via et ratione omnium disciplinarum libri maxime *communes* et *legibiles* disponebantur ita, ut omnibus semper praesto essent. Quare catenis ad armaria affixis ac tam longis alligari solebant, ut ex suis locis ad pulpitum suprapositum, in quo commode legerentur, transferri, at ex armario eis assignato aut ex bibliotheca auferri non possent. Insigne huius *incatenationis* specimen exhibet etiam nunc bibliotheca Mediceo-Laurentiana Florentiae. — In altera bibliotheca tum libri minus utiles ac curiosi, tum multiplicia eorumdem librorum exemplaria asservabantur, armariis minime affixa; eo plerumque consilio, ut fratribus sive sociis domus aliisque viris doctis in sua cubicula vel domum auferendi commodarentur, vel ut data occasione venderentur, vel pro utilioribus mutarentur [739].

Iam ex iis, quae paullo ante enarravi, apparet, in palatio quoque Avenionensi libros in plures distributos fuisse bibliothecas. Altera enim eaque longe praestantior librorum pars, ut opinor, ab ipso tempore Ioannis XXII [740], haud procul a camera sive studio pontificis, eâ quam usus ferebat ratione, in propriam bibliothecae formam composita asservabatur, ut pontifici imprimis praesto esset. Cui verissime *librariae* nomen tribuebatur. — Pars altera, quae praecipue multiplicia eorumdem librorum exemplaria continebat, non ad modum bibliothecae erat disposita, sed una cum reliquis rebus pretiosis e *spoliis* praelatorum illatis, in *thesauraria* erat reposita. Atque horum librorum alii ex antiquioribus *spoliis* requisiti, in unum collecti ac confusi; alii cum *spoliis* recentioribus thesauro illati, cum eisdem *spoliis* inter se divisi ac separati tenebantur.

Porro haec altera quoque librorum pars, quandoque, utique minus proprie, *librariae*, plerumque verius *thesaurariae* nomine designabatur [741]. — Indicem huius bibliothecae, si ita loqui fas

739 Eius distributionis specimina habes in bibliothecis collegii Sorbonici v. Delisle, *Cabinet des manuscrits de la bibliothèque nationale*, II, 181; in regulis a b. Humberto de Romanis pro bibliothecis ordinis Praedicatorum conscriptis, v. Berthier O. P., *B. Humberti de Romanis opera de vita regulari.* Romae 1889, II, 265; in bibliotheca fratrum Minorum Assisiensi, v. Denifle-Ehrle, *Archiv*, I, 490 *s.*

740 V. paullo ante p. 705.

741 Utramque appellationem habes in rationibus camerae anni 1369, ubi de libris agitur iussu Urbani V e palatio Avenionensi transmissis ad collegium s. Benedicti ab eo pontifice

est, *thesaurariae* adnexae, anno 1353 conscriptum, paullo ante vulgavi [742]. In eo habes libros alios ex diversis *spoliis* inter se confusos, qui aut *de diversis* vel *de aliis bonis* inscribuntur [743], aut *in retrocamera thesaurarie* [744] asservari dicuntur; alios vero eosque longe plures cum suis *spoliis* inter se divisos.

Quae bibliotheca thesaurariae eo praecipue consilio colligebatur atque asservabatur, ut libri suppeterent qui studiorum collegiis, religiosorum conventibus, adolescentibus litteris vacantibus distribuerentur. Quod quanta praestitum sit liberalitate, et paullo ante indicavi et in altera huius operis parte accuratius enarrabo. Quandoque aliqua eorum librorum pars ad inopiam camerae apostolicae sublevandam vendebatur.

Itaque omnino cavendum est, ne loci omnes, in quibus de libris sermo est, ad illam priorem veri nominis *librariam* referantur; multi enim certo ad libros in thesauraria cum *spoliis* reconditos spectant; de aliis dubium manet, quo pertineant; quin etiam aliqui ex his locis ad neutram *librariam* sive bibliothecam referri possunt. Quare iuvabit omnes locos tabularum camerae apostolicae, in quibus de dispositione librorum in palatio et *librariis* sermo est, colligere ac breviter exponere.

Primum nactus sum locum de anno 1349. Dicuntur ibi scissa ligna *pro faciendo scalas thesaurarie ad tenendum libros et pro una scala pro accipiendo libros* [745]. — Anno 1353 sermo est *de*

Montepessulano constitutum. Legimus enim in TABULARIO VATICANO, *Archiv. Avenion. Introitus et exitus cam. apost.* n. 327, f. 104*a*: « Die V m. septembris fuerunt traditi de man-« dato domini thesaurarii cum cedula domino Iohanni Olerii, licentiato in decretis, priori « prioratus de Rometa [ord. s. Bened. dioc. Vabrinc.] pro munitione et reparatione li-« brorum electorum et receptorum de librariis ipsius palatii Avinio-« nensis pro mittendo ipsos ad monasterium s. Benedicti Montispessulani, cathenandis et « assignandis in diversis librariis ipsius monasterii; pro quibus libris reparandis idem prior « habuit supra in mense iulii L florenos computatos, et ipso manualiter recipiente iterum « alios L florenos, de quibus C florenis predictis debet computare; igitur fuerunt nunc tra-« diti in XX flor. de grayleto et XXXVI lib. monete Avinionensis. » — *F. 142*b: « Die « VII m. novemb. eiusdem anni eidem pro certis laboribus in reparatione et ligandis libris, « qui mittuntur de thesauraria ad collegium Montispessulani in librariis ipsius col-« legii affigendis... XII flor. de grayleto. » — Qui enim libri uno loco e librariis palatii selecti, iidem alio loco dicuntur de thesauraria transmissi.

[742] V. huius voluminis pp. 194-246, atque imprimis totius recensionis compendium pag. 250.

[743] L. c., pp. 227, 236, 237.

[744] L. c., p. 241.

[745] L. c., p. 641.

faciendo armaria in camera thesauri et in camera, que est iuxta thesaurariam pro tenendo libros; praeterea *de armariis de novo factis in camera thesaurarie, que est supra cameram domini nostri pape, et in camera parva, que est contigua thesaurarie, ad tenendum libros* [746]. — Anno 1354 satisfit *fusteriis, qui operati sunt in faciendo portas armariorum librarie camere, que est in thesauraria;* deinde fit mentio *de faciendo seu claudendo armaria librarie compotorum* [747] id est voluminum, quibus rationes sive *introitus et exitus camerae apostolicae* continebantur. — Anno 1355 solvitur pretium *pro faciendo V capsas pro tenendo libros thesaurarie et pro faciendo unam estagiam pro tenendo dictos libros;* et paullo post *pro una franchisia in fenestra thesaurarie camere compotorum, pro XII cassis seu archis in thesauraria pro ponendo libros compotorum* [748]. — Ex anno 1356 habemus locum *de duabus serraturis pro armariis librorum parve librarie parvi tinelli* [749]. — Anno 1357 fit mentio *de taulamento pro armariis ad tenendum libros factis in turri magna iuxta thesaurariam parvam* [750], ac praeterea dicitur factum esse *solerium in camera turris, in qua tenentur libri, vestimenta et cophini* [751]. Porro eodem anno et proxime sequenti 1358 dicuntur appositae binae *serralhiae* sive *serraturae* alicui *coffro thesaurarie, in quo custodiuntur libri* [752] et *casse in camera domini thesaurarii, in qua reponuntur libri palatii Avinionensis* [753]; praeterea *pro una caxa ad ferrandum et una serralha in dicta caxa, in qua tenentur libri in thesauraria* [754]. — Denique anno 1360 instructa est serralhâ *caxa, in qua ponuntur libri in thesauraria* et *scripture antique* [755].

Iam vero horum locorum, mea quidem opinione, aliqui probabili coniecturâ, nullus vero certo ad bibliothecam, quae proprie dicitur, referri potest. Cum enim utraque bibliotheca, et illa, in-

746 V. paullo ante p. 166, n. 34.
747 L. c., pp. 646, 647.
748 L. c., p. 648.
749 L. c., p. 166, n. 36.
750 L. c., p. 650. Ea thesauraria parva sita erat iuxta magnam supra cameram pontificis, v. l. c., p. 706, not. 719.
751 L. c., p. 651.
752 L. c., p. 651.
753 L. c., p. 653.
754 L. c., p. 653.
755 L. c., p. 654.

quam, veri nominis et illa thesauri sive *spoliorum*, in thesauraria vel prope eam esset collocata, utraque intelligi potest, cum de armariis librorum dispositis in *thesauraria*, in *camera*, in *camera thesaurarie* sive in camera prope eam vel *de armariis librarie camere, que est in thesauraria*, sermo est. At mihi quidem vero similius videtur, eos locos ad veri nominis bibliothecam esse referendos. Id enim praetermissis aliis rationibus etiam ex eo suadetur, quod saepius mentio librariae, imo et librariae parvae occurrat, quod in illis locis libri non caxis conclusi dicantur, quod libri ad spolia pertinentes cum spoliis in fundo turris sive in inferiori thesauraria essent reconditi.

Ad neutram profecto harum bibliothecarum pertinebant *armaria librarie compotorum*, *camera compotorum* atque omnes loci, in quibus mentio habetur *cassarum* sive *coffrorum*, in quibus, ne adulterarentur, duabus clavibus sive *serraturis* conclusa custodiebantur scripta et libri maioris momenti; ut libri rationum, *obligationum*, litterarum et alii eius generis. Haec enim procul dubio spectabant ad tabularium thesaurarii vel camerarii.

Quod si ita est, ex illis locis hoc etiam habemus, illius bibliothecae libros distributos ac dispositos fuisse per *armaria* sive pluteos, quorum alii aliis ita erant supraposititi, ut ad libros summorum pluteorum *accipiendos* scala opus esset.

Paullo plura de dispositione bibliothecae Avenionensis nos docet r e c e n s i o a n n i 1 3 6 9, quae utramque librorum in palatio asservatorum partem comprehendit. Quare accuratius est examinanda.

Ineunte anno 1369 b. Urbanus V ex Italia cardinalem Philippum de Cabassole (cardinalem Hierosolymitanum [756]), quem anno 1367 Romam proficiscens Avenione vicarium suum ac palatii apostolici custodem [757] reliquerat, ad se evocavit. Litteras camerarii, quibus id Philippo significatur, benignissime mecum communicavit I. H. Albanès v. cl., quare eas hic primum typis describam.

[756] Philippus Cabassole, renuntiatus episcopus Cavallicensis die 17 m. aug. 1334, patriarcha Hierosolymitanus die 18 m. aug. 1361, episcopus Massiliensis die 23 m. sept. 1366, cardinalis tit. primo ss. Marcellini et Petri die 22 m. sept. 1368, deinde episcopus Sabinensis, mortuus Perusiae die 27 m. aug. 1372.

[757] *Intr. et exit. cam. apost.* n. 327, f. 60*b*.

Copia littere domino P[hilippo] *cardinali Ierosolimitano per dominum camerarium domini nostri pape*[758] *et de ipsius mandato transmisse, super eius recessu et custodia palatii et bonorum infra ipsum existentium cum inventario domino thesaurario*[759], *maiori regimine comitatus Venayssini domino abbati Massiliensi*[760], *et custodia ac regimine civitatis Avinionis domino Iacobo Albe committendis.*

Reverendissime pater et domine! — Quia dominus noster papa videt, quod quamdiu estis absens a romana curia, perditis distributiones vestras, que satis ascendunt, et presertim census ecclesie romane, de quibus nunquam, donec hic personaliter fueritis, aliquid percipietis; ideo vult, quod quam citius commode poteritis, huc personaliter veniatis; et quod custodiam palatii apostolici Avinionensis et rerum, que sunt in eo, cum inventario domino episcopo Magalonensi; regimen autem et gubernationem comitatus Venayssini, donec aliud ordinetur, domino abbati Massiliensi; custodiam vero et regimen civitatis Avinionis et districtus eiusdem domino Iacobi Albe committatis. Et quia forsan esset possibile, quod dominus meus Albanensis[761] cardinalis, qui est requisitus pro parte regis Francie, ut si aliquis cardinalis ad eum mitteretur, ipse ille vel saltem unus; expedit quod vos huc veneritis, antequam ipse recedat; qui, si vadat, credo bene, quod arripiet iter suum circa festum ascensionis[762]. — Que omnia scribo P*[aternitati]* V*[estre]* de expresso mandato eiusdem domini nostri, qui presentem litteram vidit et legit, antequam clauderetur.

Placeat vobis, quod antequam recedatis, faciatis revideri omnia, que sunt in palatio, et facere bene, particulariter et distincte fieri de omnibus bonum inventarium; quia bene scit Paternitas Vestra, quod quando ego recessi ab inde, propter celerem motum meum, multa minuta dimisi vobis, que non fuerunt in inventario descripta. Item etiam faciatis ad partem revideri et recognosci anulos[763], quos vobis dimisi; et quod de omnibus copiam michi portari faciatis. — Litteras apostolicas de omnibus, *[que]* michi scripsistis, vobis misi; et etiam rescripsi super factis monetarum, videlicet quod dominus Cluniacensis cardinalis, cui dominus noster hoc commiserat, reputat deliberationem vestram, quam michi misistis, bonam; salvo quod provideatis ne false seu male monete currant seu recipiantur in Avinione et comitatu Vennaysini.

Altissimus Pater P*[aternitatem]* V*[estram]* conservet feliciter et longeve.

Scriptum Rome apud Sanctum Petrum, die XXVII februarii *[1369]*.

758 Arnaldus Alberti, Innocentii VI nepos, episcopus Carcassonensis, deinde archiepiscopus Auxitanus; cf. paullo ante p. 267.

759 Gaucelinus de Deutio, episcopus Nemausensis, deinde Magalonensis; cf. l. c.

760 Stephanus Alberti, Arnaldi frater, nepos Innocentii VI, qui primum abbas s. Illidii Claramontensis dioecesis, successit Guilelmo Grimoardi (Urbano V) in regimine monasterii s. Victoris Massiliensis.

761 Anglicus Grimoardi, Urbani V frater, anno 1362 episcopus Avenionensis, anno 1366 die 18 m. sept. cardinalis primum tit. s. Petri ad Vincula, deinde episcopus Albanensis.

762 Eo anno die 10 m. maii.

763 V. paullo ante p. 267.

Quanta diligentia Philippus mandata Pontificis sit exsecutus, testantur *inventaria* paullo ante [764] a me in Tabulario Vaticano indicata. Verissime enim in libris rationum [765] *satis longa et diffusa* appellantur, quippe quibus conscribendis Ioannes Surrelli notarius multis vacaverit diebus.

Rebus omnibus diligenter descriptis et Gaucelino, episcopo Magalonensi, thesaurario, *assignatis*, is die 4 m. maii 1369 *recognovit* [766] omnia sibi rite fuisse exhibita. Opinor cardinalem Hierosolymitanum iam paullo ante iter in Italiam suscepisse, cum ipso ineunte maio, si posset, in curia adesse sit iussus et in indice librorum archidiaconus Cavallicensis quosdam libros pro cardinali exhibuisse dicatur [767]. Si non prius, certe die 4 m. iunii apud Urbanum V Monteflascone versabatur [768], cum quo anno proxime sequenti Avenionem revertit.

Ex ipso consilio, quo haec recensio universae supellectilis curiae anno 1369 est confecta, apparere arbitror, omnes omnino in ea describi libros in palatio collectos. *Clara enim et distincta* iubebantur officiales curiae conscribere *inventaria* rerum sibi commissarum, *ut de receptis, expensis et traditis valerent distincte et veraciter certificare* [769]; idque camerarius enixe cardinali commendaverat. — Praeterea hoc, quod dico, in ipsa recensionis inscriptione plane indicatur. Dicitur enim *inventarium factum de omnibus libris in palatio existentibus* [770]. Idem denique suadet accuratior indicis consideratio.

Ut enim iam paullo ante [771] monui, duae in eo distingui possunt partes: altera certà quadam via et ratione disposita in formam

[764] V. paullo ante p. 267.

[765] L. c., pp. 428, 437. — Praeterea *Introitus et exitus cam. apost.* n. 322, f. 101*a* (cf. n. 327, f. 96*a*): « Die XXIX iunii *[1369]* soluti fuerunt de mandato domini thesaurarii « cum cedula magistro Iohanni Surrelli notario, qui scripsit inventaria facta de libris, pannis, « artilharia et quibusdam aliis, que assignavit dominus cardinalis Ierosolimitanus in suo « recessu de palatio Avinionensi et copiavit eadem, que satis longa sunt et diffusa, circa « que vacavit multis diebus, pro suo labore, ipso manualiter recipiente - X flor. de cornu. » — Praeterea f. 108*b* (cf. n. 327, f. 103*a*): « Die ultima augusti fuerunt traditi . . . Guillelmo « Alardo scriptori pro inventario thesauri apostolici bis copiato ad VIII gross. taxato. »

[766] V. paullo ante pp. 437, 432.

[767] L. c., pp. 284, 362. — Ceterum die 20 m. martii Avenione nondum discesserat, v. l. c., p. 267.

[768] Baluze, *Vitae pap. Avenion.*, I, 1022.

[769] V. *Avisamenta pro regimine officiariorum in palatio anni 1409* in Muratori, *SS. rerum ital.*, III, 2 p., 811, cf. huius voluminis p. 592, not. 68.

[770] V. paullo ante p. 284.

[771] L. c., p. 710.

bibliothecae usibus virorum doctorum destinatae (nn. 1-1039 vel 1514); altera confusam exhibens collectionem librorum, qui in thesauro cum reliquis rebus pretiosis asservabantur, ut aut venderentur aut distribuerentur. — De hac parte, cum de dispositione bibliothecae est sermo, nihil est, quod dicam. Haec tantum breviter notabo. In *studio camerarii* (nn. 1186-1514 [772]) et *in camera secreta, in qua gentes camerae consilia sua tenebant* (nn. 1880-1918 [773]) haud casu, sed certo consilio primo loco collocatos fuisse eos libros iuris, quibus officiales camerae vix poterant carere. Deinde vel obiter intuenti notas, quas imis paginis subiunxi, facile elucet, maxime a n. 1514 [774] sequi libros e *spoliis* provenientes, quod optime concinit cum iis locis, quibus *in fondo* turris Thesaurariae *spolia* asservata esse dicuntur.

Iam ut ad illam priorem partem veniamus, de ratione, qua in ea fere quadringenta priora volumina (nn. 1-367) disposita fuerint, non est cur copiosius dicam. Habes enim eam paullo ante [775] brevi compendio descriptam. Quare haec quidem particula bibliothecae apte secundum auctores erat distributa ac collecta. At cum ea tantum exemplaria s. Scripturae eiusque interpretes, ss. Patres aliosque antiquiores scriptores comprehendat neque in reliquis voluminibus (nn. 367-1309 sive 1514) ullum fere certae dispositionis vestigium appareat, facile patet, aut laborem disponendae bibliothecae non fuisse ad finem perductum, aut libros anno 1368, cum Urbanus Avenione discessit inter se fuisse ex parte confusos. Atque hoc quidem, opinor, facile fieri potuit, cum Pontifex copiam quamdam selectorum librorum de palatio in Italiam secum deferret, et qui in palatio remanserant libri, quo tutius asservarentur, fortasse aliter essent distribuendi.

Cuius potissimum operâ Urbanus in disponendis ac custodiendis libris usus sit, incerta tantum coniectura assequi possum. Inter testes, coram quibus die 5 m. maii quidam libri *ex camera subtus capella s. Michaelis* in ipsam capellam asportati sunt, recensetur Guilelmus de Manso prior Melt*[ensis]* vel Melet*[ensis]*. Atqui

[772] V. paullo ante p. 376.

[773] L. c., p. 421 et cf. in altero huius operis volumine indicem Avenionensem anni 1411, f. 10*b*.

[774] L. c., p. 399.

[775] L. c., p. 442.

anno 1382 frater Guilelmus de Manso ordinis Praedicatorum, unus ex poenitentiariis. in ordinanda libraria erat occupatus. Quare si quis audacior eos Guilelmos inter se confundendos censeat, concludat oportet, Guilelmum inter testes illius translationis anno 1369 ideo recenseri, quod ad eum iam tunc aliquid de libris pertineret. At cum priori Guilelmo appellatio fratris non tribuatur ac sub Urbano cura quaedam bibliothecae ad Raimundum Daconis [776] eiusque socium spectaret, id ego quidem non ausim statuere, sed his potius tribuam, quae circa bibliothecam eo tempore acta sunt.

Ineunte pontificatu Gregorii XI bibliothecam ipsam, quae nonnihil fuerat perturbata, denuo aptius fuisse dispositam, perspicimus ex recensione Gregoriana anni 1375. In ea quidem non omnes, sed ii tantum comprehenduntur libri, qui in magna libraria erant collocati. — Et recensionem et ipsam librorum dispositionem tribuunt fratri Petro Amelii de Brenaco ordinis Eremitarum s. Augustini, idque mea quidem opinione iure ac merito. Licet enim in codice Vaticano, qui solus nunc eum indicem exhibet, Petri nomen non occurrat, legebatur tamen in inscriptione alterius exemplaris, quod Labbe vidit in bibliotheca Naudeana. De Petro eiusque munere paullo post dicam accuratius [777].

Ex brevi compendio recensionis Gregorianae, quod paullo ante exhibui [778], manifestum fit, librariam magnam eiusque recensionem in tres potissimum divisam fuisse partes. Duabus enim recensio distinguitur inscriptionibus:

II. « Libri, qui sequuntur, fuerunt reperti in magna libraria extra inventarium tabularum » (nn. 1309-1483).

III. « Inventarium librorum, quos habebat dominus noster tempore, quo erat cardinalis » (nn. 1483-1677).

Itaque addenda est in principio indicis haec fere inscriptio:

I. *Libri magnae librariae, qui recensentur in inventario tabularum* (nn. 1-1309).

De tertia parte nulla potest esse dubitatio, quare de ea me breviter expediam. — Apparet ex ea, quod aliunde [779] quoque

[776] Cf. paullo post § 5.

[777] L. c., § 5.

[778] L. c., p. 561 s.

[779] Sic Innocentii VI quoque libri eo mortuo cum reliquis nondum erant confusi: cf. paullo ante p. 139, n. 6.

scimus, libros pontificum proprios, quos secum in palatium intulerant, si non diutius, certe, dum viverent, a reliquis palatii libris seorsum esse asservatos, cum de eis liberius ad arbitrium suum possent disponere. — Deinde opinor, illorum librorum indicem non tunc demum esse conscriptum, sed iam ante per modum inventarii exaratam recensioni Gregorianae fuisse adiunctum. Non enim voluminum singula scripta recensentur, ut in duabus prioribus partibus, sed auctore praecipuo indicato, plerumque verba priora secundi et extrema penultimi folii referuntur.

Prima et secunda pars eo dicuntur distingui, quod illius partis libri continerentur in inventario tabularum, huius extra illud, licet ipsi quoque in magna *libraria* asservati sint.

Quae prioris partis dispositio fuerit, accuratius statui nequit. Cum enim unum, quod nobis praesto est, recensionis Gregorianae exemplar Vaticanum, a librario illiterato et parum diligenti sit exaratum, non solum plurimis mendis est deformatum, sed ita etiam confusum, ut librorum dispositio non clare perspiciatur. — Priora quidem 408 volumina, quae ad ss. Patres et antiquos pertinent scriptores, ita erant ordinata, ut uniuscuiusque auctoris diversa scripta inter se essent composita. Reliqua volumina (nn. 408-1309) secundum diversas disciplinas erant distributa. — Praeterea ut suo quodque volumen affigeretur loco, singula singulis erant distincta numeris; modo tamen non satis aequali et ordinato. Cum enim in 404 prioribus voluminibus plerumque uniuscuiusque scriptoris volumina sua numerorum serie essent notata; aliquoties tamen plurium scriptorum libri una eademque serie comprehenduntur. Quin etiam uno loco numerorum series, a scriptis Rabani Mauri per plures antiquos scriptores continuata, libros quoque Sententiarum, haereticorum, Terrae Sanctae complectitur. In reliquis voluminibus ea, quae ad disciplinas inter se nonnihil affines pertinent, una notata sunt numerorum serie.

Porro hos numeros, quibus ea volumina *signata* fuisse dicuntur, non primis eorum foliis, sed tegumentis opinor fuisse adpictos [780]. In iis enim, qui supersunt, libris, quantum mihi observare licuit, non comparent.

[780] Tegumentorum enim improvida mutatio eas notas delevit.

Iam ut, quae modo enarravi, manifestius appareant, voluminum huius partis et numerationem et dispositionem brevi compendio ita exhibebo, ut ex una parte eam ponam, quam exemplar Vaticanum habet satis turbatam; in altera eam, quantum probabili coniectura assequi possum, ita restituam, ut principio constituta fuisse videtur.

	Numeri a me appositi	Numeratio antiqua codicum
Augustinus	1-102	1-101
Leo	102-105	1-3
Gregorius	105-138	1-33
Thomas de Aquino	138-243	1-104
Remigius	243-257	19-22
Rabanus	258-265	1-7
Dionysius	265-276	8-18
Alanus	276-278	44-75
Hilarius	278-279	46
Ioan. Damascenus	279-285	32-37
Anselmus	285-290	38-43
Rich. de s. Victore	290-296	47-52
Hugo de s. Victore	296-304	53-60
Cassiodorus	304-310	62-68
Cassianus	310-319	69-76
Bernardus	320-338	1-18
Beda	338-350	1-12
Origenes	350-356	1-6
Ioan. Chrysostomus	356-363	1-7
Ambrosius	363-376	1-13
Hieronymus	376-404	1-26
Grammatica, Logica, Philosophia, Ius	404-577	1-213 (1-99, 130-213)
Sententiae, Haeretici, Terra Sancta	577-877	77-375
Bibliae cum expositionibus	877-1162	
Chronicae, de potestate ecclesiastica, sermones	1162-1309	

	Numeratio antiqua codicum	Numeri a me appositi
Bibliae cum expositionibus	1-284	877-1162
Augustinus	1-101	1-102
Leo	1-3	102-105
Gregorius	1-33	105-138
Thomas de Aquino	1-104	138-243
Bernardus	1-18	320-338
Beda	1-12	338-350
Origenes	1-6	350-356
Ioan. Chrysostomus	1-7	356-363
Ambrosius	1-13	363-376
Hieronymus	1-26	376-404
Rabanus	1-7	257-265
Dionysius	8-18	265-276
Remigius	19-22	243-257
Isidorus	22-32	
Ioan. Damascenus	32-37	279-285
Anselmus	38-43	285-290
Alanus	44-45	276-278
Hilarius	46	278-279
Rich. a s. Victore	47-52	290-296
Hugo a s. Victore	53-60	296-304
Cassiodorus	62-68	304-310
Cassianus	69-76	310-319
Sententiae, Haeretici, Terra Sancta	77-375	577-877
Chronicae, de potestate ecclesiastica, sermones	1-148	1162-1309
Grammatica, Logica, Philosophia, Iura	1-213 (1-99, 140-213)	404-577

Ex altera huius compendii parte, vel primo conspectu apparet, ordines, in quos libri erant distribuendi, satis apte fuisse praestitutos. At qui singulos librorum ordines attentius examinaverit, facile perspiciet, priora quidem 404 volumina, quae iam anno 1369

erant ordinate disposita, rite suis esse assignata ordinibus; reliqua vero volumina per diversas distributa disciplinas nonnihil inter se esse permixta.

Sequitur, ut quaeramus, quid in hac recensione nomine tabularum intelligatur. Duo imprimis in antiquis bibliothecis ea voce significabantur. In libris enim rationum [781] tabula dicitur idem, quod *estagia* [782], nimirum asses vel foruli, in quibus aut stabant, ut nunc moris est; aut, quod antiquitus plerumque in usu erat, iacebant libri. — Quandoque vero tabulae intelliguntur indices singulorum ordinum alicuius bibliothecae, quippe qui tabulis aut ligneis aut pergamenis ad armaria appensis essent inscripti. Eius generis tabulas ligneas, indices ordinum exhibentes, habes etiam nunc in bibliotheca Mediceo-Laurentiana Florentiae pluteis affixas.

Atque hac ratione procul dubio hic ea vox interpretanda est. Id ex ipsa inscriptione codicis Naudeani manifestissime elucet. In ea enim recensio Gregoriana appellatur: *inventarium librorum librarie domini nostri pape, distinctum per tabulas iuxta serenitatem et aptitudinem intellectus Rogerii de Bello Forti* (Gregorii XI [783]). Nec minus aperte id ex alio huius recensionis elucet titulo, partis nimirum, quae inscribitur: *Secunda tabula librorum huius armarii, quam scribi fecit* Gregorius XI [784]; quo iubente et moderante libri in diversos distributi et compositi sunt ordines, atque singulorum ordinum indices sive tabulae sunt conscriptae.

Facile patet, hos libros per ordines et tabulas distributos atque in *inventario tabularum* recensitos anno 1375 proprii nominis bibliothecam sedis apostolicae constituisse. Quare ad eam procul dubio referendus est locus ille ex rationibus camerae anni 1376, de *libraria iuxta consistorium* sita [785].

Ceterum inter reliquos libros, qui, cum et ipsi in libraria magna continerentur, in eo tamen, quod dixi, inventario non erant descripti, haud pauci sunt optimae notae. Quod ut exemplo

[781] *Intr. et exit. cam. apost.* n. 356, f. 93*a*; cf. paullo ante p. 666.
[782] L. c., p. 712.
[783] L. c., p. 452.
[784] L. c., p. 479, cf. p. 487.
[785] L. c., p. 707 et ad calcem voluminis in rationibus naterii.

confirmem, sufficit ordinem librorum indicari, quibus ceremoniae curiae romanae explicantur (nn. 1437-1483). Quare potius quam illos certo consilio sepositos, casu eos putem ex bibliotheca, cum disponeretur, abfuisse vel negligentia librarii in inventario tabularum praetermissos vel tardius bibliothecae illatos.

Bibliotheca quoque a Gregorio, antequam pontificatum iniret, collecta, fere ducentorum et viginti voluminum (nn. 1014-1040, 1483-1677), librorum et praestantia et delectu, ut in homine privato, erat insignis. — Atque haec quidem de recensione Gregoriana.

De reliquo tempore hoc unum nactus sum, Robertum de Gebennis (Clementem VII), cum anno 1379 Italià pulsus Avenionem revertit, ut olim Urbanus V, palatium et bibliothecam nonnihil collapsa et perturbata renovasse. Ad diem enim 10 m. octobris anni 1382 in rationibus Camerae [786] adnotatum invenio: *Die eadem fuerunt soluti fratri Guillelmo de Manso ordinis Predicatorum, penitentiario domini pape, qui laborat continue in ordinando libros in libraria domini pape, in palatio apostolico Avenionensi, pro expensis suis faciendis VI flor. currentes; valent V flor. camere, IIII sol.* Ex quo loco denuo confirmatur, quod iam aliunde habemus, fuisse etiam tunc in palatio praegrandem copiam librorum in modum bibliothecae veri nominis dispositorum. — Quae de tempore Petri de Luna (Benedicti XIII) nobis suppetunt, cum indicibus bibliothecae eius paullo post proferam.

Iam si ad rite existimandum de dispositione bibliothecae Avenionensis, qualis nobis recensionibus anni 1369 ac maxime 1375 exhibetur, eam cum aliis aliarum bibliothecarum eiusdem temporis dispositionibus contulerimus, facile apparet, eam haud paucis fuisse inferiorem. Nec id tamen cuiquam vitio vertendum. Aliis enim aliae bibliothecae destinatae erant usibus, quibus sane earum accommodandae erant dispositiones. Procul enim dubio recensiones bibliothecae Collegii Sorbonici circa annum 1338 [787] et Conventus s. Francisci Assisiensis anno 1381 [788] confectae, ut duas tantum commemorem, recensiones bibliothecae Avenionensis

[786] *Intr. et exit. cam. apost.* n. 356, f. 92*b*; cf. paullo ante p. 666.

[787] DELISLE, *Cabinet des manuscrits de la bibliothèque nationale de Paris*, II, 180 *s.*, III, 9-114.

[788] DENIFLE-EHRLE, *Archiv*, I, 490 *s.*

superant, non solum, quod libros exhibent accuratius per auctores et disciplinas distributos, sed eo maxime, quod in eis librorum descriptionibus signa quaedam erant adiuncta, quibus eorum sedes in pluteis ita indicabantur, ut facillime inveniri et in eis possent reponi. Cui rei in recensione Avenionensi anni 1375 solâ voluminum aliquali numeratione imperfecte tantum erat provisum. Verum animadvertendum, id in hac bibliotheca non ita, ut in illis fuisse necessarium. Ad illas enim magna *scolarium* et virorum doctorum conveniebat multitudo, quorum quos quisque desiderabat per se quaerebat ac reponebat libros. Contra Avenionensis bibliotheca ita erat pontificis propria, ut nulli, ut paullo post dicam, pateret, nisi facta prius ab eo potestate nec sine eo, cui eius demandata erat custodia. — Quare, ut aequius de eius dispositione aestimemus, potius cum bibliotheca Caroli V (1364-1380) Galliarum regis [789] comparanda est, quippe quae eiusdem fere esset usus et conditionis. At huius bibliothecae recensiones, quarum complures [790] nobis praesto sunt, cum libros exhibeant inordinate inter se confusos nec certis sedibus affixos [791], Avenionensibus certe sunt inferiores.

§ 5. **De praefectis, qui feruntur, bibliothecae Avenionensis.** — Scriptores omnes, qui post saeculum quintum decimum res a fratribus Eremitis s. Augustini praeclare gestas enarrarunt, hanc eis gloriam vindicant, quod ipsis a saeculo tertio decimo vel quarto decimo tria munera gravissima in curia Romana quasi stabili lege deferri soliti sint; munera intellige sacristae, confessoris ipsius pontificis, praefecti bibliothecae pontificiae. Quam rem, si hic, ut locus ipse omnino postulat, paullo sollertius investigandam suscipio, id certe non eo agam animo, ut inclito ordini eam gloriam praeripiam, sed potius ut eam illi, quantum per veritatem licebit, novis ac certioribus confirmem argumentis.

Imprimis est animadvertendum, quod modo leviter indicavi, nullum, quem viderim, ex antiquis ordinis scriptoribus ante constitutionem anno 1497 ab Alexandro VI editam, de qua paullo post dicam, neque Henricum de Frimaria († c. 1340 [792]), neque

[789] Delisle, l. c., I, 18 *s.*

[790] Delisle, l. c., III, 114.

[791] Delisle, l. c., I, 27.

[792] Henricus de Urimaria, ord. Erem. s. Aug., *Tractatus de origine fratrum Eremitarum*. Venetiis 1514, quem quidem librum ne in bibliotheca quidem Angelica Romae nactus

Iordanum de Quedlinburg († 1380) [793], neque Ambrosium Massari de Cori (Coriolanum † 1485 [794]), neque Iacobum Philippum Foresti Bergomensem († 1520 [795]), ullam eius consuetudinis fecisse mentionem [796].

sum. Ceterum habes eum in codice 41 bibliothecae Viridunensis et in Vaticana in cod. Reginae Sueciae 565, in quo anno 1334 compositus esse dicitur.

[793] Iordanus de Saxonia, ord. Eremitarum s. Aug., *Liber qui dicitur vitae fratrum.* Romae 1587.

[794] Ambrosius Coriolanus, ord. Erem. s. Aug., *Defensorium ordinis fratrum Eremitarum responsivum ad maledicta canonicorum assertorum regularium congregationis Frionariae.* Romae c. annum 1481. Ad calcem: *Chronica sacratissimi ordinis fratrum Erem. s. Augustini.*

[795] Iacobus Philippus Bergomensis, ord. Erem. s. Aug., *Supplementum chronicorum orbis ab initio mundi usque ad an. 1482 ll. XV.* Venetiis (1483).

[796] Unum contra me allegari posset *memoriale*, quod dicunt Petri Assalbiti († 1440), de quo Herrera *(Alphabetum Augustinianum.* Salmanticae 1644, I, 445) haec habet: « Exstat « in Registris ordinis adnotatio ms. Petri episcopi Electensis, sacristae et confessoris et « bibliothecarii pontificii, ad annum 1430, qui indicem ibi contexit omnium suorum prae- « decessorum, qui ex ordine Augustiniano fuerant ad eam praefecturam assumpti. » — Proh dolor eam adnotationem neque Herrera neque Torelli vulgarunt. Quare ut eam obtinerem, adivi Augustinum Ciasca, v. cl., qui re diligenter vestigata mihi benignissime significavit, volumen illud in Registris ordinis iam ineunte hoc saeculo defuisse. Itaque solae nobis restant reliquiae, quas Herrera et Torelli suis inseruerunt operibus. Iuvabit eas hoc loco componere:

« Cui, *opinor Raimundo,* successit in dictis officiis frater Petrus de Brenaco eiusdem « ordinis et provinciae, conventus Limosi, Narbonensis diocesis. » Herrera, l. c., II, 261.

« Fuit, *nimirum Petrus ille de Brenaco,* socius dicti domini Raymundi toto tem- « pore Urbani V cum quodam alio fratre Petro de Appamiis, quem praefecit praefatus « dominus Urbanus in episcopum Montis Flasconis primum, quando erexit illud Castrum in « Civitatem veniendo Romam. » Haec Torelli, *Secoli Agostiniani,* VI, 121; ad an. 1370, n. 11.

« Huic successit frater Petrus Assalbiti, conventus Limosi et ordinis praedictorum, « eiusdem fratris Petri de Brenaco nepos, qui habuit praedicta officia tempore Bonifatii IX, « Innocentii VII, Gregorii XII, Alexandri V, Ioannis XXIII, Martini V et Eugenii IV, et « fuit promotus ad ecclesiam Olorensem et deinde ad ecclesiam Condomiensem et demum « ad Electensem. Is sede vacante per tres annos cum medio, dum sacrum celebraretur con- « cilium Constantiense, usus est ibidem suo officio sacristae, quod est officium perpetuum; « videlicet conferendo sermones omnes, qui fiebant in praedicto concilio, et missas distri- « buendo praelatis. Nam omni die dominico in loco sessionis erat missa solemnis et sermo « ad clerum. » Herrera, l. c., II, 265.

Denique Herrera auctorem illius adnotationis sic de Martino V loquentem inducit: « Vidit etiam fratrem Petrum Assalbiti succedere in praedictis officiis usque ad ipsius « summi apostolatus assumptionem inclusive. Et ideo informatus de visu et certa scientia, « quod praedicta officia spectant ad ordinem b. Augustini et sunt eis perpetua, dicit prae- « dictum Petrum Electensem sacristam sedis apostolicae et eius confessorem in bulla trans- « lationis praedictae Sanctae, ad cuius supplicationem corpus b. Monicae fuit concessum « ordini et translatum Hostiâ ad conventum s. Augustini de Urbe. » Herrera, l. c.

Dolendum sane, volumen illud, imo nec apographum integrum adnotationis ei adpictae ad nos pervenisse. Aestimando enim rem secundum ea, quae nunc nobis praesto sunt, haud paucae nec leves rationes mihi obstare videntur, quominus eam Petro Assalbiti tribuamus. Auctor enim Petrum suo nomine appellat ac sic de eo loquitur, ut id de alio dicere videatur. Praeterea tacet omnino Petrum Gaufridi, de quo paullo post dicam. Porro

Deinde, ut totius quaestionis, quam agimus, historiam atque explicationem exhibeam, brevi compendio complectar successiones praefectorum sacrarii et bibliothecae pontificum, quas ii, quos dixi, scriptores tradiderunt. In quibus recensendis temporis, quo singuli scripserunt, observabo ordinem [797].

Seripandus 1551	**Roman 1569**	**Pamphilus 1581**	**Rocca 1605**	**Empoli 1628**	**Herrera 1644**	**Torelli 1668**
		August. Novellus, sacr. conf. 1298	**August. Novelli,** conf. – 1298 eligitur prior generalis † 1309.	**August. Novelli,** conf. c. 1290-1298		
		Iacobus Camers, sacr. conf. 1298-1319	**Iacobus Camers,** sacr. conf. 1298-1319	**Iacobus de Camerino,** sacr. conf. 1298-1319		
Ioannes Lemonicensis, (!) sacr. conf. bibl. 1319-1346	**Ioannes Lemonicense** (!), sacr. conf. bibl. 1319-1346	**Ioannes Lemovix,** sacr. conf. bibl. 1319-1346	**Ioannes Lemovicensis,** sacr. conf. bibl. 1319-1346	**Ioannes Lemovicensis,** sacr. conf. bibl. 1319-1346	**Ioannes Lemovicensis,** sacr. conf. bibl. 1316-1346	**Giovanni di Limoges,** sacr. conf. bibl. 1316-1346

in libro ceremoniarum curiae (Mabillon-Germain, *Museum italicum*, II, 506, ubi legendum *Petrus episcopus Olorensis)*, in quo certo Petrus ipse recenset pontifices, sub quibus sacristae munere functus est, praetermisit Alexandrum V. Denique non solum munus *sacristae*, sed *praedicta officia* (procul dubio tria illa, quae paullo ante recensui) idque omnino certus ordini tribuit, quod utique non annum 1430, sed saeculum potius sextum decimum sapit. Quare mihi quidem auctoritas illius adnotationis dubia manet.

[797] (Hieronymus Seripandus), *Commentarium rerum ordinis fratrum Erem. s. Augustini* ad calcem Constitutionum eiusdem ordinis vulgatarum *Romae apud Antonium Bladum 1551.*

Roman Hieronymo, *Chronica de la orden de los ermitanos de s. Augustin dividida en doze centurias.* Salamanca 1569, ff. 63 *a*, 68 *b*, 70 *b*, 75 *b*, 84 *a*, 89 *a s*.

Pamphilus Ioseph, *Chronica ordinis fratrum eremitarum s. Augustini.* Romae 1581, ff. 34 *b*, 44 *b*, 55 *a*, 59 *a*, 62 *a*, 66 *b s*.

Rocca Angelus, *Chronhistoria de apostolico sacrario, nomenclaturam, institutionem et instructionem, munia item et seriem sacristarum in Augustiniana familia tercentum et amplius abhinc annis conservatam et nunquam interruptam comprehendens.* Romae 1605, et inter *Opera omnia* eiusdem Romae 1719, tom. I, pp. 318-364.

Empoli Laurentius, *Bullarium ord. eremitarum s. Augustini.* Romae 1628, pp. 405, 406: *Sacrarii pontificii praefecti.*

Herrera Thomas, *Alphabetum Augustinianum, in quo praeclara eremitici ordinis germina virorumque et foeminarum domicilia recensentur.* Matriti 1644.

Torelli Luigi, *Secoli Agostiniani overo historia generale del sagro ordine Eremitano.* Bologna, tom. V, 1678; tom. VI, 1680; tom. VII, 1682; tom. VIII, 1686, ad an. 1576.

Utar his scribendi compendiis: sacr*[ista]*, conf*[essor]*, bibl*[iothecarius]*, quae utique iis non adiungam, qui Ioannem Lemovicensem secuti sunt, quippe quibus haec munera dicantur fuisse communia.

Seripandus 1551	Roman 1569	Pamphilus 1581	Rocca 1605	Empoli 1628	Herrera 1644	Torelli 1668
Raimundus de Acono Appamensis, episcop. Foroiulien., Appameensis 1346-1366 Habuit socios Petrum de Appameis episcop. Montisfalisci et Petrum Amelii.	**Raym. de Acono,** conv. de Apamia, obispo Foroliviense, Apamiense 1346-1366 Compañero: Pedro de Apamia, obispo de Montefalispo.	**Raim. Apamiensis,** episc. Foroliviensis, Apamiensis 1346-1366	**Raim. de Acono,** episc. etc. 1346-1366	**Raim. Apamiensis,** episcopus Foroiulien. Apamiensis 1346-1366	**Raim. de Acono,** conv. Appamiarum, episc. Foroiulien. et Appamiarum 1346-c. 1370 Habuit socium 1362-1370 Petrum de Appamiis 1370, episc. Mon.isflasconis.	**Raym. de Acono,** conv. di Appamia, vescovo di Friù, 1371 di Appamia 1346-c. 1369 **Pietro di Appamia,** vescovo di Montefiascone c. 1369
Petrus Amelii de Brenaco conv. Limosiensis, episc. Senogall., archiepiscopus Tarentinus, patr. Gradensis, Alexandrinus 1366-1395	**Pedro Amelio de Bren.,** prov. Tolos., obispo Senogall., arçob. de Thარento, patr. Gradense, Alexan., admin. Aquense 1366-1395	**Petrus Ammalius** Lemovix, episcopus etc. 1366-1378 **Petrus Apaniensis,** episcopus Montis Falerii 1378-1395	**Pctrus Amelius,** Lemovic. episcopus etc. 1366-1378 **Petrus Apamien.,** episc. Montis Falerii 1378-1395	**Petrus Ammulius** Lemovicen., episcopus Senogal., arch. Gradens., Abrundinus (!) 1366-1673 **Petrus Apamiensis,** episcopus Falerii 1373-1393	**Petrus Amelii de Brenaco,** conv. Limousi, episc. Senogall. Tarentinus, 1388 vel 1389 patr. Gradensis, Alexandrinus 1370-1403	**Pietro Amello** o di Amelio, 1376 vescovo di Sinigaglia, Taranto, 1383 patriarca di Grado, Alessandria 1371-1404
Petrus Assalbiti, nepos praecedentis, episcopus Olorensis, Condom. Elect. 1395-1440	**Pedro de Asalvicio,** conv. de Lemosio, sobrino del Pedro, obispo Olorense, Condovense, Eletense 1395-1440	**Petrus Assalbitus** Lemovix, episc. Olorensis Condaten., Electensis 1395-1440	**Petrus Assalbitus,** episcopus Olorensis, Condom. Elect. 1395-1440	**Petrus Assalbitus** Lemovicensis, episcopus Olor. Condovensis (!), Elect. 1393-1440	**Petrus Assalbitus,** conv. Limosi, nepos praeced., episcopus etc. 1403-1439 vel 40	**Pietro Assalbiti,** nipote del preced., 1407 vescovo di Oloron, 1420 di Condome, 1421 Elettense 1404-1440
Rodulphus episc. Civitatis Castelli 1440-1463	**Rudolpho,** sobrino del Pedro, obispo de la Ciudad del Castillo 1440-1463	**Rodulphus Castellanus,** episc. Castellanus 1440-1463	**Rodulpbus Castellanus,** episc. Castellanus 1440-1460	**Rodulphus Castellanus** 1440-1463	**Rodulphus de Castello,** 1341 episc. Tiphernas 1439 vel 40-1460	**Rodolfo da Città di Castello,** 1441 vesc. di Castello 1440-1460
Ioan. de Civitate Castelli, nepos Rodulphi, episc. Civ. Castelli, Massensis 1463-c. 1480	**Ioan. de la Ciudad del Castillo,** sobrino del Rudolpho, obispo de Castillo, Masense 1463-1494	**Ioannes Senensis,** episc. Castellanus, Massensis 1463-1494	**Ioannes Castellanus,** episc. Castell., Massensis 1460-1483	**Ioannes Castellanus,** nepos praecedentis, episc. Castellan. Massensis 1463-1484	**Ioannes de Castello,** nepos praeced., episc. Castellanus, c. 1474 Massanus 1460-1483	**Giovanni da Castello,** nipote, vescovo di Castello e di Massa 1460-1483
Ioannes Paulus de **Bosis,** clericus saecularis, abbas s. Stephani c. 1480-1494	**Paulo de Vosis,** clerigo secular, abbad de s. Sebastian 1494		**Ioannes Paulus Bossius,** ord. erem. s. Augustini, abbas s. Stephani 1483-1501	**Augustinus Castellanus,** sacr. conf. 1484-1494	**Ioannes Paulus Bossius,** ord. erem. s. Augustini, abbas s. Stephani ord. Cisterc. 1483-1501	**Giovanni Paolo Bosio,** ord. erem. s. Aug., abb. di s. Stefano 1483-1501

Seripandus 1551	Roman 1569	Pamphilus 1581	Rocca 1605	Empoli 1628	Herrera 1644	Torelli 1678
Augustinus de Civitate Castelli, sacr. conf. 1464-1498	**Augustin de la ciudad del Castillo** 1494-1498	**Augustinus de Civ. Castelli,** sacr. conf. 1494-1498		**Ioannes Bosius,** ord. Erem. s. Aug., abbas s. Sebastiani 1494-1498		
Bulla Alexandri VI 1498.	—	—	—	1497	1497	1497
Episcopus Massensis, non ex ord. Erem. 1498	**Zacharias de Sabona** 1498-1504	**Zacharias Savonensis** 1498-1504		**Zacharias Savonensis** 1498-1504	**Augustinus de Civitate Castelli,** sacr. et conf. 1501-1503	**Agostino da Castello,** sacr. conf. 1501-1503
Zacharias Savonensis 1498-1504			**Augustinus de Castello** 1501-1504		**Ventura,** episc. Massensis 1504	**Ventura Benassai,** vesc. di Massa 1503-1504
			Zacharias Savonensis 1504		**Zacharias de Savona,** per duos menses 1504	**Zaccaria da Savona,** per due mesi 1504

Ex iis, quae paullo post dicam, facile patebit, praefectorum sacrarii pontificii successiones a Seripando et Roman quidem satis apte et sobrie concinnatas, a Pamphilo ac iis, qui eum proxime secuti sunt, auctoribus haud parum esse confusas ac perturbatas; errores vero praecipuos ab ipsis ingestos, ex parte ab Herrera et Torelli esse correctos. At etiam hi ipsi, qui rem accuratius tractarunt, vitio suorum temporum potius quam suo, hoc non leviter peccarunt, quod documenta, e quibus, quae referunt, elicuerunt, aut omnino tacerent aut parum certa producerent. Quare hoc nobis maxime est agendum, ut conquisitis et excussis, qui nobis pro ea re suppetunt, fontibus, illas successionum series ad certa exigamus documenta.

In qua inquisitione ne hoc quidem sine certis concedam probationibus, quod ii, quos recensui, auctores quasi principii loco assumendum putant, nimirum ab ineunte saeculo quarto decimo usque ad tempus Platinae (1475 [798]) tria illa munera praefecti bibliothecae et sacrarii pontificii ac confessoris ita fuisse colligata, ut semper ab uno eodemque obirentur. Id enim, etsi iden-

[798] Müntz-Fabre, *La bibliothèque du Vatican au XVe siècle.* Paris 1887, p. 137

tidem contigisse appareat; toto illo tempore, stabili quasi lege ita non fuisse constitutum, indubiis comprobatur argumentis. Quare quod de singulis ex illis praefectis vel confessoribus ex certis elicuerimus documentis, hoc statuemus; absolutâ demum inquisitione indagaturi, quid in universum de ea re possit concludi.

Verissime Herrera [799] et Torelli [800] Augustinum Novelli et Iacobum de Camerino, a quibus primus Pamphilus [801] seriem *sacristarum* est orsus, ex ea eximendos esse censent, quippe qui non *confessores pontificis*, sed e numero *poenitentiariorum curiae* fuerint. Quod quidem de Augustino Novelli ex ipsis verbis Ioannis de Quedlinburg [802], ad quem Rocca [803] pro opinione Pamphili confirmanda provocat, est manifestissimum. — Iacobum vero de Camerino an. 1298 Augustino ordini praefecto subrogatum esse opinatur Pamphilus [804], quod tunc procurator ordinis in curia commoraretur [805].

Denique moneo anno 1313 die 5 m. maii, eo ipso tempore, quo Pamphilus aliique hunc Iacobum Clementi a confessionibus fuisse volunt, certo episcopus quidam Colosensis eo fungebatur munere. Cardinalis enim Iacobus Caietani de Stephaneschis [806] festa describens, quibus eo die Petrus de Morrone (Caelestinus V) inter Sanctos est adscriptus, post alios, qui laudes huius Sancti enarrassent, surrexisse, dicit, episcopum Colosensem [807], *qui*, inquit, *est confessor pape*. At nihil de eo hucusque, ne in registris quidem Clementis, nactus sum.

799 L. c., I, 445.

800 L. c., V, 351; ad an. 1316, n. 22.

801 L. c., p. 34*b*.

802 L. c., p. 84: *Nec inter humilitatis exempla de eodem viro sancto praetermittendum est, quod cum dominus Nicolaus papa IV petivisset a priore generali, scilicet fratre Clemente supra memorato, unum fratrem sufficientem et idoneum pro confessore seu poenitentiario in curia praesentari* et generalis Augustinum selegisset, is honorem fugere conatus est. Paullo post dicitur mansisse *in curia poenitentiarius* domini papae ferme annis XXII (l. XII) et p. 69 fuisse *ante generalatus officium* (1298) *poenitentiarius domini papae famosus et in utroque iure conventatus*, id est magister renuntiatus. — Simili modo Henricus de Frimaria: *Idem etiam pater Augustinus*, inquit, *fuerat penitentiarius famosissimus domini pape ante generalatus officium;* v. cod. Regin., 565, f. 34*a*.

803 L. c., p. 60.

804 L. c., p. 34*b*.

805 Tempore Bonifatii VIII anno 1301 frater Matthaeus ord. s. Aug., poenitentiarius curiae renuntiatur episcopus Faventinus; v. Regest. Vatic. *Bonifatii VIII* (n. 50), an. 7 i, f. 101*a*, epist. 364. — Praeterea recensetur Henricus ord. s. Aug. m. maio an. 1317 inter poenitentiarios curiae; v. *Intr. et exit. cam. apost.* n. 16, f. 68*a*.

806 De eius scripto, nondum vulgato, ex quo hunc locum excerpsi, dicam in Denifle-Ehrle, *Archiv*, V.

807 Utique episcopus Colossarum, quae urbs est Phrygiae.

Studiosius etiam agendum in reliquis, qui feruntur, sacristis examinandis. A Ioanne enim Lemovicensi eorum successionem Angelus quidem Rocca [808] luce censet clariorem; quin etiam Herrera [809] et Torelli [810] eam exinde ita exploratam habent, ut certi et rati statuant, usque ad annum 1475 nullum, qui non ex eorum esset ordine, ad tria illa destinatum esse munera. Qua in re, si viri alioquin diligentes, lapsi sunt, id nemo eis vitio vertet, qui consideraverit, clauso tunc Tabulario Vaticano, viam indagandae veritatis eis fuisse obseratam.

Perlustravi igitur in eo, quod modo laudavi, Tabulario imprimis in tabulis Camerae apostolicae capita, quae inscribuntur: *de ornamentis*, *de cera et extraordinariis*, *de libris et scripturis*, ut eorum, qui feruntur *sacristarum* vestigia indagarem. In illis enim prioribus capitibus res ad capellas pontificum spectantes, coemptae vel renovatae recensentur. Quae, cum *facto* cum sacristis sive earum capellarum praefectis *computo* eis sint traditae, ea capita constituunt auctoritatum pro re nostra fontes uberrimos.

Iam vero ex libris Camerae imprimis constat, in curia praeter officia maiora, quibus suus cuique praeficiebatur officialis, complura alia fuisse munera minoris momenti et laboris, quae pontifices inter praefectos illorum maiorum officiorum pro suo quisque libito distribuebant [811]. Ad hanc alteram munerum classem ea pertinebant, de quibus disputamus.

Tempore Benedicti XII duos invenio capellarum pontificiarum praefectos. Alterum quidem, qui *administrator* [812] sive *custos et*

[808] L. c., p. 63.

[809] L. c., I, 447: « Utcumque sit, ab eo tempore (ab anno 1316) usque ad nostrum, « unus tantum Ventura episcopus Massensis brevi deturpandus, irrepsit (in tria illa munera), « qui Augustinianam eremum non incoluerit. »

[810] L. c., V, 351; ad an. 1316, n. 23: « In quest'anno sì, che fù la nostra religione « honorata con questa insigne carica dal sommo pontefice regnante Giovanni XXII nella « persona di un dottissimo maestro della provincia d'Aquitania, figlio del convento di Li- « moges, per nome Giovanni, quale non solo hebbe l'honore di sagrista, mà di vantaggio « ancora quello di confessore della Santità Sua e di bibliotecario apostolico; e questi tre « nobilissimi impieghi furono da esso esercitati per lo spazio d'anni 30; e cosi poi passa- « rono questi tre uffici negli altri sagristi fino al tempo di Sisto IV, il quale li levò la « custodia della Libraria e la diede à Battista Platina. »

[811] V. de his minoribus officiis *Avisamenta pro officiariis palatii anni 1409* in MURATORI, *SS. rerum italic.*, III, pars 2ª, c. 811.

[812] *Intr. et exit. cam. apost.* n. 311 (1365), f. 130*b*.

magister [813] vel *custos* [814], plerumque *magister capelle domini nostri pape* vocari solet. Erat is e numero capellanorum pontificis, inter quos in *vadiis ordinariis* primo semper loco recensetur. Opinor eum maioris sive magnae imprimis capellae curam egisse. — Praeterea alter memoratur officialis, quem, licet nulla peculiari distinguatur appellatione, superiorem quamdam capellae pontificiae gessisse praefecturam, manifestum est. Ipse enim praecipue computat pecunias pro rebus capellae expensas atque eas maxime recipit, quae personam et capellam secretam pontificis propius attingunt. Quare mihi quidem dubium non est, quin ex his capellae papalis praefectis, utique saeculo demum quarto decimo exeunte, sacristarum officium et nomen sit derivatum. Eos brevitatis gratia dicam capellae pontificiae praefectos, licet ea appellatio in rationibus Camerae non occurrat.

Primus, quem ineunte pontificatu Ioannis XXII nactus sum, capellae praefectus est clarissimus ille medicus Gaufridus Isnardi [815], tunc temporis praepositus Aquensis, paullo post episcopus, primum quidem anno 1322 Cavallicensis (Cavaillon), deinde anno 1334 Regensis (Riez). Is in libris rationum atque in registris temporibus Ioannis XII et Benedicti XII imprimis appellatur *physicus domini nostri pape* [816]. — Praeterea in capite *de elemosina* sive *de elemosina secreta* Gaufridus dicitur *elemosinarius secretarius* [817] sive *secretus*. Centeni enim singulis mensibus ei tradebantur floreni *pauperibus verecundantibus* distribuendi. Quo munere eum perfunctum invenio in tabulis Camerae usque ad extremum annum 1348, quo Avenione decessit. — Denique in capite *de ornamentis* manifestissimum est, eum simili ratione ab anno 1316 usque ad annum 1348 capellae pontificiae praefuisse. Die enim 16 m. iulii eius anni ultimo refertur, eum reddidisse *computum* de rebus pro capella emptis [818]. — Est vero

[813] L. c., n. 250 (1348), f. 102*b*.

[814] L. c., n. 277 (1355), f. 137*a*.

[815] Cf. quae de eo paullo ante dixi p. 606, not. 134.

[816] Ex tempore Ioannis XXII plurimos habes locos collectos in (Marini), *Degli archiatri pontificj*, I, 51 *s*.; II, 22 *s*. alios in libris rationum (v. paullo ante p. 606, not. 134), in capitibus *de vadiis ordinariis, de vadiis extraordinariis, de cera et extraordinariis*. De tempore Benedicti XII sola suppetit epistola a Marini l. c., II, 29 vulgata.

[817] V. in Tabulario Vatic., *Archiv. Avenion., Intr. et exit. cam. apost.* n. 250 (1347), f. 99*b*; cf. n. 261, f. 209*a*.

[818] L. c., n. 310 (1348), f. 115*a*. Die quoque 6 m. martii 1348 in n. 250, f. 105*a*.

animadvertendum ex tribus illis, quibus fungebatur muneribus, munus, ex quo appellaretur Gaufridus primum quidem fuisse illud physici [819], paullo vero post illud dispensandi eleemosynas secretas. In ipso enim capite *de ornamentis* eleemosynarius dicitur fecisse computum de rebus capellae [820].

Tempore Benedicti XII, ut ex sexcentis locis eius, quod modo laudavi, capitis de ornamentis manifeste apparet, officium custodis et magistri capellae pontificis exercebat Petrus Sinterii [821]. Recensetur enim ab anno 1334 usque ad diem 25 m. maii 1350 [822]. — Verum in tabulis Ioannis XXII [823] nullam eius nec omnino magistri capellae inveni mentionem. Quare munus illud a Benedicto XII videtur constitutum.

Gaufrido in munere eleemosynarii successit Ioannes de Seduno. Die enim 19 m. decembris 1348 recensentur centum floreni traditi *Iohanni de Seduno, clerico capelle domini nostri pape, pro elemosina fieri consueta pro domino nostro in principio cuiuslibet mensis, quam solebat distribuere dominus quondam Regensis episcopus* [824]. Quin etiam ex eodem tempore is, quem modo memoravi, Ioannes de Seduno *elemosinarius* sive *elemosinarius secretus domini nostri pape* [825] una cum Petro Sinterii curam agebat capellae pontificis [826]. Quare omnino exploratum est, ab anno 1316 usque ad annum 1352 praefecturam capellae pontificiae officio eleemosynarii secreti fuisse adnexam.

Antequam inquisitionem, quam institui, prosequar, breviter reliquos recensebo magistros capellae pontificis, quos

819 V. locos apud Marini, l. c.

820 *Intr. et exit. cam. apost.* n. 250 (1347), f. 99*b*: *Die V m. iulii* [1347] *facto computo cum dicto domino episcopo Regensi, elemosinario secretario (!) domini pape* solvuntur ei, quae expenderat pro reparatione paramentorum capellae.

821 Quandoque vocatur *Petrus Santerii* (n. 260, f. 121*a*), quandoque *Saynterii* (n. 261, f. 121*a*) vel *Senterii* (n. 250, f. 102*b*), semel *Petrus Sinterii alias Bordonerii* (n. 192, f. 131*b*). In capite *de vadiis ordinariis* inter capellanos primus recensetur.

822 L. c., n. 261, f. 121*a*.

823 De iis, qui eum praecesserunt, pontificibus nihil statui potest, cum exiguae tantum supersint rationum Camerae reliquiae Ioanne antiquiorum.

824 L. c., n. 210, f. 191*a*.

825 L. c., n. 260, f. 116*a* et n. 261, f. 209*a*.

826 L. c., n. 260, f. 116: « Die XIIII m. iulii *[1349]* sequitur compotus domini Iohannis « de Seduno elemosinarii domini nostri pape, qui computat, se expendisse pro ligno duarum « cathedrarum pro domino nostro papa. » — L. c., n. 265, f. 70*b*: « Die XXI m. novem- « bris *[1352]* computavit dominus Iohannes de Seduno, elemosinarius domini nostri pape, « de expensis per ipsum in capella secreta ipsius domini nostri pape. »

e numero capellanorum pontificis fuisse, monui. Parum enim eorum notitia ad rem, de qua disputamus, confert. — Itaque successerunt Petro Sinterii (1334-1350), quem paullo ante memoravi:

Stephanus de Chaulhageto 1350-1353 [827]
Ioannes Ademari 1353-1362 [828]
Ioannes de Ulmo 1365-c. 1374 [829]
Simon Haquetin 1379 [830]
Ioannes de Moleyo 1391 [831].

Restat, ut de *bibliothecariis* et *confessoribus* pontificum dicam, qui fuerunt ab anno 1315 usque ad annum 1352.

Quae de praefectis bibliothecae pro eo tempore ex capite *de libris et scripturis* elici possunt, paullo ante [832] collegi ac pro certo statui, praefuisse tunc bibliothecae sive, ut accuratius loquar, scriptoribus bibliothecae pontificum:

Guilelmum de Broa ord. praed., episc. Caturcensem (1318-1324), 1316-1324.

Ioannem (de Texandria) ord. min. [833], episc. Rivensem (1324-1348), 1324-1333.

Ioannem Durandi, scriptorem, 1333-1334.

Ioannem Engilberti ord. cist., poenitentiarium curiae et cubicularium pontificis, 1334-1342,

Petrum de Bessio ord. carm., confessorem pontificis, episc. Grassensem et Vasionensem, 1342-1352.

Quibus Ioannes XXII et Benedictus XII usi essent conscientiae moderatoribus, in libris camerae relatum non inveni. Quare munus illud suspicor eo quidem tempore ita habitum esse privatum ac quasi secretum, ut nulla eius vel saltem non ita frequens, sicut a tempore Clementis VI, in tabulas camerae inferretur

[827] L. c., n. 261, f. 123*a*. Ad diem 13 m. februarii 1351 et n. 263 (1352), f. 114*a*.

[828] L. c., *Collectoriae* n. 468, f. 140*s*. de an. 1354; — l. c., *Intr. et exit. cam. apost.* n. 272, f. 123*a*, de die 17 m. octob. 1354; — l. c., n. 277 (1355), f. 137*a*; — l. c., n. 282 (1357). f. 146*b*; — l. c., n. 286 (1358), f. 150; — l. c., n. 293 (1360), f. 134*b*.

[829] L. c., *Collectoriae* n. 468, f. 61*a*; *Intr. et exit. cam. apost.* n. 311 (1365), f. 130*b*.

[830] L. c., n. 468, f. 147*a*.

[831] L. c., n. 369, f. 58*a*.

[832] V. paullo ante p. 175*s*.

[833] Fuisse eum ex ordine fratrum Minorum omnino constat ex litteris die 9 mensis iulii 1322 datis, quibus constituitur episcopus Lodovensis in Regest. Vatic., *Ioannis XXII* (n. 73) *communes an. 7*ⁱ, f. 333*b*, epist. 942. Die 20 m. iulii 1324 renuntiatus est episcopus Rivensis (Rieux), v. l. c., (n. 77) *an. 8*ⁱ, tom. II, f. 134*a*, epist. 1410.

mentio. — Primus, quem ex eo tempore nactus sum, *confessor pontificis* est *Petrus de Bessio* [834]. De eo Clemens VI ipse in litteris [835] die 10 m. decembris 1343 datis, quibus eum episcopum Grassensem constituit, haec dicit: ... *ad te ordinis fratrum s. Marie de Monte Carmeli professorem, in sacerdotio constitutum, penitentiarium nostrum, quem religionis zelo, litterarum scientia, vite munditia, honestate morum, prudentia spiritualium et aliis multiplicum virtutum meritis laudabiliter per familiarem experientiam novimus redimitum, convertimus aciem nostre mentis.* E quibus verbis tria de Petro comperimus: fuisse eum ex ordine Carmelitarum, e numero poenitentiariorum curiae, pontifici iam dudum familiaritate coniunctum [836]. Maioribus etiam laudibus eum exornavit Clemens in litteris [837], quibus eum die die 14 m. augusti 1348 ab episcopatu Grassensi ad Vasionensem transtulit. In ea sede anno 1355 mortuo suffectus est die 21 m. octobris eiusdem anni Laurentius [838].

Fuisse Petrum pontifici a sacris confessionibus ex compluribus locis [839] librorum Camerae omnino exploratum est. Ex iisdem libris hoc quoque manifesto constat, egisse eum quamdam curam bibliothecae, idque ab ipso pontificatus exordio [840]. At non minus aperte ex iisdem libris perspicimus, nihil omnino praefecturae capellae pontificiae ad eum pertinuisse tempore Clementis VI, sed eam provinciam tunc ad Gaufridum Isnardi (1316-48) et Ioannem

[834] Cf. de eo COSMAS DE VILLIERS, *Bibliotheca Carmelitana*, II, 555.

[835] REGEST. VATIC., *Clemen. VI (n. 157), commun., an. 2 i, lib. 1, f. 52* a, *epist. 192:* « Dilecto filio Petro de Bessio, electo Grassensi. — Datum Avinione IIII id. decembris, « an. 2° ».

[836] Fortasse ex eo, quod iam a pluribus annis conventum sui ordinis Avenionensem rexerat; cf. VILLIERS, l. c., c. 556.

[837] REGEST. VATIC.. *Clementis VI (n. 187), commun. an. 7 i, lib. 3, f. 33, epist. 87:* « Venerabili fratri Petro episcopo Vasionensi ... consideratis grandium virtutum meritis, « quibus personam tuam Altissimus insignivit .... »

[838] REGEST. VATIC., *Innocentii VI (n. 230) commun. an. 3 i, lib. 2, pars 1a, f. 53* a.

[839] V. paullo ante p. 163.

[840] Paullo ante p. 162, anno 1346 computat pecunias pro libris expensas *a die promotionis*. Praeterea *Intr. et exit. cam. apost.* n. 263, f. 207 *a*: « Die penultima m. maii *[1351]* « facto computo cum domino episcopo Vasionensi de pluribus libris, quos scribere, illumi- « nare et ligare fecit et pro pergamenis per ipsum emptis pro dictis libris de mandato « domini nostri pape, repertum fuit, quod expendit VIIIcLXXXIIII flor., XXIIII sol., II den., « de quibus dicit se recepisse in diversis solutionibus a domino Stephano tunc thesaurario « nunc camerario domini nostri pape, prout per libros suos apparet - VIIIcLXXI flor. Et « sic deductione facta, restat, quod debentur sibi XIII flor., V sol., XI den., qui fuerunt « sibi soluti. » — Usque ad m. maium anni 1352 recepit alios 373 flor.

de Seduno (1348-52), eleemosynarios secretos, et Petrum Sinterii (1334-50) et Stephanum de Chaulhegeto (1351-52), capellanos et magistros capellae, pertinuisse.

Itaque ante annum 1352 praefectura quidem capellae ad eleemosynarium secretum, bibliothecae vero, certe a tempore Clementis VI, ad confessorem pontificis spectabat.

Ineunte pontificatu Innocentii VI ea munerum distributio nonnihil est immutata. Primum quidem Ioannes de Seduno excidit duobus, quibus fungebatur, muneribus eleemosynarii et praefecti capellae. Recensetur paullo post annis 1357-60 scriptor cancellariae [841]. Eius loco Petrus de Moncolo [842] constitutus est eleemosynarius secretus [843]. Munus vero praefecti capellae primum quidem obierat Petrus episcopus Vasionensis [844], Clementis VI confessor et praefectus bibliothecae. At paullo post Innocentius VI confessorem sibi selegit fratrem Petrum Gaufridi ordinis Eremitarum s. Augustini eumque capellae suae et bibliothecae praefecit [845] ac demum die 23 m. martii 1355 renuntiavit epi-

[841] *Intr. et exit. cam. apost.* n. 282 (1357), f. 173*a*; n. 286 (1358), f. 172*a*; n. 293 (1360), f. 154*a*.

[842] L. c., n. 267 (1353), f. 193*a* vocatur *dominus Petrus de Montecolono.*

[843] Primum recensetur die 11 m. martii 1353; v. l. c. — Exinde in reliquis voluminibus Innocentii VI, in capite *de elemosina secreta* sexcenties eius nomen recurrit. — Quin etiam praeter eum et administratorem pinhotae, tempore Innocentii VI in capite *de vadiis extraodinariis* tertius refertur eleemosynarius: *dominus Iohannes Agni, elemosinarius secretus et intrinsecus* sive *elemosinarius camere domini nostri pape* vel *elemosinarius minor domini nostri pape*; is procul dubio indicatur paullo ante p. 652. — Sub Urbano V *dominus Durandus Andree elemosinarius domini nostri pape* singulis mensibus *consuetam* distribuit eleemosynam; v. *Intr. et exit. cam. apost.* n. 311 (1365), f. 192*a*.

[844] L. c., n. 265, f. 71*b*: « Die XXIIII m. decembris *[1352]* soluti fuerunt domino « Petro episcopo Vasionensi pro uno pare cirothecarum albarum pro usu domini nostri « Innocentii pape VI - II flor. » Cf. paullo ante p. 163.

[845] V. paullo ante pp. 166, 167; praeterea *Collectoriae* n. 475, f. 24*b*: « Item die « IIII iunii pontificatus anno secundo *[1355]* habuit dominus noster per manus domini « P*[etri]* eius confessoris unum pontificale, quod incipit in secundo folio: *oremus.* » Cf. paullo ante p. 647, not. 299. *Intr. et exit. cam. apost.* n. 278, f. 192*b*: « Die ultima septem- « bris *[1356]* dominus frater Petrus episcopus Tholonensis de certis expensis factis per « eum pro studio domini nostri pape. Primo dixit, se expendisse pro II serraturis pro ar- « mariis librorum ipsius domini nostri pape I flor. Item pro faciendo scribi et illuminari « *Letatus sum* cum orationibus, que sequntur, II gross. » Cf. paullo ante p. 166. — L. c., n. 282 (1357), f. 147*a*: « Die ultima aprilis computavit dominus Petrus, episcopus Tholo- « nensis, domini nostri pape confessor, pro reparatione II cofrorum magne capelle palatii. » — Ibidem f. 149*b*: « Die ultima iunii computavit dominus Petrus, episcopus Tholonensis, de « certis rebus per ipsum factis fieri pro domino nostro papa, ut sequitur: primo computavit « pro reparatione cuiusdam custodie de corio nigro, ubi custoditur aquila sive pectorale « pluvialis domini nostri pape, VIII sol. — Item pro illuminatura libri Alberti de animalibus

scopum Tolonensem [846] (Toulon). Is iam dudum in curia poenitentiarius versatus erat [847].

Quare, non anno 1316, ut ii, quos paullo ante memoravi, auctores censent, sed ineunte demum pontificatu Innocentii VI (c. an. 1353) ea, de quibus disputamus, tria munera inter se sunt coniuncta.

Temporibus Urbani V (1362-70) et Gregorii XI (1370-78) in tribus illis muneribus constitutum invenio Raimundum Daconis eiusdem ordinis eremitarum s. Augustini, episcopum primum quidem Tolonensem (1361-64), deinde Foroiuliensem (1364-71 [848]), demum Apamiensem (1371-80). Atque id quidem de praefectura capellae et de officio moderandi conscientiam pontificis ex compluribus locis rationum camerae et *inventariorum* thesauri facile demonstratur. Ut aliquot tantum referam locos, ad diem 24 m. novembris 1364 recensentur res, quas tenebat *dominus Raymundus episcopus Foroiuliensis, confessor domini nostri, pro persona et secreta capella* [849]. Praeterea receperat Camera *die VIII m. augusti* [1365] *a domino Raymundo olim Tholonensi*

« in II voluminibus *[v. paullo ante p. 164]* II flor., pro ligatura dicti libri, tam pro ne« cessariis quam pro salario magistri - V sol. » — L. c., n. 286 (1358), f. 150*a*: « Die XXIX de« cembris computavit reverendus pater dominus Petrus, episcopus Tholonensis, de certis « expensis pro rebus capelle...; pro ligatura unius libri sermonum bone memorie domini « Clementis pape VI et pro aliis necessariis dicti libri - III flor. » — L. c., n. 293 (1360), f. 132*a*: « Ultima m. maii domino Petro, episcopo Tholonensi, confessori domini nostri « pape pro reparatione anuli domini nostri pape. » — Praeterea v. *Collectoriae* n. 468, f. 40*b*: « Sequntur iocalia argenti in capellis magna et parva tinelli sub custodia reverendi « patris domini Petri, episcopi Tholonensis, domini pape confessoris, existentia. » Fere eadem habes ff. 19*b*, 42*a*, 45*b*; quae quidem ad an. 1358 esse referenda, ex f. 41*a* constare videtur. — De praefectura bibliothecae cf. paullo ante pp. 166, 167.

[846] Regest. Vatic. *Innocentii VI* (n. 228) *commun. an. 3i, lib. 1, pars 1a, f. 20*b, *epist. 85:* « Dilecto filio Petro Gaufridi electo Tolonensi... demum ad te fratrem ordinis « heremitarum s. Augustini professorem, in sacerdotio constitutum, cui de religionis zelo, « litterarum scientia, vite et morum honestate, spiritualium prudentia et temporalium cir« cumspectione aliisque virtutum donis apud nos laudabilia testimonia perhibentur, dire« ximus oculos mentis nostre.... Datum Avinione X kalendas aprilis, anno 3°. » — Successorem habuit anno 1361 Raimundum Daconis, de quo paullo post dicam.

[847] Cf. *Intr. et exit. cam. apost.* n. 210 (1348), f. 173*a*; n. 260 (1349) f. 177*a*; n. 261 (1350), f. 199*a* etc. — In Regest. Vatic. *Clementis VI* (n. 209) *communes an. 9i, lib. 3, pars 2a*, f. 214*a*, epist. 32: « Dilecto filio Petro Gaufridi ord. erem. s. Aug., penitentiario « nostro. (Conceditur altare portatile). Datum Avinione III kalendas aug. an. 10 (30 m. « iulii 1352). » Cf. l. c., f. 2*a*, epist. 8, qua ei tribuitur facultas testandi.

[848] Cf. paullo ante not. 845. Praeterea Raimundus die 16 m. iulii 1361 demum *obligavit se ad servitium commune* solvendum; v. *Collectoriae*, olim tom. XXXV, f. 2*b*. Hinc corrigendum, quod p. 177 retuli ex *Gallia Christiana* sane mendosissimâ.

[849] *Collectoriae* n. 468, f. 55b; cf. paullo post p. 771 *s*.

nunc Foroiuliensi episcopo... eius servitium commune *per manus fratris* *P e t r i d e A p p a m i i s* *socii sui, quam summam dominus noster papa gratiose remisit* [850].

Ex alio loco comperimus, Raimundum cum socio in comitatu Urbani an. 1367 in Italiam proficiscentis fuisse. Die enim 22 m. augusti 1367 Viterbii *facto compoto cum fratre Petro de Appamiis, ordinis fratrum heremitarum s. Augustini, socio domini Raymundi episcopi Foroiuliensis, domini nostri pape confessoris, in Viterbio, ipso domino nostro papa tunc ibidem existente, de expensis per ipsum fratrem Petrum factis et solutis pro capella secreta et certis libris dicti domini nostri pape portandis a die ultima m. aprilis, qua die dominus noster papa recessit Avinione usque ad hanc diem, repertum est ipsum expendisse... XXV flor. ad grailetum, IIII sol. monete Avinionensis* [851]. — In hoc itinere Urbanus, cum Montemflasconem, quod *castrum* singulari prosequebatur affectu, compluribus ornasset privilegiis atque inter alia sede episcopali decorasset, Petrum Arsenh de Apamia primum renuntiavit episcopum [852].

In eius locum successit paullo post frater P e t r u s A m e l i i d e B r e n a c o, pago prope Limosium haud procul Apamia sito, eiusdem ordinis fratrum eremitarum s. Augustini [853]. Raimundus Daconis enim, ut monui, munera ab Urbano sibi demandata etiam sub Gregorio XI (1370-78) retinuit usque ad annum 1375 [854]. Eo vero anno, mense quidem martio recensetur pecunia tradita fratri Petro Amelii, socio domini Raimundi episcopi Apamiensis [855]. At

[850] *Intr. et exit.* n. 311, f. 79*b*; alios similes locos habes ibidem ff. 159*a*, 167*a*, 177*b*; deinde n. 307 (1364), ad diem 29 m. octobris; n. 326 (1366), f. 130*a*: « fratri Petro de « Appamiis socio pro coffris capelle reparandis. »

[851] L. c., n. 234, f. 122*a*.

[852] V. BALUZE, *Vitae pap. Avenion.*, I, 382, 408. Litteras erectionis huius episcopatus habes in REGEST. VATIC., *Eugenii IV*, (n. 375) *de curia, an. 8-11*, lib. XIV, f. 123*a*.

[853] V. paullo ante pp. 169, 170. Petri nomen inveni in tabulis clavarii episcopatus Appameensis an. 1377 (*Intr. et exit. cam. apost.* n. 349, f. 5*a*), in quibus is recenset, se tradidisse: *sorori domini mei et Bernardo Arsenh, fratri domini episcopi Montisflasconis unam pipam vini.* — Cum exorto schismate Petrus partes Clementis VII sequeretur, ab Urbano VI an. 1382 sede pulsus, Avenionem confugit, ubi etiam annis 1390 et 1398 versabatur, cf. *Intr. et exit.* n. 366, f. 101*a*: *V flor. camere, XVI sol. domino Petro episcopo Montisflasconis infirmo pro expensis suis faciendis* et REGEST. AVENION. *Benedicti XIII*, tom. II, f. 166*b*.

[854] *Collectoriae* n. 468, f. 77*a*: « Inventarium de hiis, que existunt sub custodia do« mini.. episcopi Foroiuliensis, domini nostri pape confessoris, die XXVI mensis martii « anno LXXI. » Praeterea v. paullo ante p. 169.

[855] V. paullo ante p. 170.

mense iulio frater Petrus renuntiatur episcopus Senogalliensis [856] et mense novembri per se de pecuniis pro bibliotheca expensis rationem reddit [857]. Quare haud dubium est, quin Raimundus vertente eo anno Avenione ad sedem suam Apamiensem accesserit. Ibi certe commorabatur anno 1377, ut ex rationibus *clavarii* eius perspicimus [858]. Unde plane exploratum est, Raimundum non esse comitatum Gregorium XI, m. septembri 1376 Avenione Romam proficiscentem. Decessit Apamiae ineunte anno 1380 [859].

Ei suffectus esse videtur is, quem socium habuerat, Petrus Amelii, episcopus Senogalliensis. Is ineunte eo anno 1375, antequam episcopus constitueretur, copiosissimam illam recensionem *librariae magnae* conscripserat, quam paullo ante primum vulgavi [860]. Mense novembri praeter pecunias pro bibliotheca erogatas, de quibus paullo ante dixi, recepit stipendium cum tribus aliis capellanis *pro ipso domino in capellis palatii missas celebrantibus* [861]. Porro eum ut bibliothecae sic capellae curam aliquam gessisse, ex libro quoque constat de ceremoniis curiae, quem, eius nomine inscripto, Mabillon inseruit alteri volumini sui *Musei Italici* [862]. Gregorio Avenione Romam proficiscenti comes individuus adhaesit. Id aperte perspicimus ex perlongo *itinerario* quasi versibus exarato, saepius typis descripto [863], quo Petrus Amelii iter illud descripsit. — Denique Bartholomaeus de Zabriciis, episcopus Recanatensis in depositione sua de electione Urbani VI narrat, invenisse se Urbanum altero, postquam electus est, die in palatio Vaticano dicentem *offi-*

856 Die enim 21 m. iulii 1375 obligatus est ad servitium commune solvendum. *Libri obligationum*, olim tom. XXXV, f. 200*a*.

857 V. paullo ante p. 170.

858 *Intr. et exit. cam. apost.* n. 349: *Expensa et recepta episcopatus Apamiensis* 1377, f. 1*a s.*; f. 9*a*: « Die XXII octobris, qua die dominus meus *[i. e. Raimundus]* recessit de « sede episcopali pro eundo Avinionem. »

859 In Regest. Avenion., *Clementis VII*, tom. XVII, f. 50*a* habes litteras, quibus die 13 m. martii 1380 Bertrandus de Orne Sano Raimundo, *qui apud sedem predictam diem clausit extremum*, substituitur.

860 V. paullo ante p. 452 *s.*

861 *Intr. et exit. cam. apost.* n. 343, ff. 166*b*, 184*a*, ubi vocatur: *frater Petrus Amelii nunc episcopus Senogalliensis.*

862 Mabillon-Germain, *Museum italicum*, II, 448-544.

863 Post Bzovium et Massonum apud Ciaconium, Acta SS., Muratorium. In libro suo de ceremoniis curiae illud memorat, dicens: *Quaere in itinerario meo de domino meo Gregorio XI;* v. Mabillon-Germain, l. c., 525 et in cod. 607 (olim B. V. 1), Bibliothecae Casanatensis, f. 44*a*.

cium cum episcopo Senogaliense confessore, qui fuerat domini Gregorii [864].

De reliqua Petri fortuna haec breviter adiungam, anno 1386 eum esse translatum per Urbanum VI ad archiepiscopatum Hydruntinum [865], quod fere omnes fugit. Inde anno 1389 ad Tarentinum. Porro anno eodem renuntiatus est patriarcha Gradensis, denique anno 1399 Alexandrinus. Mortuus esse videtur Romae in *obedientia* Bonifatii IX paullo ante mensem iunium anni 1401 [866].

Continuasse Petrum officia sua sub Urbano VI (1378-1389) et Bonifatio IX (1389-1404) certis videtur constare argumentis. Nam paullo ante vidimus eum anno 1378 cum Urbano dicentem officium. Praeterea Bzovius [867] quaedam narrat, ex quibus apparet, Urbanum etiam postea eo familiarissime esse usum. Quin etiam Petrus ipse in libro suo de ceremoniis curiae refert [868], se sacristam anno 1379 confecisse *Agnus Dei* ab Urbano VI in ecclesia s. Mariae trans Tiberim, die dominica in Albis distribuendos. — De tempore Bonifatii IX habemus imprimis Herreram [869], qui, de Petro loquens: *mentionem illius*, inquit, *fecere registra* (utique illa, quae ab ordinis Eremitarum generalibus conscribebantur) *die 16 augusti anno 1389 et die 13 ianuarii 1392, et utrobique appellatur patriarcha Gradensis et confessor domini*

864 In TABULAR. VATIC., armarium 54, tom. XVII (olim IV), f. 7; cf. GAYET, *Le grand schisme d'Occident. Les Origines* I, Pièces justific., pp. 103, 181; II, 19.

865 Refert enim GARAMPI in indice ms. episcoporum, in Tabulario Vatic. asservato, Petrum translatum ab ecclesia Hydruntina *obligatum* esse pro Tarentina die 12 mensis aprilis 1389, ex *Libris Obligationum*, olim tom. XLVIII, f. 79*a*; cf. tom. XLVII, f. 5*a*.

866 REGEST. VATIC. *Bonifatii IX* (n. 317) *divers.*, *an. 11-13*, lib. VI, f. 223*b*: « Bonifatius etc. Ven. fratri Conrado archiepiscopo Nicosiensi, camerario nostro salutem etc. — « Ad nostram noveris pervenisse notitiam, quod nuper bone memorie Petrus patriarcha « Alexandrinus, dum in eius voluntate ultima de bonis suis dispositione testamentaria or- « dinaret, inter cetera de nonnullis bonis immobilibus ad eum, dum vixit pertinentibus... « illis, qui se gerunt pro Abbate et conventu monasterii Limosensis ordinis s. Augustini, « Narbonensis diocesis, et quibusdam aliis personis huiusmodi dolendi instantis scismatis « labe respersis... certa legata et donationes fecisse dicitur; » iubet ea bona camerae apostolicae assignari. — « Datum Rome apud s. Petrum VII id. iunii, an. 12°. » — Itaque Petrus paullo ante diem 7 m. iunii 1401 vitâ functus est.

867 *Annales* ad an. 1388, n. 1.

868 MABILLON-GERMAIN, l. c., II, 509, 510 et in cod. cit. f. 36*b*, 37*a*: « Sciendum, quod anno « domini MCCCLXXVIII *[sine dubio legendum MCCCLXXVIIII]* dominus Urbanus sextus « Romae in ecclesia s. Mariae Transtiberim, in secundo anno suae creationis dedit, quoniam « in primo non potuit, quia non fuerat ante electus nisi per tres septimanas, et dedit ea « *[i. e. Agnus Dei]* dominica in Albis.... Fuerunt facti illo anno per fratrem Petrum « episcopum Senogaliensem sacristam XXIV^m. »

869 *Alphabetum Augustinianum*. Salmanticae 1644, II, 262.

nostri papae. Quos locos utinam Herrera ex registris illis nunc deperditis protulisset. Nam sine certis argumentis non credam, unum eumdemque confessorem quasi hereditate ab uno ad alium transisse pontificem, quorum certe suum quisque ante pontificatum initum haberet sibi familiarem et carum. Quare, quod in Herrera deest, opportunissime supplet liber, quem laudavi, de ceremoniis curiae. In eo etenim Petrus ipse, nisi fallor, dicit, se patriarcham Gradensem, confessorem et referendarium peregisse in curia quasdam ceremonias [870].

Quare in Romana quidem, quam dicebant, *obedientia* praefectura capellae pontificiae inde a Petro Gaufridi (1352) usque in saeculum quintum decimum videtur revera perstitisse apud ordinem Eremitarum s. Augustini.

Robertus de Gebennis (1378-1394), quem sui Clementem VII appellabant, confessorem et praefectum capellae ac fortasse etiam bibliothecae sibi selegit ex ordine fratrum Praedicatorum Raimundum de Bona eumque litteris die 27 m. ianuarii an. 1380 datis [871] constituit episcopum Vasionensem. Illa duo priora munera obierat iam anno 1379. Nam in inventariis thesauri recensentur ad diem 4 m. augusti eius anni res ad capellam pontificis spectantes, quas *habet penes se frater Raymundus de Bona, magister in theologia et confessor domini nostri pape* [872]. — Mortuo Radulphus de Bonavilla ord. Praed. die 28 m. martii 1386 in

[870] Mabillon-Germain, l. c., II, 513 et cod. cit. f. 38*b*: « In die corporis Christi in « primis vesperis non fuit praedictus papa, quia passus calculos, nec cardinale, sed patriarcha « Gradensis, confessor Sanctitatis suae, in magna capella fecit per cantores cantare vesperas; « quibus dictis incontinenti sollemniter cantaverunt matutinas, anno domini MCCCXCII. » — Ibidem p. 535 et f. 50*a* pro canonizatione s. Brigidae die 7 m. octobr. 1391 peragenda dicitur *patriarca Gradensis, confessor et referendarius, dicti domini* [Bonifatii IX] ex praecepto *Sanctitatis suae consistorium generale mandasse*. Cf. pp. 540, 544, 541 et in cod. cit. ff. 52*b*, 53*a*, 54*b* de annis 1393 et 1398.

[871] Regest. Avenion. *Clementis VII, an. 2ⁱ, pars 1ᵃ*, tom. XVII, f. 43*b*: « Dilecto « filio Raymundo de Bona, electo Vasionensi, salutem etc. ... — Demum ad te, ordinis fratrum predicatorum professorem, in sacra pagina magistrum, in sa« cerdotio constitutum, religionis zelo conspicuum, vite et morum honestate decorum, in « spiritualibus providum, in temporalibus circumspectum, aliisque multiplicium virtutum « donis, prout familiari experientia novimus, insignitum, direximus aciem nostre mentis... — « Datum Avinione VI kalendas februarii, anno 2°. » — Praeterea memoratur mors episcopi Vasionensis, confessoris Clementis VII, in particula cuiusdam libri ceremoniarum curiae apud Muratori, *SS. rerum ital.* III, 2 p., c. 806.

[872] *Collectoriae* n. 469, f. 132*a*; cf. ff. 138*b*, 160*b*. Similes locos ex eodem anno habes in *Collectoriae* n. 468, ff. 145*a*, 147*a*.

episcopatu et fortasse etiam in reliquis successit muneribus [872a]. — Socium habuerunt Raimundum Ruffi eiusdem ordinis [873]. Is vero post eum, quem dixi, annum 1386 iam non *socius confessoris*, sed *custos iocalium capelle domini nostri pape* [874] appellatur. — Fortasse cum Raimundo connectendus est etiam Guilelmus ille de Manso ordinis Praedicatorum, poenitentiarius, qui anno 1382 *continuo laborabat in ordinando libros in libraria domini pape in palatio apostolico Avinionensi* [875]. Quod si certum esset, haberemus, unde Raimundo de Bona praefecturam bibliothecae tribueremus. At, cum Guilelmus socii nomine non appelletur, nihil hac in re leviter statuerim.

Denique Petro de Luna sive Benedicto XIII, prioribus quidem sui regiminis annis, s. Vincentius Ferreri ord. Praed. erat a confessionibus. Bibliothecae vero tunc curam aliquam videtur gessisse Franciscus de Rovira, clericus saecularis, ut in altero huius operis volumine dicam accuratius.

Restat, ut quae ex certis demonstravi documentis, brevi compendio conclusa legentibus ponam ob oculos.

Confessores	**Praefecti bibliothecae**	**Praefecti capellae**	**Eleemosynarii secreti**	**Magistri capellae**
Episcopus Colossensis 1313				
	Guil. de Broa, ord. Praed., episc. Caturcensis 1316-1324	**Gaufr. Isnardi,** praep. Aquensis, episc. Cavallic., Regensis, physicus 1316-1334		
	Ioan. de Texandria, ord. Min. episc. Rivensis 1224-1333			
	Ioan. Durandi, scriptor 1333-1334			

[872a] V. in addendis ad calcem voluminis p. 775.

[873] *Intr. et exit. cam. apost.* n. 363, f. 63*b*: « Die XIX dicti mensis *[decembris 1386]* « fuerunt soluti fratri Raymundo Ruphi ordinis predicatorum, socio confessoris domini nostri « pape, quos solvit pro ablutione albarum, maparum, manutergiorum et aliorum pannorum « capelle dicti domini nostri pape II flor. camere, XX sol. »

[874] *Intr. et exit. cam. apost.* n. 365 (1389), ff. 57*b*, 166*a* recensentur pecuniae traditae *fratri Raymundo Ruffi ordinis predicatorum, custodi iocalium domini nostri pape*. — De hac appellatione habes in *Avisamentis* anni 1409 (MURATORI, *SS. rerum ital.*, III, 2 p., c. 820): « Solet [confessor] habere unum socium, qui vocatur sacrista, eo quod ornamenta « et vestimenta sacerdotalia alias necessaria pro divino officio celebrando de mandato seu « voluntate ipsius confessoris habet ministrare. »

[875] V. paullo ante p. 721.

Confessores	Praefecti bibliothecae	Praefecti capellae	Eleemosynarii secreti	Magistri capellae
	Engilbertus, ord. Cist., cubicularius, poenitentiarius 1334-1342	**Gaufridus Isnardi**, episc. Regen., eleem. sacr. 1334-1348		**Petrus Sinterii** 1334-1350
Petrus de Bessio, ord. Carm. episcopus Grassensis, Vasionensis 1342-1352		**Ioan. de Seduno**, eleem. sacr. 1348-1352		**Steph. de Chauhageto** 1350-1352
Petrus Gaufridi, ord. Eremitarum s. Augustini, episcopus Tolonensis 1352-1361 **Raimundus Daconis**, ord. Eremitarum s. Augustini., episcopus Tolonensis, Foroiuliensis, Apamiensis 1362-1375 Socii: Petrus Arsenh de Apamia 1362-69; — Petrus Amelii de Brenaco 1369-75. **Petrus Amelii de Brenaco**, ord. Eremitarum s. Augustini, episcopus Senogalliensis. 1375-1378			**Petrus de Moncolo** 1352-c. 1365 **Durandus Andreae** 1365	**Ioan. Ademari** 1353-1362 **Ioan. de Ulmo** 1364-1366
Romae	**Avenione**		**Avenione**	**Avenione**
Petrus Amelii, episc. Senogall. archiep. Hydrunt. Tarent., patriar. Gradensis, Alexandrin. conf. sacr. † 1401. **Petrus Assalbiti**, episc. Olorensis, Condom, Electensis, conf. sacr. 1401 (?)-1440	**Raimundus de Bona**, ord. Praed., episc. Vasionensis, conf. sacr. (bibl. ?) 1378-1386 Socii: Guillelmus de Manso (?) ord. Praed. 1382. — Raimundus Ruffi ord. Praed. **S. Vincentius Ferreri**, ord. Praed. conf. c. 1395		**Gerardus de Passu** 1380	**Simon Haquetin** 1379 **Ioan. de Moleyo** 1391

His ita constitutis manifestum est, complura ex iis, quae paullo ante ex octo illis scriptoribus retuli, esse corrigenda. Imprimis delendus Ioannes Lemovicensis, quoad ex certis monumentis suo restituatur loco [876]. Deinde colligatio illorum trium munerum

[876] Scriptores ante Roccam nihil allegant ad suam confirmandam sententiam. Rocca Ioannem inter sacristas recensens adiungit: « ut in antiquo eiusdem Augustinianae sodali- « tatis commentario, quem vulgo et passim quidem Registrum vocitare solent atque in Ios. « Pamphili chronicis et alibi videre licet. » At Herrera, qui post Roccam eoque multo diligentius eandem rem tractavit, pro Ioanne ad unum provocat Pavinium ord. Erem. s. Aug. (*De rebus ecclesiae Lateranensis*, in cod. Vatic. 6110, f. 132; cf. Mai, *Spicilegium Romanum*, IX, 181 *s.*), qui saeculo sexto decimo demum scribens, non maioris quam Seripandus est momenti.

reiicienda est ad annum 1352; inserendi Petrus de Bessio et Petrus Gaufridi; Raymundus Daconis apponendus non ad annum 1346, sed ad annum 1362; tollendus omnino Petrus Arsenh de Apamia.

Ex successione *sacristarum* hac ratione recensita et correcta facile perspicitur, cur in Avisamentis anno 1409 ad curiam Petri de Candia (Alexandri V) rite disponendam conscriptis, de magistro quidem palatii dicatur: *qui communiter consuevit esse de ordine Praedicatorum*[877]; e contra, ubi de confessore pontificis eiusque officiis sermo est, non solum taceatur de ordine Eremitarum s. Augustini, verum etiam distincte adiungatur, confessorem sive sacristam a pontifice *pro libitu voluntatis suae eligi*[878]. Licet enim exeunte saeculo tertio decimo usque ad Benedictum XI vel Clementem V complures occurrant *magistri in curia* sive sacri palatii ex ordine Minorum, attamen saeculo decimo quarto unum solum eumque nonnihil dubium [879] nactus sum, qui non esset ex ordine Praedicatorum. At consuetudo assumendi praefectos capellae ex ordine Eremitarum s. Augustini, post duos vel tres ex ordine selectos ita non erat confirmata, ut Clemens VII, qui reliquos mores et instituta curiae rite stabilita religiose observabat, Raimundo de Bona ord. Praed. munus illud demandaverit. Quare ea successio Avenione vixdum inchoata brevi est abrupta, Romae vero per Petrum Amelii et Petrum Assalbiti est continuata. Atqui *Avisamenta* illa, fortasse a *curiali* aliquo Avenionensi, certe pro curia ex utraque *obedientia* constituenda, sunt conscripta. Hinc nihil mirum, quod non unam sequuntur consuetudinem Romanam. — Quare ea consuetudo saeculo quarto decimo, Avenione quidem aliquatenus adumbrata, Romae vero paullo firmius stabilita, decimo quinto saeculo firmiter constituta, anno 1497 demum ab Alexandro VI certâ lege est sancita [880]. In eius enim generis

[877] MURATORI, *SS. rerum ital.*, III, pars 2ª, 820.

[878] L. c., c. 820.

[879] V. paullo ante p. 236.

[880] EMPOLI, *Bullarium ordinis Erem. s Aug.* p. 37 et *Bullarium Romanum* ad Alexandrum VI an. 1497, v. litteras *Ad sacram ordinis fratrum erem. s. Aug. religionem*, datas die 15 m. octobris 1497, in quibus: « Sane licet officium sacristiae capellae palatii apostolici a tanto tempore citra, de cuius initio sive contrario memoria hominum non existit, « per Romanos Pontifices praedecessores nostros alicui ex professoribus dicti ordinis semper « committi et concedi consueverit; — et dilectus filius Ioannes Paulus de Bossis abbas monasterii s. Stephani extra muros Urbis, Cisterciensis ordinis, dictae capellae modernus sacrista, « antequam in abbatem ipsius monasterii per fel. rec. Sistum papam IV, praedecessorem no-

officiis certis religiosorum ordinibus adnectendis tunc quidem lex diuturnam sequebatur consuetudinem [881].

Iam ut ad propositum nostrum redeamus, tota hac inquisitione duos tresve eruimus praefectos bibliothecae iis, quos paullo ante constitueram [882], adiungendos, nimirum Petrum Amelii an. 1375, Guilelmum de Manso an. 1382, fortasse Franciscum de Rovira an. 1404. Praeterea moneo, in Avisamentis anni 1409 [883] inter officia confessoris curam quidem capellae, at non bibliothecae recenseri, cuius ne nomen quidem eo loco occurrat. Quare etiam saeculo quinto decimo illorum munerum colligatio non praesumenda, sed demonstranda est. — Porro in reliqua quoque, quam praetermisi, parte successionis sacristarum, quam ex octo illis scriptoribus excerpsi [884], complura corrigenda et supplenda sunt. Ut Calixti III (1455-1458) et bibliothecarius et confessor erat Cosmas de Monteserrato clericus saecularis, episcopus primum electus Gerundensis an. 1458, deinde an. 1460 Viciensis [885]. Prae-

« strum praeficeretur, dicti ordinis Eremitarum professor foret; tamen quia dum persona sua « eidem monasterio certo modo vacanti provisum fuit, ipse ad dictum Cisterciensem ordinem « translatus extitit; — ac etiam quia in certo libro ceremoniarum dictae capellae per non- « nullos tempore piae memoriae Innocentii papae VIII praedecessoris nostri compilato scriptum « invenitur, officium praedictum alicui religioni non deberi, sed cuicunque (dummodo prae- « latus ecclesiasticus existat) conferri posse; » — et propterea Marianus de Genezano, prior generalis ceterique professores ordinis formident, se iure obtinendi dictum officium frustrari posse; nos motu proprio statuimus, quod perpetuis futuris temporibus officium Sacristae alicui dicti ordinis Eremitarum professori, quamquam aliter praelatus ecclesiasticus non existat, committi debeat.

Moneo in Iure Canonico *tempus, de cuius initio sive contrario memoria hominum non existit*, intelligi fore centum annorum, qui sane a Petro Assalbiti, multoque magis a Petro Gaufridi (1352), effluxerant.

Idem fere, quod Alexander VI dixerat, repetiit Iulius II in litteri die 8 m. novembris 1504 datis, quibus munus sacristae capellae pontificiae, *quod ad vitam concedi et per unum ex professoribus ordinis fratrum Eremitarum s. Augustini teneri consuevit*, cum vacaret per liberam resignationem Venturae Benassai episcopi Massanensis (cf. de eo Moroni, *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica*, tom. LX, p. 185), contulit Nicolao de Aquapendente, ord. Erem. s. Aug., v. Regest. Vatic. *Iulii II (n. 900), bullarum an. 1i, 2i, lib. 15*, f. 261*b* et apud Rocca, l. c.

[881] Praeter munus magistri sacri palatii saeculo quarto decimo solum illud bullatorum, ad quod duo fratres conversi sive laici iique illitterati ex ordine Cisterciensi assumebantur, certo alicui ordini sive lege sive consuetudine erat affixum. Horum *fratrum bullatorum* nomina recensentur in libris *Introitus et exitus cam. apost.* in capitibus *de emolumento bullae* et *de expensis officii bullae*.

[882] V. paullo ante p. 731.

[883] Muratori, *SS. rerum ital.*, III, 2 p, 820.

[884] V. paullo ante p. 725.

[885] Regest. Vatic. *Calixti III*, tom. XVIII, ff. 6*a*-9*b* et *Pii II*, tom. VI, f. 183*b*; Müntz-Fabre, *La bibliothèque du Vatican au XVe siècle*. Paris 1887, pp. 41, 48, 316 et Marini,

terea iam ante Platinam Ioannes Antonius de Buxis, episcopus Aleriensis curam gesserat bibliothecae [886].

Verum haec illi, qui historiam bibliothecae Romanorum Pontificum a tempore Martini V continuabit, accuratius relinquo prosequenda.

§ 6. **De conformatione bibliothecae Avenionensis.** — Perspecta ex iis, quae dixi, bibliothecae Avenionensis configuratione externa, situ nimirum et dispositione librorum, restat, ut interiorem quoque consideremus conformationem, faciem ut ita dicam litteratam et proprietatem, atque investigemus, quibus potissimum constiterit libris et quo consilio imprimis ipsi fuerint selecti.

Ad eam rem rite aestimandam, duas in bibliothecis formandis distinguamus oportet aetates; alteram medii aevi usque ad saeculum sextum decimum; alteram ab eo termino usque ad ea, quibus vivimus, tempora. Utriusque aetatis discrimen tum in inventione artis libros typis describendi, tum in renato latinorum graecorumque auctorum amore et studio consistit; quae quidem duo momenta non subito, sed pedetentim eas, quas indicavi, aetates inter se segregarunt.

In priori aetate bibliothecarum facies erant in continuo, ut ita dicam, fluxu et cum ipso tempore progrediebantur et variabantur. Alia enim omnino erat facies bibliothecae constitutae saeculo duodecimo, alia tertio decimo; quin etiam alia tertio decimo ineunte, alia exeunte. Idem plane ex iisdem causis etiam in altera recentiori aetate obtinet in bibliothecis librorum typis descriptorum, quarum sui quaeque temporis notam exhibet, ita ut solis inspectis indicibus, quo quaeque tempore formata sit, facile possit statui. — Ingenia enim et gustus hominum in litteris non minus quam in artibus moribusque perpetuo moventur ac mutantur, idque ita, ut quandoque proficiant, quandoque deficiant; ac tum in illis tum in his quae ipsa quaeque aetas procreavit, iis maxime delectatur.

Aliud omnino statuendum est de collectionibus sive bibliothecis librorum manu scriptorum huius secundae aetatis post saeculum sextum decimum. — Etenim in priori quidem aetate bibliothecarum

Archiatri Pontificj, II, 152 s ubi habes indicem familiarium Pii II (1460). In quo alius dicitur episcopus Civitatis Castellae (Rodulfus sacrista), alius *dominus confessor*.

886 Müntz-Fabre, l. c, p. 136 et Pastor, *Geschichte der Päpste*, II, 310.

conditores eo maxime nitebantur, ut sui imprimis temporis auctores universos et ex antiquis eos congererent, quorum existimatio temporis diuturnitate nondum evanuerat vel revixerat. Horum librorum conquirebant exemplaria emendata quidem, sed maxime *legibilia.* Quare recentiora antiquioribus *litterâ* sive *notâ* antiquâ atque obsoletâ exaratis longe anteponebant. Quod quidem etiam priori tempore post renatum saeculo decimo quarto et quinto latinarum litterarum amorem obtinuit, quoad studium recensendi atque emendandi antiquorum scripta invaluit atque perspectum est, quantum momentum ad id praestandum inesset codicibus antiquioribus [887]. Qua in re hoc quoque animadvertendum est, tunc antiquiora exemplaria, etsi eorum desiderium iam prius invaluerat, nullo pacto a librariis obtineri potuisse, quippe quae in monasteriorum et ecclesiarum *armariis* religiose custodirentur, diris quibusque iis imprecatis, qui ea suis evellerent sedibus [888].

Quare neque saeculo sexto decimo, cum desiderium emendandi antiquorum scripta aversationem obsoletarum illarum, quas antiqua exemplaria exhibebant, notarum vicisset, bibliothecarum facies esset immutata, nisi paullo ante, arte typis describendi libros inventâ, libri manu exarati, cum apud vulgus multo minoris quam antea fierent, avitas sedes advenis, novâ illa arte nitide descriptis, cedere coepissent.

Ab eo tempore in conquirendis codicibus imprimis eorum antiquitas, deinde raritas quoque scriptorum in eis contentorum spectabantur. Quae duo momenta, cum tota hac altera aetate non sint immutata, effecerunt, ut omnes bibliothecae tunc potissimum constitutae vel magnâ sui parte auctae fere eiusdem sint conformationis. Variabantur enim fere ex eo solum, quod ex earum conditoribus alii aliis et divitiis et auctoritate in congerendis pro suo ingenio codicibus erant efficaciores, atque priores posterioribus maiores et frequentiores eos coemendi nacti essent opportunitates. Non tamen nego, etiam in his unius aetatis bibliothecis praeter notam omnibus communem pro temporum et regionum

[887] De hoc studio recensendi auctores v. VOIGT G., *Wiederbelebung des classischen Alterthums* ², II, 385 *s*.

[888] V. KIRCHOFF A., *Die Handschriftenhändler im M. A.* ². Leipzig 1853; VOIGT, l. c., I, 399, 405; WATTENBACH, *Schriftwesen im M. A.* ², pp. 452 *s.*, 457 s., 465 *s*.

varietate aliquas observari differentias, quas accuratius vestigare nihil nostra interest.

In his, quae hucusque dixi, complura iam de conformatione bibliothecae Avenionensis significavi, utpote quae ad priorem earum, quas distinxi, aetatum pertineat. Facile enim ex illis perspicitur, plane alterius eam fuisse rationis, atque exempli gratia bibliotheca Vaticana saeculi septimi decimi. Nam nihil in illa erat codicum saeculo duodecimo antiquiorum, in quibus huius bibliothecae pretium consistebat atque ornamentum. Continebat enim Avenionensis bibliotheca, ut reliquae prioris aetatis, imprimis scripta eius, in quo constituta est, temporis; praeterea antiquiorum scriptorum recentia exemplaria, fere saeculo tertio decimo et decimo quarto exarata.

Sequitur, ut inter ipsas prioris aetatis bibliothecas Avenionensem pressius circumscribam. Quod ut facilius praestem, etiam in hac aetate, maxime post saeculum tertium decimum duas distinguamus oportet bibliothecarum classes. Alterius enim conformationis erant tunc bibliothecae principum ac nobilium, alterius illae ecclesiasticorum virorum apud ecclesias, in studiorum collegiis, aedibus coenobitarum constitutae. Nam inde fere a saeculo tertio decimo primum in Gallia, deinde in Italia principes viri paullatim animos ab armis et venatione ad litterarum studia converterunt, ac suas sibi coeperunt constituere bibliothecas. Harum initia in Gallia Leopoldus Delisle in praeclara, quam texuit, bibliothecae Parisiensis historia [889], a s. Ludovico IX (1226-1270) repetit, ex quo litterarum librorumque amor in omnes fere suae stirpis reges et principes dimanavit. — Deinde in Italia, imprimis saeculo quinto decimo, ortae sunt bibliothecae Vicecomitum-Sfortiorum Ticini [890], Gonzagiana Mantuae [891], Malatestiana Caesenae [892],

[889] *Cabinet des mss. de la bibliothèque nationale de Paris*, I, 6.

[890] (D'Adda Gir.), *Indagini storiche, artistiche e bibliografiche sulla libreria Visconteo-Sforzesca del castello di Pavia.* Milano 1875-79 et Magenta C., *I Visconti e gli Sforza nel castello di Pavia e loro attenenze con la Certosa e la storia cittadina.* Pavia 1883, I, 113, 226, 344; Delisle, *Cabinet*, I, 125-140.

[891] Braghirolli, *Inventaires des manuscrits en langue française possédés par Francesco Gonzaga † 1407* in *Romania* IX (1880), 497-504.

[892] Zazzeri, *Su i codici e libri a stampa della biblioteca Malatestiana di Cesena.* Cesena 1887; Muccioli, *Catalogus codd. mss. Malatestianae Caesenatis bibliothecae.* Caesenae 1780; Martin A., *Les mss. grecs de la bibliothèque Malatestiana di Cesena* in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, II, 224 s.

Estensis Ferrariae [893], Urbinas [894], Medicea Florentiae [895], regum Aragoniae Neapoli [896]; quin etiam in Hungaria Matthiae Corvini [897].

Nota harum bibliothecarum propria, qua ab illis virorum ecclesiasticorum distinguuntur, imprimis in *romantiis* id est in libris lingua vulgari conscriptis [898] consistit; quorum librorum copia maxime saeculo decimo quarto et quinto decimo plurimum crevit. — Praeterea abundabant illae bibliothecae libris levioris notae: astrologiae, venationis, scriptoribus fabularum et poetis atque aliis id genus, qui apud ecclesiasticos raro inveniuntur [899]. — Denique nobilium virorum codices multo quam horum erant ornatiores, *historiati*, *illuminati*, sericis pannis cooperti, aureis argenteisve *firmaliis* ac pretiosis *ostensoriis* instructi.

Quae dixi, facile perspiciet, qui vel obiter indicem bibliothecae Avenionensis cum indice bibliothecae regum Galliae Caroli V (1364-1380) et Caroli VI (1380 1422) contulerit, quae fere eodem tempore atque in eâdem regione, quibus illa, nata est et adolevit. In 1239 voluminibus, quae ab anno 1373 ad annum 1424 in hanc illata sunt, 136 spectabant ad astrologiam ac reliquas scientias, quas *occultas* vocabant, fere 200 ad fabulatores et poetas; denique plus quam tertia illorum voluminum pars lingua vulgari

893 Rajna, *Ricordi di codici francesi posseduti dagli Estensi nel secolo XV* in *Romania* II (1873), 49-58 et Carbonieri, *Cenni storici della R. Biblioteca Estense.* Modena 1872.

894 Guasti C., *Inventario della Libreria Urbinate compilato nel sec. XV da F. Veterano, bibliotecario di Federigo I da Montefeltro, duca d'Urbino* in *Giornale storico degli Archivi toscani* (1862-63) VI, 127-147; VII, 46-55, 130-154 et Schmarsow, *Melozzo da Forlì.* Berlin 1886, pp. 81-94.

895 Bandini A. M., *Lettera sopra i principj e progressi della biblioteca Laurentiana.* Firenze 1773; Piccolomini E., *Intorno alle condizioni ed alle vicende della biblioteca Medicea privata* in *Archivio storico italiano*, serie 3ª, (1874-75), XIX-XXI; Müntz E., *Les collections des Médicis au XV siècle.* Paris 1888.

896 Delisle, *Cabinet des mss. de la bibliothèque nationale de Paris.* I, 218 s; 497-504. Mazzatinti G., *La biblioteca Aragonese di Napoli* in *Bollettino uffiziale dell' Istruzione*, XIII (1887); Toribio del Campillo in *Revista de Archivos, Bibliotecas y Museos*, IV, V (1874-75).

897 Abel E., *Die Bibliothek des Königs Matthias Corvinus* in Hunfalvy, *Litterarische Berichte aus Ungarn.* Budapest 1878, Bd. 2, Heft 4.

898 *Romantia* enim saeculo decimo tertio et decimo quarto tam in Italia quam in Gallia non ii tantum dicebantur libri, qui fabulas illas fictasque continebant narrationes, sed libri omnes in linguâ vulgari (in Romantio) conscripti. Hinc paullo ante p. 60, n. 291 habes *Romantium beati Francisci*, opinor librum, cui titulus: *Fioretti di s. Francesco d'Assisi* et in antiquis indicibus recensentur *Decretales in Romancio* etc.

899 Inveniuntur, at fortasse haereditate accepti, in *Extrait de l'inventaire de la succession de Iean de Saffres, chanoine de Langres, 1365* in *Bulletin archéologique publ. par le comité historique des arts et monuments*, IV, (1846-48), 329-336.

erat conscripta. — At in bibliotheca Avenionensi Romanorum Pontificum anno 1375 quatuor solum erant libri lingua gallica vel castellana compositi; nihil penitus astrologiae, necromantiae aliarumque id genus superstitionum; ex poetis latini tantum melioris notae; paucissima denique recensentur volumina curiosius *illuminata*, vix ullum *historiatum*. — Quare in ea bibliotheca religiose eas leges observatas videmus, quas de bibliothecis ecclesiasticis concilia et ordinum religiosorum sanxerant constitutiones [900].

Restat, ut eam, de qua disputamus, bibliothecam segregemus etiam a bibliothecis ecclesiasticis. Etenim in ipsis quoque fieri non potuit, ut cum aliae aliis inservirent usibus, praeter notam omnibus communem aliquas non exhiberent differentias. Ac profecto paullo alterius conformationis sunt bibliothecae, quas capitula ecclesiarum cathedralium sibi comparabant, alius monachorum, alius ordinum mendicantium, alius denique collegiorum in *studiis generalibus* constitutorum. — Cum enim omnes hae bibliothecae exhiberent interpretes s. Scripturae, ss. Patres, aliquid

[900] Cur potissimum poetae in lingua vulgari conscripti, etiamsi per se essent optimi, e bibliothecis Mendicantium exsulare iuberentur, comperimus e statuto capituli provincialis ordinis Praedicatorum anno 1335 Florentiae celebrati: « Item ut fratres nostri ordinis theologie studio plus intendant, in hac parte nostris constitutionibus « inherentes prohibemus districte fratribus universis, minoribus et antiquis, quatenus poeticos libros sive libellos [per illum], qui Dante nominatur, in vulgari compositos, nec tenere nec in eis studere audeant; contrarium facientes, cum ad « prelatos eorum pervenerit, volumus libris predictis per ipsos ex vi presentis statutis privari; mandantes prelatis eisdem, quod si qui ordinationis huiusmodi inventi fuerint transgressores, sine mora priori provinciali studeant nuntiare. » V. cod. 326, 7, XXXVII Magliabechianum in BIBLIOTHECA NATIONALI FLORENTINA, f. 69*b* et cf. MASETTI, *Monumenta et antiquitates veteris disciplinae ordinis Praedicatorum ab an. 1216 ad an. 1348*. Romae 1864, I, 128. — Praeterea cf. B. HUMBERTI DE ROMANIS, *Opera de vita regulari ed.* I. BERTHIER O. P., tom. I, p. 448. *Expositionis regulae b. Augustini*, cap. IV, § 149: *De reprehensibilibus circa libros*. Similem tractationem *de superbia librorum* habes in DELISLE, *Cabinet des mss.*, III, 378.

In constitutionibus ordinis Minorum anno 1334 vulgatis legimus: « Nec libri ad « conventum aliquem pertinentes, distribuantur vel alienentur, sed de ipsis muniantur plene « conventus, ita quod de grammatica, dialectica, philosophia et theologia « habeantur in ipso conventu libri duplicati vel amplius multiplicati secundum magnitudinem, numerositatem, conditionem et statum cuiuslibet conventus. » V. *Chronologia historico-legalis ordinis fratrum Minorum*. Neapoli 1650, tom. I, p. 53, cap. XI. Iam antea statum erat: « quod nullus frater opiniones Alchimie aut alias quascunque « opiniones doctrinarum vel artium suspectarum, que in publico non « docentur aut ab ecclesia reprobate sunt, addiscere, exercere vel docere, seu « libros seu scripturas continentes talia scienter retinere presumant. » Cf. cod. Ottobonianum 15 in BIBL. VATICANA, f. 82*b*.

theologiae atque iuris, parum philosophiae et historiae; tamen apud ecclesias cathedrales praevalebant libri utriusque iuris, apud monachos ss. Patres et libri ascetici, apud Mendicantes theologia, quam scholasticam vocant, philosophia et *sermones;* in studiorum collegiis, quorum pleraque ad studia iuris canonici aut theologiae erant destinata, aut huius aut illius disciplinae libri maiori erant numero.

Iam vero bibliotheca Romanorum Pontificum Avenionensis, etsi modo fere aequali omnes disciplinas ecclesiasticas comprehendebat, propius tamen ad eam accedebat conformationem, quam ordinum Mendicantium ac collegiorum studio theologiae addictorum bibliothecae prae se ferunt. Continet enim non minus quam bibliothecae ecclesiarum cathedralium et monachorum, scriptorum iuris canonici et ss. Patrum copiam permagnam; at illas longe superat libris theologiae scholasticae et philosophiae, in quibus nota propria bibliothecarum ordinum mendicantium atque eorum, quae dixi, collegiorum consistit. Cum his numerum quoque praegrandem sermonum communem habet. Quae bibliothecae Romanorum Pontificum cum illis convenientia facile ex eo explicatur, quod utraeque iisdem destinatae fuerint usibus.

Quod ut accuratius perspiciatur bibliothecam Avenionensem paullisper cum ea conferamus, quae et conformatione et copia librorum proxime ad illam accedebat, cum bibliotheca inquam collegii de Sorbona; praeter hanc enim et Avenionsem nullam nactus sum saeculi quarti decimi bibliothecam, cuius index plura quam mille exhiberet volumina [901].

Bibliotheca igitur inclitae huius *domus,* quae distinctis verbis *pro pauperibus magistris Parisius in theologica facultate studentibus* circa annum 1257 est constituta, anno 1290 continebat 1017 volumina [902]; usque ad annum vero 1338 ita creverat, ut in indice eo anno confecto 1722 recenserentur, ex quibus 1090 in *parva libraria* asservabantur, fere 300 in magna tenebantur *incatenata,*

[901] Perperam enim A. THOMAS, de bibliotheca Caroli V regis Galliae, de qua paullo ante dixi, asserit: « Aujourd'hui grâce aux catalogues, qui nous sont parvenus, nous pouvons « affirmer sans crainte, que ce prince avait réussi à rassembler la plus nombreuse et « la plus belle collection de manuscrits, qui existât alors en Europe. Vers « la fin de son règne, il ne possédait pas moins de douze cents volumes. » V. *Mélanges d'archéologie et d'histoire,* 1881, p. 259.

[902] V. DELISLE, *Cabinet des manuscrits de la bibliothèque nationale de Paris* III 71.

circa 300 alia ex *libraria parva* aut erant dilapsa aut *sociis domus* commodata [903]. Quis voluminum numerus in Sorbona reconditorum exeunte eo saeculo fuerit, non liquet, cum praeter recensionem anni 1338 nulla alia ex eo vel saeculo proxime sequenti nobis suppetat [904]. Quare dubii haeremus, Sorbonicae an Avenionensi bibliothecae sit saeculo quarto decimo exeunte, si numerum librorum spectaverimus, tribuendus principatus.

Si vero librorum genera consideraverimus, eadem fere utraque bibliotheca exhibet. Nihilominus Avenionensis Sorbonicam vincit copiâ librorum iuris; praeterea unam alteramve librorum classem usibus curiae speciali ratione aptorum habebat ita copiosas, ut propria inscriptione essent distinguendae, ut libros *de erroribus haereticorum, de Terra Sancta, de potestate ecclesiastica, de ceremoniis* [905], qui in Sorbona rari erant.

Iam quo facilius primo quasi conspectu percipiatur, quid librorum de unaquaque disciplina fuerit in bibliotheca Avenionensi, brevi eos compendio, apte collectos ac distinctos comprehendam.

Ss. Patres et scriptores antiquiores: Ailredus Rievallensis, Alanus de Insulis, Alcuinus, s. Ambrosius, Ambrosius Autbertus, s. Anselmus Cantuariensis, Andreas de s. Victore, s. Augustinus; - s. Basilius, s. Beda, s. Benedictus, Berengarius, s. Bernardus, Boetius, s. Bruno Signiensis; - s. Caesarius, s. Calixtus, Cassiodorus, s. Clemens, s. Cornelius, s. Cyprianus, s. Cyrillus; - Dionysius Areopagita; - Ennodius, s. Ephrem, Ernaldus Bonaevallis, Eusebius Caesariensis; - s. Fulgentius, - s. Gelasius, Gennadius, s. Gregorius Nazianzenus, s. Gregorius Nyssenus, s. Gregorius Magnus; - Haimo Halberstadensis, s. Hieronymus, s. Hilarius, Hildebertus Cenomanensis, Honorius Augustodunensis, Hugo a s. Victore; - s. Ignatius, Innocentius III, Ioachim Abbas, Ioannes Cassianus, s. Ioannes Chrysostomus, s. Ioannes Damascenus, s. Isidorus, s. Iulianus Toletanus; - Lactantius, s. Leo; - s. Macarius, Martinus Bracarensis, Methodius; - Origenes, Orosius; - Paschasius Rathbertus, Paterius, Petrus Blesensis, s. Petrus Chrysologus, Petrus Comestor, s. Petrus Damianus, Petrus de Riga, s. Polycarpus, s. Prosper; - Rabanus Maurus, Remigius Autisiodorensis, Richardus a s. Victore; - Sedulius, Sulpitius Severus; - Thomas Vercellensis; - Vigilius Tapsensis, Warnefridus Strabo, Zacharias Chrysopolitanus.

903 V. Delisle, l. c., I, 180, not. 4, 182.

904 Exeunte saeculo proxime elapso erant in Sorbona, praeter codices cardinalis Richelieu collegio sententiâ Parlamenti addictos, 1575 volumina manuscripta; V. Delisle, l. c., II, 207.

905 V. paullo ante pp. 494, 525, 546, 547, 558.

Interpretes s. Scripturae: Aegidius de Columna, b. Albertus Magnus, Armandus de Bellovisu, Augustinus de Ancona, Benedictus XII, Dominicus Grima, Guido de Terrena, Ioannes Bacon, Marchesinus de Regio, Nicolaus Gorham, Nicolaus de Lira, Nicolaus Trivet, Petrus Ioannis Olivi, Petrus Lombardus, Philippus de Greve, Stephanus Langton, s. Thomas de Aquino.

Summae theologiae et interpretes ll. Sententiarum: b. Albertus Magnus, Alexander de Hales, s. Bonaventura, Gerardus de Bononia, Guilelmus Autissiodorensis, Guillelmus de Ware, Henricus de Gandavo, Hugo a s. Charo, Ioannes Bacon, Ioannes Duns Scotus, Petrus Aureolus, Petrus Lombardus, Petrus de Palude, Petrus de Tarantasia, s. Thomas de Aquino.

Quodlibeta et quaestiones disputatae: Aegidius de Columna, Bernardus de Trillia, Eustachius, Giraudus de Abbatisvilla, Godifredus de Fontibus, Guido de Terrena, Guilelmus de Mara, Henricus de Gandavo, Henricus Herkley, Hervaeus Natalis, Iacobus de Viterbio, Ioannes de Polliaco, Petrus Aureolus, Petrus Ioannis Olivi, Richardus de Mediavilla, Sibertus de Beka, s. Thomas de Aquino.

Contra errores haereticorum: Aegidius de Columna, Alanus de Insulis, Barlam, Benedictus XII, Bernardus Oliverius, Clemens VI, Hugo Ethereanus, Nicolaus Eymerici, Petrus Alfunsi, Petrus Grossolanus, Porchetus, Raimundus Martin, Richardus Armacanus.

De paupertate religiosa: Bertrandus de Baiona, s. Bonaventura, Benedictus XII, Clemens VI, Giraudus de Abbatisvilla, Guido de Terrena, Guilelmus de s. Amore, Henricus de Carreto, Ioannes de Neapoli, Ioannes Peckham, Nicolaus Minorita, s. Thomas de Aquino.

De potestate ecclesiae: Aegidius de Columna, Alexander de s. Elpidio, Alvarus Pelagii, Augustinus de Ancona, Hermannus Schildiz, Petrus de Lutra.

Libri morales et ascetici: Abbas s. Andreae, Albertanus de Brixia, Arnaldus Terreni, Bernardus Silvester, s. Bonaventura, Gerardus Leodiensis, Ioannes Belet, Ioannes de Tambaco, Petrus de Ciperia, Simon de Cassia, Thomas Cantimpratanus, Thomas de Hibernia, frater Ulricus.

Tabulae et promptuaria: *De Abstinentia*, Alexander, Andreas de Curtili, Arnaldus de Prato, Bartholomaeus de Carusis, Bartholomaeus de Glanvilla, *Colligite fragmenta*, Gualterius Pictaviensis, Guido Vincentinus, Ioannes Gallensis, Ioannes Rigaldi, Ioannes Sernamontis, Gregorius de Bergolio, Mauritius, Nicolaus Biard, Nicolaus Gorham, Nicolaus de Hanapis, Petrus Berchorius, Robertus de Bardis. *Sertum florum*.

Sermones: Armandus de Bellovisu, Augustinus de Ancona, Benedictus XII, Bertrandus de Turre, Clemens VI, Ernaldus Bonaevallis, Geraldus Odo, Gilbertus de Tornaco, Guido Ebroicensis, Iacobus de Lausana, Iacobus de Voragine, Ioannes XXII, Ioannes de Abbatisvilla, Nicolaus de Aquavilla, Omnibonus, Petrus de Bruniquello, Petrus de Capella, Petrus Lombardus, Petrus de Sicilia, Philippus de Greve.

Libri iuris: Abbas Antiquus, Aegidius de Fuscarariis, Alanus de Insulis, Astensis, Bagaiotus, Bartholomaeus de Brixia, Bartolina, Berengarius Biterrensis, Bernardus de Aligniaco, Bernardus Compostellanus, Bernardus Parmensis, Brocardica, Dinus de Mugello, Genselinus de Cassanhis, Geraldus de Piscario, Goffredus de Trano, Guido de Baisio, Guilelmus Durantis Senior et Iunior, Guilelmus de Mandagoto, Guilelmus de Montelauduno, Henricus de Segusia, Hugucio, Innocentius IV, Ioannes Andreae, Ioannes de Blanosco, Ioannes Calderinus, Ioannes Monachi, Lapus, Laurentius, Lombarda, Monaldus, Petrus de Aliena, Petrus Bonetus, Petrus de Braco, Petrus de Onzula, Petrus Quesvel, Petrus de Salinis, Petrus de Sampsone, Petrus de Bellapertica, Raimundus de Pennaforte, Raimundus de Salgueto, Tancredus de Bononia, Thomas Cabham, Vincentius Hispanus.

De philosophia: Aegidius de Columna, b. Albertus Magnus, Algazel, Aristoteles, Averroes, Eustratius, Gervasius Tilberiensis, Gualterus Burley, Guilelmus de Conchis, Guilelmus de Lewis, Guilelmus Ockham, Gundisalvus, Ioannes Sarisberiensis, Petrus Hispanus, Porphyrius, Robertus Grosseteste, Robertus Kilwardby.

Dictamina: Berardus de Neapoli, Clemens IV, Rolandinus de Passageriis, Thomas de Capua.

De historia: Baldericus Dolensis, Bernardus Guidonis, Bonavitus (?), Dares Phrygius, Eusebius Caesariensis, Eutropius, Flavius Iosephus, Gennadius, Godifredus de Viterbio, Gregorius Turonensis, Guido de Columna, Hegesippus, Iacobus Caetani de Stefaneschis, Hayton, Ioannes Aegidii, Ioannes Cavallini, Ioannes de Osnabrug, Marinus Sanutus, Martinus Polonus, Mirabilia urbis Romae et Constantinopoleos, Odoricus de Portunaono, Ptolemaeus de Luca, Richardus Pictaviensis, Rufinus, Sicardus Cremonensis, Sigibertus, Turpinus, Victor Vitensis, Vincentius Bellovacensis.

De medicina: Avicenna, Constantinus, Franciscus de Senis, Galenus, Ioannes Nazareth, Rasis, Ioannes Serapion, Rogerius de Paronio.

Auctores latini: (Aesopus), Adam Anglicus in Marcianum Capellam, Capella Marcianus, Cato Censorinus, Cicero, Dionysius de s. Burgo in Valerium Maximum, Festus Pompeius, Florus, Guido de Marchia in Ciceronem, Horatius, Ioannes Boccacius, Titus Livius, Lucanus, Macrobius, Nicolaus Trivet in Livium et Senecam, Ovidius, Palladius, Petrus Crescentii, (Plato), Plinius, Seneca, Solinus, Suetonius, Trogus, Valerius Maximus, Vegetius, Virgilius.

De astronomia: Alfraganus, Alkindus, Arzachel, Leo de Balneolis, Marchianus, Ptolemaeus.

De trivio et quadrivio: Aegidius de Columna, Aegidius Zamorensis, Alexander de Villa Dei, Hugucio, Ioannes Balbi, Placidus Fabri, Priscianus, Sion, Theobaldus, Ventura.

Restat, ut legentium mentes ad ea intendam, quae in bibliotheca peculiari attentione digna sunt.

Ex interpretibus s. Scripturae nullius tot recensentur volumina, quot Nicolai de Lira. Ac profecto is tunc successerat in locum, quem in bibliotheca Bonifatiana tenuerat Hugo a s. Charo. Haud pauca etiam occurrunt exemplaria Dominici Grimae et Armandi de Bellovisu, omnino rara. Ii enim eo tempore in palatio Avenionensi sacras tradebant litteras.

Inter ss. Patres s. Augustinus, si voluminum copiam spectemus, ut fere in reliquis antiquioribus bibliothecis, tenet principatum; quippe qui et ob scriptorum multitudinem ac varietatem et ob doctrinae ac dictionis praestantiam, maxime ante ortam theologiam scholasticam, in scholis quasi solus regnabat. Verum etiam in reliquis Patribus colligendis Pontifices singulari usi sunt diligentiâ, ita ut eorum bibliotheca in hac parte fere omnium eius aetatis esset copiosissima. Ex Patribus Graecis plurima eo tempore nondum erant latinitate donata.

Ut inter Patres s. Augustinus, sic inter theologos longe eminet s. Thomas de Aquino, cuius in indice anni 1375 numerantur 105 volumina. Id procul dubio imprimis inde factum est, quod s. Doctor a pontificibus eius temporis in singulari haberetur honore. Quod de Ioanne XXII quidem non est dubium, quippe qui eum anno 1323 sanctorum catalogo inscripserit. Atque ea occasione confectum ac Pontifici oblatum esse opinor eximium illud operum ipsius exemplar, quod *notâ* illa, quam *grossam* vocabant, modo plane aequali in plus quam quindecim voluminibus praegrandibus est exaratum, e quibus quatuordecim reperi in bibliotheca Vaticana [906]. — Haud minoris s. Doctorem faciebant Benedictus XII et imprimis Clemens VI, qui, cum circa an. 1321 suas Parisiis *determinaret* quaestiones, doctores antiquiores ac praecipue s. Thomam tuebatur. Innocentius VI demum s. Doctorem in sermone saepius typis descripto summis celebravit laudibus.

De delectu reliquorum theologorum hoc quoque observandum est, ex commentationibus Petri Lombardi fere solos antiquiores exhiberi, et ex recentioribus sive Nominalibus priores tantum. Non ausim tamen affirmare, certo penitus consilio recentiores esse exclusos. Id enim fortasse etiam ex eo contigit, quod, cum ea

[906] V. paullo ante p. 303, not. 111. Plura etiam coemit Ioannes s. Doctoris volumina, v. l. c., pp. 145, 147.

bibliotheca ex *spoliis* praelatorum decedentium potissimum augeretur, ac praelati eos potissimum apud se haberent auctores, quos adolescentes in *studiis generalibus* adamaverant, tempore Urbani V vix ulli ex recentioribus Nominalibus eâ viâ poterant in palatium Avenionense irrepsisse. Atque hoc omnino in delectu etiam reliquorum scriptorum illi bibliothecae illatorum aestimando probe est spectandum.

Ex quaestionibus theologicis perrarae sunt illae fratris Eustachii, Giraudi de Abbatisvilla, Guidonis de Terrena, Guilelmi de Mara, Henrici Herkley, Ioannis de Polliaco, Siberti de Beka.

Alio loco [907] demonstravi, scriptorum Petri Ioannis Olivi in nulla bibliotheca, – si res aestimetur ex indicibus, qui nobis suppetunt, – tantam fuisse copiam, quanta in Avenionensi; quam eâdem ratione, qua illa 116 volumina hebraica [908], congestam et bibliothecae illatam esse arbitror. Ut enim haec e manibus Iudaeorum, sic illa e bibliothecis *conventuum* erepta sunt, ne quid ex eis mali vel dedecoris in populum christianum dimanaret.

Haud eadem ratione opinor collectam esse in palatio Avenionensi insignem illam copiam operum tum genuinorum tum spuriorum Ioachimi, famosi illius vatis et abbatis s. Ioannis in Flore, quâ maiorem in nulla bibliotheca, nulloque indice sum nactus [909]. Etenim ipse Clemens VI aliquod eorum exemplar sibi fecit exarari [910]. Praeterea, ut reliquorum ss. Patrum et antiquiorum auctorum, sic et Ioachimi scripta in unum aliquod caput collecta, propria distincta sunt inscriptione. — Denique observanda est mentio tractatus Ioachimi *de unitate trinitatis, quae sit differentia inter nomina essentialia et nomina relativa*, quae in utraque recensione occurrit [911]. Fuerunt enim, qui negarent, Ioa-

[907] In commentatione, cui titulus: *Petrus Iohannis Olivi, sein Leben und seine Schriften* in Denifle-Ehrle, *Archiv*, III, 409-552, imprimis, p. 460.

[908] V. paullo ante p. 398, nn. 1512, 1513. — Simili ratione bibliothecae quoque regum Galliae an. 1372 et 1397 haud parva copia librorum hebraicorum est adiuncta; v. Delisle, *Cabinet des mss.*, I, 48.

[909] Notitia enim complurium scriptorum, quae in plerisque libris inter opera Ioachimi spuria recensentur, imprimis hausta est ex codice monasterii s. Fidis prope Caesaraugustam. Iam vero satis est certum, hunc codicem pro Clemente VI an. 1348 exaratum, ex bibliotheca Avenionensi Paniscolam et inde ad monasterium illud esse asportatum. V. de Visch, *Bibliotheca SS. ord. Cisterc.*, p. 173 et quae dixi in Wetzer-Welte, *Kirchenlexicon* [2], VI, 1475.

[910] V. paullo ante pp. 163, 165.

[911] L. c., pp. 314, 512.

chimum errores de trinitate a Concilio Lateranensi condemnatos tractatu aliquo proprio exposuisse, ac sententiam concilii censerent, locum aliquem libri *Psalterii decem cordarum* unice spectasse [912]; cuius contrarium puto ex illis locis manifestum esse [913].

Porro observandus quoque est numerus permagnus commentationum de duabus illis controversiis de paupertate religiosa et de paupertate fratrum Minorum, tanto animorum motu, medio saeculo tertio decimo Parisiis et ineunte decimo quarto Avenione agitatis.

Dixi 116 codices hebraicos, non ut ss. litterarum studio inservirent, sed ut asservarentur, in bibliotheca esse reconditos. Graecarum quoque litterarum studium saeculo quarto decimo minus quam decimo tertio apud philosophos et theologos videtur viguisse [914]. Dum enim in bibliotheca Bonifatiana 33 codices graeci recensentur, exstant in Avenionensi tantum sex.

Inter iuris peritos quoque aliqui inveniuntur rariores, ut Bagaiotus, Geraldus de Piscario, Ioannes de Blanosco, Petrus de Aliena, Petrus Bonetus, Petrus de Braco, Petrus de Onzula, Petrus de Salinis, Petrus de Bellapertica, Raimundus de Salgueto, Vincentius Hispanus.

Vestigium aliquod renati amoris litterarum latinarum habes in duobus egregiis codicibus, in quibus collectio pro eo tempore omnino insignis orationum Ciceronis continebatur. In bibliotheca Bonifatiana non suppetebant nisi rhetorica et disputatio de officiis, quorum crebra exemplaria etiam in antiquis bibliothecis occurrunt [915].

[912] V. *Psalterium decem cordarum*, ed. Venetiis 1527, f. 230 *b s.*

[913] V. quae hac de re dixi in Wetzer-Welte, l. c., c. 1474; — praeterea cf. Denifle, *Handschriftliche Überlieferung der Werke Ioachims* in Denifle-Ehrle, *Archiv*, I, 96.

[914] Plures etiam e theologis saeculo tertio decimo Graece scivisse, quam plerique agnoscunt, habes in Denifle, *Die Handschriften der Bibel-Corrrectorien des 13 Iahrhunderts* in Denifle-Ehrle, *Archiv*, IV, 595 *s.*

[915] Quaenam ex scriptis Ciceronis eo tempore essent obvia, quae rara, quaeque etiam tunc penitus in bibliothecis laterent, accurate inquisivit Hortis A., *M. T. Cicerone nelle opere di Petrarca e del Boccaccio, ricerche intorno alla erudizione classica nel medio evo* in *Archeografo Triestino*, tom. VI, fasc. 1, 2. Trieste 1878, p. 42 *s.*; cf. Voigt G., *Die handschriftliche Überlieferung von Ciceros Briefen* in *Berichte der Kgl. Sächsischen Gegesellschaft der Wissenschaften* 1879. — Ex his inquisitionibus plane constat, iure ac merito in recensione anni 1369 significari, in illo volumine contineri *libros Tulii multos, qui raro inveniuntur*; cf. paullo ante pp. 286, n. 29; 541, n. 1345.

Restat, ut inquiramus, fueritne bibliotheca Avenionensis ita privata pontificis, ut reliquis omnibus, exceptis fortasse officialibus curiae, esset clausa. Inde enim non parum eius existimatio pendet. — Qua in re imprimis est animadvertendum, saeculo quarto decimo bibliothecas omnes, sive in ecclesiis cathedralibus, sive in monasteriis ordinum antiquiorum, sive in coenobiis fratrum mendicantium sive in studiorum collegiis, sive in aedibus principum essent collocatae, privatas potius quam publicas fuisse. Hoc tamen non ita dico, ut negem, eas non solis illarum, in quibus constitutae erant, aedium sociis fuisse apertas; sed privatas voco, quod non externis aeque atque internis, sive non universis viris doctis paterent. De bibliotheca enim, quae hac ratione esset publica, eaque Venetiis constituenda, primus eo saeculo Franciscus Petrarca, clarissimus ille poeta, cogitasse videtur, licet Venetorum socordia res non sit perfecta [916]. Itaque priores eius generis bibliothecae saeculo demum quinto decimo ineunte sunt conditae; et aliae quidem a principibus, ut Medicea apud s. Marcum Florentiae c. an. 1441, quam quidam primam omnium fuisse opinantur [917]; aliae a civibus, ut Aquis in Provincia an. 1418, Ulmae an. 1435 et Norimbergae an. 1445 in Germania [918]; denique omnium celeberrima in palatio Vaticano a Nicolao V et Sixto IV.

Verum, ut paullo ante monui, illae ipsae bibliothecae privatae saeculi decimi quarti, licet non omnes eadem plane ratione, etiam ab externis quandoque poterant frequentari. Id imprimis de plerisque studiorum collegiis, potissimum vero de Sorbonico ex ipsis bibliothecae legibus manifestum est [919]. Praeterea etiam ex princi-

[916] Petrarca F., *Lettere delle cose famigliari volgar. da* G. Fracassetti, *Lettere varie* n. 43, tom. V, p. 573 *s.*; ubi pp. 576, 577 habes litteras Petrarcae, quibus id offert senatui Venetiano et responsum ipsius senatus; praeterea cf. Voigt G., *Die Briefsammlungen Petrarcas und des Venezianischen Staatskanzler Benintendi* in *Abhandlungen der Kgl. bayr. Akad. der Wissenschaften*, III Cl. XVI Bd., III Abth. (1882), pp. 30, 49 *s.* et Körting G., *Petrarcas Leben und Schriften*, p. 361 *s.*

[917] Voigt G., *Wiederbelebung des classischen Alterthums* ², I, 408.

[918] Edwards E., *Free town libraries, their formation, management and history in Britain, France, Germany and America.* London 1869, pp. 2 *s.*, 224, 240 *s.* et Wattenbach, *Schriftwesen im Mittelalter* ², pp. 481 *s.*, 507 *s.* — Verum, ut dicam, quod sentio, hae origines bibliothecarum publicarum nondum videntur satis accurate investigatae ac definitae.

[919] Cf. Franklin, *La Sorbonne, ses origines, sa bibliothèque* ², pp. 48, 64, 72; Delisle, *Cabinet des mss.* II, 185 *s.* — Libros quoque in monasteriis et conventibus collocatos, ut solos Parisienses memorem, externis aliquatenus praesto fuisse, habes ex Delisle, l. c., II, 196.

pum bibliothecis, licet praecipue ipsius principis suorumque parentum, familiarium amicorumque usibus essent destinatae, his tamen intercedentibus, aliis quoque viris doctis quandoque concedebatur aliquid librorum. Quod quidem Delisle de bibliotheca regum Galliae, praesertim Caroli V (1364–1380), ex notis indicibus illius bibliothecae adpictis demonstravit [920].

Iam vero idem fere in concedendis libris bibliothecae Avenionensis Romanorum Pontificum obtinuisse arbitror. Hoc enim ex uno, quem hac de re nactus sum, loco probabili coniecturâ concludi posse videtur.

Petierat a Francisco Petrarca in Valle Clausa prope Avenionem tunc rusticante amicus, nescio quid carminis. Cui clarissimus ille poeta, hoc respondit fuisse in causa, quominus subito ei obsecundarit, quod ad eos versus condendos Plinii Secundi consilio opus esset, quem Italia excedens Veronae reliquisset. *Hic*, inquit, *Plinius nusquam est nec alteri, quod equidem ego noverim, nisi Romano Pontifici. Is autem, fando audisti, ab ipso mortis vestibulo, quò dudum praecipitanter accesserat, nunc pedetentim redit. Cum pervenerit ad salutem . . ., tunc Plinio eius parumper inspecto, confestim voluntati mos geretur tuae* [921].

Ex quo loco exploratum habemus, libros bibliothecae Avenionensis etiam externis quandoque fuisse concessos, ut eos parumper consulerent; at profecto non promiscue omnibus. Imo manifeste apparet, Clementem VI hac in re ita cautum fuisse, ut id, nisi ipse per se concessisset, fieri nequaquam posset.

Quare meâ quidem opinione de bibliotheca Avenionensi idem quod de reliquis regum ac principum illius temporis bibliothecis est statuendum, atque ut hae sic illa privata potius quam publica est appellanda.

Denique in aestimanda ex aequo bibliotheca Avenionensi hoc non est negligendum, litterarum studia in palatio Romanorum Pontificum, etsi ad convenientem animorum relaxationem atque ingeniorum culturam erant utilia, imo quandoque ad expedienda

[920] DELISLE, l. c., I, 43.

[921] FR. PETRARCAE, Epistolae de rebus familiaribus et variae ed. I. FRACASSETTI, lib. XII, epist. 5; tom. II, p. 182. Epistola missa die 8 m. ian. 1352 Francisco Nelli (Rinucci) priori ecclesiae ss. Apostolorum, Florentiae; cf. PETRARCA, *Lettere volg.* da G. FRACASSETTI, III, 136.

negotia omnino necessaria; non tamen ut in studiorum collegiis aedibusque religiosorum sibi tantum et litterariae exercitationi viventium, partes tenuisse primas. Universa enim curiae negotia ecclesiae administrandae erant intenta, atque in ea non iuvenes commorabantur litterarum studiis excolendi, sed viri iis egregie exculti et insuper longo rerum usu iam perpoliti. Quare in palatio non ea litterariae supellectilis abundantia est requirenda, quae in illis aedibus iure ac merito desideratur. Pro usibus igitur et necessitatibus curiae ea, quam modo expendimus, librorum copia non sufficiens tantum censenda est, sed potius locupletissima.

CORRIGENDA ET ADDENDA

Pag. 4, lin. 11 inf.: conclave *lege* conclavi.

Pag. 14, lin. 19 inf.: Ex hiis *lege* ex iis.

Pag. 14, lin. 10 inf.: Arnaldus de Falqueriis *lege* Arnaldus de Auxio, ita verius CONTELORIUS, *Elenchus S. R. E. Cardinalium* p. 20, contra CIACONIUM. Praeterea animadvertas oportet, utrumque, Theodoricum, inquam, et Arnaldum, fuisse camerarios, etiam antequam renuntiati sint cardinales.

Pag. 14, lin. 4 inf.: vom I, 1311 *lege* vom I. 1311.

Pag. 18 (cf. p 9). Non omnino vanos fuisse conatus Bertrandi Cariti et Guilelmi Dulcini an. 1326 Assisium missorum ad conquirendas res e thesauro ablatas comperimus e rationibus camerae, quae *recepta de diversis* inscribuntur. Habes eas in TABULARIO VATICANO in *Collectoriae* n. 378, f. 135*a* et in *Intr. et exit. cam. apost.* n. 19, f. 139*a*. In iis inter alia recensetur: « Anno a nativitate domini M° CCC° XXIX, die XVIII m. novembris magister Bertrandus « Cariti, archidiaconus Vaurensis, dudum sedis apostolice nuntius, una cum « fratre Guillelmo Dulcini ad partes Tucie (!) pro certis negotiis per domi- « num nostrum summum pontificem destinatis, de diversis vasis argenteis, « pecuniis, pannis cericis, libris et bonis aliis per ipsos nuncios ex diversis « causis receptis nomine prefati domini nostri pape in partibus supradictis « et aportatis ad romanam curiam per ipsum dominum Bertrandum, ab « anno domini M° CCC° XXVI° et die V m. maii, assignavit camere, ut se- « quitur: »

Ex indicibus rerum receptarum qui sequuntur, duo spectant rem nostram. « Item de bonis thesauri ecclesie Romane rapti de sacristia fratrum minorum « de Assisio et restituti per Musium domini Francisci dicti loci episcopo Tu- « dertino et per ipsum episcopum magistro Iohanni Amelii rectori ducatus « Spoletani et per ipsum rectorem traditis dicto domino B. Cariti, assignavit « camere: unam vannoam sive cultram de duobus coloribus sindonum, unum « pannum magnum de lana cum figuris, VIII cultellos magnos de mensa et « unam furquetam, II flescones de petra porfidi, II pannos de sirico pro al- « tari, unam pixidem de iaspito pro ostiis cum duobus zaphiris et duobus « granatis et uno persino (?) .... »

F. 135*b*: « Item de bonis restitutis per priorem s. Fridiani de Luca, « raptis in Lucha de thesauro Romane ecclesie: unum pedem de argento « deauratum ponderis unius marche, duarum unciarum, I carti; unum lapidem

« de zaphiro perforatum; unum flasconem argenti cum corrigia de serico, « ponderis VII marcharum, III unciarum ad pondus predictum; unam bibliam, « epistolas Pauli glosatas, problemata Alexandri, librum de claustro anime, « librum Apocalipsis glosatum, librum de civitate *[n. 19: de trinitate]* dei, li- « brum Cantica Canticorum, Constitutiones fratrum penitentie Ihesu Christi.... » Quosdam alios libros *de obventionibus pro inhobedientiis, forefactis, legatis defunctorum* provenientes habes ff. 28*ab*, 40*b*; inter alios observo f. 28*a* *unum libellum Ioannis de Blanosco.*

Pag. 23, post lin. 23 sup. adde: « 9. Item fuit apportatus . . . unus liber « scriptus in cartis de pecude, disquaternatus sive dislegatus, in quo conti- « nentur multa iura, privilegia, iurisdictiones Romane ecclesie, qui secundum « intitulationem fuit ordinatus per dominum Innocentium papam IIII, et sunt « in eo XXXII petie sive quaterni, et incipit in prima petia sive quaterno « in secundo folio: *tifex*, et finit: *omnibus.* » V. DENIFLE-EHRLE, *Archiv,* II, 97.

Pag. 29, cum n. 34 confer: Bo. 277. Item duo libri de motetis, de nota quadrata.

Pag. 34, n. 78, de hac *inquisitione contra illos, qui letati sunt, quando audiverunt, quod dominus Bonifacius mortuus erat,* v. litteras Caroli II, regis Siciliae apud GREGOROVIUS, *Geschichte der Stadt Rom* [3], V, 505.

Pag. 83 (cf. p. 122). De littera cum ditongis v. Bernardum Guidonis, qui in tractatu de conciliis de gestis Chalcedonensis synodi: *habentur*, inquit, *integre in Verona civitate, in ecclesia cathedrali, ubi ego legi in littera antiqua diftongata;* v. DELISLE, *Notice sur les mss. de Bernard Gui* in *Notices et extraits des mss.*, XXVII, 2e p., p. 302.

Pag. 96, n. 586. Architrenius poema Ioannis de Altavilla; habes illud in codd. 64 et 157 Digbeianis in Bibliotheca Bodleiana Oxonii et vulgatum in T. WRIGHT, *Anglo-Latin satirical poets*, I, 240-392.

Pag. 121, lin. 14 inf. Vix est, cur moneam, me id dicere praetermissis bibliothecis Graecorum in Italia inferiori atque in Oriente sitis.

Pag. 145, n. 7 sup.: Gr. 79, *lege:* Gr. 216.

Pag. 146, lin. 18 inf.: Ur. 382, *lege:* Pen. 382.

Pag. 147, lin. 16 sup.: Ur. 1330, *lege:* Ur. 1333.

Pag. 147, lin. 9 inf.: Raymundo Triginta librarum.

Pag. 147, lin. 4. inf.: Guilelmus de Broa † 23 m. iulii 1323, ita perperam *Gallia Christiana*, at *lege:* paullo ante diem 20 m. iulii 1324. Eo enim die transfertur Bertrandus a sede Rivensi ad Caturcensem *post obitum bone memorie Guillelmi Caturcensis episcopi, qui nuper apud sedem apostolicam diem clausit extremum*, v. REGEST. VATIC. *Ioannis XXII* (n. 77) *commun. an. 8i, pars 2a*, f. 133*b*, epist. 1409.

Pag. 150, lin. 2 inf. *lege:* Bartholomaeus de Glanvilla ord. min.

Pag. 156, lin. 3 inf.: Godefredus Rabety, *lege:* Gaufridus Isnardi, in quo corrigenda *Gallia Christiana;* cf. p. 606, not. 134.

Pag. 156, n. 25, cum libro sermonum Domini nostri cf. Gr. 798.

Pag. 172, lin. 14 sup.: Mare historiarum Ioannis de Columna ord. praed.

Pag. 174 (pp. 724, 740). Facile quis possit opinari, Ioannem Coti, episcopum Tricastinum, quem Petrarca anno 1347, si Fracassetti credimus, dicit bibliothecae Avenionensis praefectum, esse eumdem, quem scriptores Augustiniani (v. p. 740) Ioannem Lemovicensem dicunt ac ante an. 1346 eodem munere functum esse, volunt. Quare iuvabit ea, quae de Ioanne Tricastino dixi, paullo accuratius retractare.

Habemus igitur de eo in litteris, quibus die 6 m. augusti 1347 constitutus est episcopus Ventiensis (Vintia, *Vence* in Provincia): « Dilecto filio Iohanni « Coci, electo Ventiensi salutem etc. — . . . ad te ordinis fratrum Heremitarum « s. Augustini professorem, in sacerdotio constitutum ac sacre theologie ma- « gistrum, quem religionis zelo conspicuum, morum elegantia ac conversa- « tione placidum, in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum « ac aliis multiplicium virtutum meritis laudabiliter redimitum per familiarem « experientiam novimus . . . direximus aciem nostre mentis . . . Datum Avinione « VIII idus august. an. 6°. » V. Regest. Vatic. *Clementis VI* (n. 178) *commun. an. 6i, lib. 1, pars 1a,* f. 10*a*, epist. 16. — Deinde die 14 m. august. 1348 Ioannes, etiam tunc *electus* Ventiensis, id est nondum consecratus, translatus est ad episcopatum Grassensem (v. l. c., [n. 187] *commun. an. 7i, lib.* III, f. 140*b*, epist. 122) atque inde die 4 m. novemb. 1349 ad Tricastinum (v. l. c., [n. 192] *commun. an. 8i, lib. 1, pars 1a*, f. 66*a*, epist. 198), quem usque ad an. 1364 tenuit. Eo enim anno die 10 m. iulii ei successit Iacobus Artaudi et ab Urbano V ad residendum in sua sede e curia emissus est (Regest. Avenion. *Urbani V*, tom. VII, f. 118*b* et Regest. Vatic. *Urbani V* [n. 253] *indult. an. 2i*, f. 78*a*, epist. 258).

Ex his habemus, fuisse Ioannem Coci ex ordine Eremitarum s. Aug., quin etiam Clementem VI eo iam ante an. 1347 familiariter esse usum. Nihilominus, etsi Ioannes Lemovicensis idem esset, qui Ioannes Coci, episcopus Tricastinus, tamen quominus Clementi dicatur fuisse a confessionibus et praefectus bibliothecae Avenionensis, obstare videtur, quod in monumentis certis ea munera annis 1346, 1351, 1352 Petro de Bessio ord. Carm. tribuantur (v. paullo ante pp. 162, 163, 732).

Litteras Clementis VI, quas hic indicavi, cum multis aliis, quibus nonnulli ex sexcentis erroribus *Galliae Christianae* corriguntur, vulgavit Albanès, *Histoire des Evêques de Saint-Paul-Trois-Châteaux au XIVe siècle*. Montbéliard 1885, pp. 25 *s.*, 16* *s.*, 19*, not. 1.

Pag. 177, lin. 5 inf.: *lege:* pro centum et uno grossatoribus.

Pag. 183, not. 458. Cf. Zonghi A., *Le marche principali delle carte Fabrianesi dal 1293 al 1599*[2]. Fabriano 1884.

Pag. 185, not. 163, 164 *adde:* A. Vuitry, *Les monnaies sous Philippe le Bel et ses trois fils* 1285-1328 in *Compte-Rendu de l'Acad. des sciences morales et politiques* 1879 et imprimis Arbaud, *Lettre sur quelques unes des monnaies, qui avaient cours en Provence au XIVe et XVe siècles*. Digne 1851.

Pag. 194 Eadem recensio anni 1353 librorum cum spoliis thesauro illatorum invenitur in TABULARIO VATIC. etiam in *Regest. Avenion. Innocentii VI*, tom. V, ff. 208*a*-349 et tom. VII, ff. 290-425.

Pag. 194, lin. 9 inf.: *lege:* indicem an. 1411 confectum.

Pag. 196, lin. 15 sup.: *lege:* in duobus saculis.

Pag. 197, n. 4 cf. Ur. 1531; n. 7 cf. Ur. 1771; n. 9 cf. Ur. 1065; — p. 199, n. V, 4 cf. Ur. 1918, Av. 9; — p. 200, n. V, 14 cf. Ur. 1626; — p. 201, n. 18, cf. Ur. 1911; n. 37 cf. Ur. 1559; — p. 202, n. 5 cf. Ur. 1662; — p. 205, IX, 3 cf. Ur. 1710; — p. 206, XI, 6 cf. Ur. 1691; n. 12 cf. Ur. 1692; n. 13 cf. Ur. 1525; — p. 207, XII, 10 cf. Av. 462; n. 12 cf. Av. 404; XIII, 4 cf. Ur. 1654; — p. 208, n. 8 cf. Ur. 1042; n. 9 cf. Av. 206; — p. 209, n. 42 cf. Ur. 1798; — p. 211, n. 46 cf. Ur. 1660; n. 57 cf. Ur. 1516; n. 59 cf. Ur. 1684; n. 63 cf. Ur. 1064; n. 68 cf. Ur. 1144; — p. 214, n. 1 cf. Ur. 1921; — p. 216, n. 52 cf. Ur. 1854; — p. 217, n. 5 cf. Av. 407; n. 9 cf. Ur. 1584 et Spo .XL 54; — p. 218, n. 15 cf. Ur. 1119; n. 27 cf. Bu. 74; — p. 219, n. 39 cf. Ur. 2045, n. 57 cf. Ur. 1981; n. 58 cf. Av. 8; — p. 225, n. 73 cf. Ur. 1181; — p. 226, n. 82 cf. Ur. 1146; n. 91 cf. Ur. 1044; n. 101 cf. Ur. 1520; — p. 228, n. 20 cf. Ur. 1886; — p. 229, n. 55 cf. Ur. 1214; n. 56 cf. Ur. 1743 et Spo. XXII 105; n. 59 cf. Ur. 1735, Av. 577; — p. 230, n. 99 cf. Av. 229; — p. 231, n. 105 cf. Spo. XXII 56; n. 107 cf. Ur. 1517; — p. 232, n. 144 cf. Ur. 1709; — p. 234, XXIV 1 cf. Ur. 1518; n. 2 cf. Ur. 1532; — p. 237, XXXI 5 cf. Ur. 1153; — p. 239, n. 13 cf. Ur. 1968; — p. 240, n. 38 cf. Ur. 1547; n. 1 cf. Ur. 1661; — p. 242, n. 17 cf. Ur. 1604; n. 27 cf. Ur. 1716; — p. 244, n. 13 cf. Av. 199; — p. 245, n. 15 cf. Ur. 1716. — Denique moneo, reliquis numeris, qui pp. 194-246 ex indice anni 1369 (Ur.) indicantur, duos tresve esse addendos.

Pag. 204, n. 5 Haec prima verba casuum Bernardi Compostellani.

Pag. 207, lin. 5 inf. *lege:* Erat is unus.

Pag. 208, lin. 1 inf. *lege:* Petrus Quesvell ord. min.

Pag. 213, lin. 4 inf. *lege:* 1328-1348.

Pag. 217, n. XIX. In Tabulario Vatic., Collectoriae n. 168, volumen 173 foliorum exhibet: *Librum introitus* (ff. 1-108 et exitus ff. 108-173) *pecunie et aliarum rerum receptarum pro parte camere apostolice per reverendum patrem dominum Guillelmum olim Tranensem, deinde Brundusinum et Horitanum archiepiscopum et successive episcopum Casinensem apostolice sedis nuntium et collectorem generalem fructuum... in regno Sicilie citra Farum,* a die 1 m. octobris 1343 ad diem 1 m. aprilis 1349.

Iuvat ex eo libro aliqua excerpere, quibus recensio illa librorum paullo ante p. 217, n. XIX vulgata illustratur.

Qua ratione illi libri ad curiam sint transmissi, comperimus ex hoc loco:

*F. 166*a: Die vicesima secunda supradicti mensis octobris XIIIIe indictionis predicte, cum prefatus dominus collector a reverendissimis in Christo

patribus et dominis, dominis Stephano dei gratia Casinensi et Guillelmo eâdem gratia Foroiuliensi episcopis, dicti domini pape thesaurariis supradictis, in mandatis noviter recepisset, quod libros et paramenta ad dictam cameram apostolicam pertinentia, existentia penes eum, ad ipsam cameram destinaret; volens ipsorum mandatis, ut tenetur, effectualiter obedire et attendens diligenter, quod tunc ad partes Provincie in una societate accedebant decem galee et quod per eas dictos libros et paramenta poterat tute ad dictam cameram destinare, cum Antonio de Sancto Egidio de Massilia, patrono unius ex dictis galeis, de portandis usque Massiliam rebus ipsis convenit; et proinde dictus dominus collector pro dicta portatione dicto Antonio certum pretium satisfecit et solvit, prout in predicto libro expensarum factarum per ipsum dominum collectorem continetur; et in eadem galea infrascriptos libros et paramenta dicte camere poni et portari fecit ad cameram antedictam. Pro quarum rerum assignatione dicte camere facienda etiam providum virum Raymundum de Podiogitato et duos famulos cum eo specialiter destinavit. — Libri autem predicti sunt hi:

Deinde recensentur 109 volumina. Fere ea esse videntur, quae (v. paullo ante p. 217) dicuntur assignati per dominum Guilelmum episcopum Casinensem. Quare speciminis ergo quatuor priora proferam, ex reliquis vero ea sola, excerpam, quae aliquid lucis indici paullo ante vulgato afferent.

In primis: Liber unus decretalium, qui incipit in textu: *Gregorius episcopus*, et in glosis: *Gregorius in huiusmodi libri principio;* et finit in textu: *compellatur*, et in glosis: *Bernardus doctor decretorum.*

Item alius liber, qui dicitur Flores sanctorum, qui incipit in rubro: *Prologus super legendas,* et in nigro: *Universum tempus,* et finit: *excipit (l. explicit) pars tertia.*

Item liber Sextus sine apparatu, qui incipit in secundo folio: *et idem volumen*, et finit: *datum Lugduni. [Cf. Ur. 1154].*

Item liber alius apparatus Iohannis Andree super Sexto, qui incipit in rubro: *Incipit apparatus domini Iohannis,* et in nigro: *Quia preposterus et ordo,* et finit: *noviter inchoatum ....*

Item aliud (!) liber prologi fratris Iohannis Lectoris, qui incipit: *Nota quod lector,* et finit: *impulsabilis.*

F. 166 b. Item liber unus, qui incipit in rubro sive litteris rubeis: *Sermo, quem fecit dominus P. Rothomagensis*, et in nigro incipit: *Tempus tribulationis*, et finit: *secundorum.*

Item liber alius de papiru, qui incipit: *Potuit emphiteotim,* et finit: *ala sua maire, amen.*

F. 167 a. Item alius liber de papiru, qui incipit: *Prologre. Aysi commensa le palagre*, et finit: *deo gratias beate Marie.*

Item liber alius, qui incipit in rubro: *Iste est Amansor translatus,* et in nigro: *In hoc primo modo libro*, et finit: *de passionibus puerorum.*

Item alius liber, qui incipit in rubro: *Incipit expositio fratris Nicolai*, et in nigro: *Explanationem librorum*, et finit: *deus alme Iohannis.*

Item alius liber, qui incipit in rubro: *De agricultura Palladii*, et in nigro: *De preceptis*, et finit: *novembr. anno quinto.*

F. 168 a. Item alius liber, tabulatus. de littera longobarda, qui incipit in secundo folio: *rebus in tànta,* et in ultima virgula eiusdem folii incipit: *eiusdem thematis,* et in ultimo incipit: *ad petm.,* et finit in eodem: *quod omnium.*

Item quaternus summe Karoli super Longobarda, qui incipit in nigro: *Compositor,* et finit in eodem: *ff. de questionibus L,* et in ultimo incipit: *contendas,* et finit in eodem: *quod actor.*

Item liber alius de littera longobarda, qui incipit in rubro: *In nomine domini,* et in nigro: *Propter utilitatem,* et finit in eodem: *qui de religio,* et in ultimo incipit: *munda,* et finit in eodem in nigro: *sonans.*

F. 168 b. Anno a nativitate domini millesimo CCC^{mo} XLVII°, die VI m. iulii, XV indictione, pontificatus domini Clementis pape VI anno VI°, dictus dominus collector tradidit et manualiter libravit venerabili et circumspecto viro domino Bertrando de Cosnaco, priori Brive Lemovicensis, dicti domini nostri pape thesaurario, recipienti nomine camere apostolice, libros infrascriptos, existentes penes eum de bonis et spoliis collectorie sue, prout de traditione eorum constat per litteras ipsius domini thesaurarii, eius sigillo impendenti sigillatas.

Recensentur 58 volumina, ea tantum proferam, quae ita describuntur, ut in reliquis recensionibus reperiri possint:

Videlicet: 1. Quasdam decretales cum glosis ordinariis....

Item alium librum, qui incipit in nigro: *Humanum genus,* et credit, quod sit lectura Iohannis de Ficen super decretum.

F. 169 a. Item unum librum hymnorum vel soliloquiorum prophete de Christo.

Item alium librum sic intitulatum: *In nomine summe et individue trinitatis incipit prologus in summa collectionum pro confessionibus audiendis edite (!) a fratre Duranto de Campania ordinis fratrum minorum,* in quo est scriptum de aliena manu: *Iste liber est conventus Civitelle ordinis minorum Aprutinensis diocesis.*

Item alium librum compositum a fratre Thoma de Aquino, *nimirum 1^{a} 2^{ae} p., quae eidem conventui adscribitur.*

Item alium librum, qui incipit in nigro: *Utrum theologia sit scientia,* et totus liber procedit per modum questionum theologie; in principio tamen est scriptum: *Iste liber est conventus Civitelle ord. min. Aprutin. dioc.* Verum est, quod fratres dicti conventus habitis pluribus dilationibus a dicto episcopo seu collectore non poterant probare nec per testes nec scripturas dictos libros esse suos, ut asseruit idem collector.

F. 169 b. Item alium librum intitulatum in rubro: *In dei nomine misericordis incipit Grabatim Iohannis Nazaret filii Mesue medicinarum particularium,* et in nigro incipit: *Sanat solus languores deus. [Cf. Ur. 1178, Bu. 353].*

Die quarta m. decembris XV indictionis predicte Neapoli venditus fuit unus liber, qui dicitur concordantie biblie condam archiepiscopi Beneventani, qui incipit: *Cum volens,* et finit: *zephalentres*, venerabili patri domino Ildebrandino episcopo Paduano.

Denique in priori voluminis parte complura exhibentur *inventaria spoliorum,* ex quibus illi libri sunt derivati; ut f. 35*a* fratris Pauli episcopi Puteolani; inter sex eius libros habes: *Item quaternos tresdecim libri yeronicarum cum ystoriis suis,* fortasse partem eius historiae satyricae, cf. Simonsfeld in *Forschungen zur deutschen Geschichte* XV (1874) 145 *s.* Deinde f. 40*a inventarium* abbatis s. Sophiae Beneventanae, f. 45*b* Ioannis archiepiscopi Hydrontini, f. 47*a* Transmundi episcopi Alifani, f. 49*a* B. episcopi Guardiensis, f. 52*a* Rogeri archiepiscopi Barensis.

Pag. 233, lin. 2 inf. *lege:* mittitur an. 1329.

Pag. 246, n. 22 et p. 232, n. 156. Sitne Adam de Marisco ord. min.? Cf. cod. Digbeianum 221 in Bibl. Bodleiana: *Alexander Nequam super Marcianum de nuptiis Mercurii et Philologiae.*

Pag. 258, col. 2, lin. 2 sup.: Ioannis XXII *lege:* Innocentii IV.

Pag. 267, lin. 1 inf. *lege:* in *Collectoriae* n. 475.

Pag. 268, lin. 7 sup. *Aureas Sanctorum,* haec prima verba Sanctoralis Bernardi Guidonis.

Pag. 272, lin. 6, 7 sup. *lege:* penes fratrem Raimundum de Bona magistrum in theologia et confessorem; cf. p. 738.

Pag. 272, lin. 18 sup. *lege:* cardinali Cusentino.

Pag. 272, lin. 14 inf. Habes eas glossas Ioan. Andreae in Ur. 1624.

Pag. 273, lin. 13, 15, 17, Vide Codicem in Av. 8, Archidiaconum in Av. 14, Speculum iuris in Av. 7.

Pag. 276, cf. p. 24. De ratione conficiendi indices librorum animadvertenda sunt, quae leguntur in *statutis* bibliothecae Sorbonicae anni 1321: « Item « non sufficit scribere: *Talis habet talem librum, VI librarum* vel huius- « modi, nisi scribatur etiam sic in registro: *Incipit secundo folio sic vel sic,* « ne fiat fraus in commutandò librum maioris pretii in librum eiusdem speciei, « minoris tamen pretii; vel si perderetur unus melior, restitueretur peior; » « v. Franklin, *La Sorbonne*[2], p. 46 e cod. 16574 Bibl. Nationalis Paris.

Pag. 277, lin. 7 inf. *lege:* an. 1358.

Pag. 283, lin. 10 inf. Ioannes de Angicuria fungebatur munere regestratoris regestri secreti sub Urbano V; v. *Intr. et. exit. cam. apost.* 307 (1364), in cap. *de cera et extraord.* ad diem 29 Oct. et in cap. *Solutiones offic.*

Pag. 284-437:	Ur.	508	cf.	Av.	560	Ur.	758	cf.	Gr.	1276
	»	510	»	»	559	»	768	»	»	451
	»	547	»	Bu.	328	»	783	»	»	751
	»	583	»	Gr.	972	»	881	»	»	783
	»	584	»	»	1194	»	925	»	Vat.	4030
	»	588	»	»	1202	»	1098	»	Gr.	1198
	»	654	»	»	721	»	1149	»	»	740

Pag. 284-437:	Ur. 1230	cf.	Gr.	1192	Ur. 1498	cf.	Gr.	720
	» 1262	»	»	717	» 1964	»	»	1350
	» 1362	»	»	723	» 2020	»	»	730
	» 1431	»	»	707				

Pag. 325, n. 492 Summam illam, quae inscribitur *Campus florum*, habes Cantabrigiae in collegio, quod nunc Peter House (olim collegium s. Benedicti) vocant in cod. 86. Incipit: *Fulcite me floribus*.

Pag. 340, not. 226 *lege:* Gregorii cardinalis collectio canonum ll. 8 comprehensa, v. codd. 3881, 3882 Bibl. Nat. Parisiensis, Vatic. 1354. De ea post Ballerini, Theiner, *Disquisitiones criticae in praecipuas canonum et decretalium collectiones.* Romae 1836, p. 341 *s.*

Pag. 348, n. 794 cf. Gr. 450, Av. 467, Bu. 322. Continentur in eo codice quaestiones quaedam Petri Ioannis Olivi ord. min.

Pag. 358, n. 925. Habes eum codicem nunc in Bibliotheca Vaticana cod. Vatic. 4030. Continet acta causarum, quas Benedictus XII, episcopus Apamiensis 1317-26 contra haereticos instituit. Cf. aliud exemplar in Ur. 661 et v. Ch. Molinier, *Études sur quelques manuscrits des bibibliothèques d'Italie concernant l'inquisition et les croyances hérétiques du XIIe au XVIIe siècle* in *Archives des Missions scientifiques* (1888) XIV.

Pag. 364, n. 1014. Eamdem lecturam Petri de Salinis habes Oxonii in Collegio Balliolensi cod. 76 et Parisiis in Bibl. Nationali cod. 3917, cf. Denifle-Chatelain, *Chartularium univ.* Paris, I, 648.

Pag. 384, not. 399 *lege:* A Ioanne Dominici O. P., Narbonense, concinnata.

Pag. 388, not. 413 *lege:* Thomas de Mora cardinalis.

Pag. 393, n. 1431. Tractatio Simonis de Cassia (sive de Bononia) de nova civitate, quam Ossinger, *Bibliotheca Augustiniana* videtur ignorasse.

Pag. 487, n. 412. Opinor hoc esse volumen, quod Robertus de Gebennis (Clemens VII) an. 1387 dono dedit duci Bituricensi, quodque nunc Londini in Museo Britannico asservatur cod. Burney 375; cf. Delisle, *Cabinet des mss.*, III, 191, n. 257.

Pag. 503, n. 721: cf. Pen. 166.

Pag. 628, lin. 14 sup. Cf. *Intr. et exit. cam. apost.* n. 250, f. 121 *a*: « Die ultima octobris [1337] pro XXII lapidibus magnis pro faciendis yma- « ginibus portalis magni novi palatii - XXII flor. » Harum *imaginum* fit etiam mentio in Muratori, *SS. rerum ital.*, III, pars 2^a^, 806, 808.

Pag. 630, not. 235 et pag. 639, not. 266 corrigas secundum ea, quae habes paullo post p. 774.

Pag. 655. De tempore Urbani V (1362-70) in *Archiv. Avenion.*, *Intr. et exit. cam. apost.* praeter multa *manualia* haec tantum nactus sum volumina, in quibus *expensae* in certa quaedam collectae sunt capita: de anno 1362-63 (a die 6 m. novembris) nn. 300, 304; 1363-64 n. 307; 1364-65 nn. 311, 317; 1365-66 n. 318.

Pag. 655. Ad historiam palatii Avenionensis. — Cum in rationibus natarii palatii apostolici, qui palatio de storeis providebat,

praecipuae recenserentur camerae atque aulae palatii et sua cuique adiungeretur mensura, praeter eam, quam paullo ante (p. 655) ex an. 1364 de die 5 m. novembris protuli, reliquas quoque eius generis rationes excerpendas et colligendas duxi.

Quantum, excussis nonnihil tabulis Camerae, comperi, storearum usus exeunte demum pontificatu Clementis VI paullatim invaluit. Antea enim aulae palatii, ut scholae in studiis generalibus, sternebantur paleis et imprimis iuncis et pelone sive *fresqueria*, licet aliquae ex praecipuis cameris iam tunc storeis essent instructae. Sic anno 1349 a m. maio ad novembrem satisfactum est pro plus quam 300 fays sive oneribus de *ionc* sive de *iunquis pro ponendo et spargendo in tinellis et cameris apostolici palatii*. V. *Intr. et exit. cam. apost.* n. 250 (1347), f. 155*b*, cf. n. 260 (1349), ff. 147*a*, 151*b*, 155*a*; n. 286 (1358), ff. 187*a*, 191*a*. De natis v. l. c., n. 250, f. 161*b*; *Collectoriae* n. 462, f. 103*a*. — At paullo post evanescente paullatim usu iunci, storeae sive *natae* invaluerunt.

Primum igitur earum proferam rationes ac deinde breviter subiungam, quid ex eis de distributione palatii possit concludi.

1. *Intr. et exit. cam. apost. n. 263, f. 168*a: Die eadem *[20 m. februarii 1352]* computavit Petrus dels Glotos, habitator Avinionensis et natarius palatii domini nostri pape, ad relationem magistri Rostagni Berqui, qui dictas natas canavit, tam in palatio Avinionensi quam ultra Rodanum. Et primo dicit se posuisse in camera, que est subtus sanctum Michaelem iuxta magnam turrim XVII cannas et IIII palmos, ad rationem pro canna qualibet XI sol.; item in camera, ubi iacet dominus noster XXV cannas quadratas; item in camera paramenti LVIII cannas quadratas; item in gardarauba XXV cannas quadratas; item in camera, ubi iacent prelati XXXIII cannas quadratas; item in camera domini thesaurarii in palatio XXI cannas, IIII palmos. — Summa premissorum CLXXIX canne, VIII palmi.

Deinde recensentur LXXI cannae, VIII palmi posita in palatio ultra Rodanum Villaenovae et XXIIII cannae in camera domini vicecomitis Turennae.

Summa universalis predictarum cannarum II^c^LXXV canne. Valent ad rationem XI sol. pro canna CLI lib., V sol.; que pecunie summa fuit eidem soluta in CXXVI flor., XII den.; singulis florenis pro XXIIII sol. computatis.

2. *L. c., n. 267, f. 174*a: Die XXIX decembris predicta *[1353]* computavit Petrus Glotonis alias de Lem., natherius Avinionensis, de nathis paleis per eum traditis et positis in cameris palatii domini nostri pape de anno millesimo CCC quinquagesimo tertio, ut constat per relationem domini Raymundi Guitbaudi. Et primo computavit pro capella nova dicti palatii LXIX cannas, VI palmos quadratos; item pro camera domini nostri pape XXVI cannas; item pro camera paramenti LXVI cannas, IIII palmos; item pro camera cubiculariorum XXXVI cannas; item pro camera garderaube XXV cannas; item pro capella sancti Petri XLIIII cannas; item pro camera magistri hospitii XXX cannas; item pro alia camera sita iuxta capellam sancti Mathei XVI cannas;

item pro camera domini prothonotarii, nepotis (274*b*) domini nostri pape [1] XXX cannas; pro camera domini Petri de Monteruco alterius nepotis [2] XVI cannas; pro cameris dominorum camerarii et thesaurarii XLIX cannas.

Summa universalis omnium cannarum dictarum natharum est IIII^c VIII canne, II palmi, que valent ad rationem VII sol. pro qualibet canna, CXLII lib., XVII sol., III den. Que pecunie summa fuit eidem soluta in CXIX flor., XII den.; singulis florenis pro XXIIII sol. computatis.

3. *L. c.*, *n. 272*, *f. 165*a: Die penultima mensis novembris *[1354]* computavit Petrus de Glotonis, naterius Avinionensis, de natis per eum traditis et positis in palatio domini nostri pape in anno presenti LIIII^to, ut sequitur. Et primo computat pro una camera domini nostri pape XXVI cannas natarum quadratas; item pro alia camera parva eiusdem domini nostri pape X cannas quadratas; item pro camera paramenti LXVI cannas quadratas et IIII palmos; item pro introitu dicte camere III cannas quadratas; item pro camera cubiculariorum domini nostri pape XXXVI cannas; item pro camera garderaube XXV cannas quadratas; pro alia garderauba X cannas quadratas; pro capella s. Petri XLIIII cannas quadratas; pro capella s. Michaelis XXVI cannas quadratas; item pro camera domini electi Carcassonensis [3], nepotis domini nostri, XXX cannas; item pro camera domini Petri de Monteruco, alterius nepotis, XVI cannas quadratas; item pro camera domini thesaurarii XXVI cannas quadratas; pro camera domini camerarii XVIII cannas quadratas; item pro studio domini nostri pape X cannas quadratas; pro Ademaro La Rebieyra [4] IIII cannas quadratas.

Summa universalis dictarum natarum III^cL canne quadrate et IIII palmi; valent ad rationem et facto pretio per cameram cum eo ad VI sol. pro qualibet canna, valent CV lib., III sol., que pecunie summa fuit eidem soluta in LXXXVII flor., XV sol., singulis florenis pro XXIIII sol. computatis.

4. *L. c.*, *n. 277*, *f. 180*b: Die eadem XXIX decembris, anno LVI^to *(!)* *[1355]* computavit Petrus de Glotonis, natherius et habitator Avinionensis, de nathis palheis per eum in palatio apostolico positis anno LV^to, ut inferius continetur. Primo dixit se posuisse in introitu prime porte camere paramenti III cannas natarum palhearum quadratarum; item in camera paramenti domini nostri pape LXVII cannas quadratas; item in camera domini nostri pape XXX cannas quadratas; item in studio domini nostri pape XII cannas quadratas; item in garda rauba prope cameram domini pape XXV cannas quadratas; item in camera iuxta cameram paramenti XXV cannas quadratas; item in camera domini Carcassonensis XXXV cannas quadratas; item in camera domini Pam-

[1] Opinor indicari Arnaldum Alberti, qui 1354 constitutus est episcopus Agathensis et paullo post Carcassonensis v. Baluze, *Vitae pap. Avenion.*, I, 922.

[2] Renuntiatus est die 20 m. novemb. 1355 episcopus Pampilonensis (Regest. Vatic. *Innocentii VI* (n. 228) *commun. an. 3i*, tom. I, pars 1^a, f. 34*a* et die 23 m. decemb. 1356 cardinalis tit. s. Anastasiae v. Baluze, l. c., I, 934 *s.*

[3] Arnaldus Alberti, postea Auxitanus v. paullo ante not. n. 1.

[4] Ostiario primae portae; v. l. c., f. 171*a*.

pilonensis XVI cannas quadratas; item in camera magistri hospitii XII cannas quadratas; item in camera Claramontensis [5] XXV cannas quadratas; item in camera dominorum Iohannis de Baro et Iohannis de Vernhio [6] XXV cannas quadratas; item in capella s. Petri XXV cannas quadratas; item in capella magna nova LXVII canas (!) et IIII palmos quadrat*[os]*; item in revestiario iuxta dictam capellam XXIIII canas quadratas; item in camera domini Albiensis [7] XXIIII canas quadratas; item in camera domini camerarii XVIII cannas quadratas; item in camera domini thesaurarii XXV cannas quadratas; item in capella dicti domini thesaurarii III canas quadratas; item ultra hoc computat pro expensis VI flor.

Summa universalis cannarum quadratarum est III^cLXI cannarum et IIII palmorum quadrat*[orum]*, que valent ad rationem computando pro qualibet canna VI sol., CXXXVIII lib., IX sol., et VI flor. Que pecunie summa fuit eidem soluta in CXXI flor., IX sol., singulis florenis pro XXIIII sol. computatis.

5. *L. c., n. 278, f. 242*c a: Die eadem XXIX decembris *[1356]* sequitur computum Petri de Glotonis, natherius (!) Avinionensis, de natis positis per eum in cameris palatii domini nostri pape isto anno, ut sequitur. Et primo dixit, se posuisse in camera paramenti domini nostri pape LIX cannas quadratas; item in camera, in qua iacet dominus noster XXII cannas cum dimidia quadratas; item in gardarauba domini nostri iuxta cameram predictam XX cannas quadratas; item in camera prope cameram paramenti XX cannas quadratas; item in camera domini Carcassonensis XXX cannas quadratas; item in camera domini Albiensis XX cannas quadratas; item in capella dicti domini Albiensis II cannas quadratas; item in camera paramenti domini Albiensis XX cannas; item in capella s. Petri XX cannas quadratas; item in parcu, ubi cantores cantantur (!) III cannas quadratas; item in camera domini Claramontensis XII cannas quadratas; item in camera magistri hospitii XII cannas quadratas; item in camera domini Pampilonensis XII cannas quadratas; item in studio domini pape X cannas quadratas; item in camera domini I. de Bar, et domini I. del Vernh XVI cannas; item in introitu camere paramenti domini pape III cannas; item in camera domini camerarii XVI cannas; item in camera domini thesaurarii XXV cannas; item in magna capella domini pape LXIIII cannas, IIII palmos; item in parcu dicte capelle V cannas; item in revestiario dicte capelle XX cannas.

Summa universalis omnium cannarum, ut constat per relationem magistri Rostagni Berqui servientis armorum et fusterii domini nostri pape, qui cannavit, IIII^cXII canne quadrate, que valent ad rationem VI sol. pro qualibet canna, CXXIII lib., XII sol. Que summa fuit eidem natherio soluta in CIII flor., singulis florenis pro XXIIII sol. computatis.

[5] Petrus de Agrifolio, postea Uticensis.

[6] Cubicularii.

[7] Guilelmus Alberti, nepos Innocentii VI, quem *Gallia Christiana* et BALUZE, (l. c., I, 923) Hugonem vocant: cf. paullo ante p. 648.

6. *L. c., n. 282, f. 190*b: Die eadem *[29 m. decembris 1357]* sequitur computum redditum Petrum de Glotonis, natherium curie Romane, de natis per eum positis et traditis in palatio domini nostri pape anno presenti, ut sequitur per partes. Et primo dixit, se posuisse ad relationem magistri Rostagni Berqui, fusterium et servientem armorum domini nostri pape, in camera, in qua iacet dominus noster papa XXVI cannas; item in gardarauba ipsius domini nostri pape XVI cannas; item in capella domini pape VI cannas; item in studio domini pape VIII cannas; item in camera paramenti LXVI cannas, IIII palmos; item in introitu dicte camere, videlicet ad portam, II cannas; item in quadam camera prope cameram paramenti XVII cannas; item in camera domini Auxitani XXXIII cannas; item in capella s. Petri XXV cannas; item in parcu, ubi capellani cantant, IIII cannas; item in camera domini thesaurarii XXV cannas; item in gardarauba eiusdem II cannas; item in capella sua II cannas et IIII palmos; item in camera bassa domini Albiensis XXV cannas; item in camera secreta eiusdem XVI cannas; item in capella eiusdem III cannas, IIII palmos; item in camera domini Helie de Liouro XVI cannas; item in camera magistri hospitii XII cannas; item in camera, quam solebat tenere dominus Claramontensis, XVI cannas; item in camera prope cameram domini Auxitani XVI.

Summa per totum: CXXXVI canne quadrate cum dimidia; valent ad rationem VII sol. pro canna, CXVII libr., XV sol., VI den.; que summa fuit eidem soluta in XCVIII flor., III sol., VI den.; singulis florenis pro XXIIII sol. computatis.

*Fere easdem cameras et mensuras habes in n. 286, f. 191*b *ad diem 29 m. decembris 1358; hinc ea sola excerpam, quae mutata vel addita sunt:* pro camera, in qua hostiarii camere pape comedunt, VI cannas quadratas; pro tinello parvo iuxta cameram paramenti XVIII cannas quadratas; item in capella parva magni tinelli VI cannas quadratas . . ., pro magna capella antiqua XX cannas.

7. *L. c., n. 293, f. 169*b: Die eadem *[ultima m. octobris 1360]* sequitur computum natarum positarum in palatio apostolico et cannatarum per magistrum Rostagnum Berqui, servientem armorum et fusterium domini nostri pape. Primo in capella et in revestiario IIII^{xx}VI canne. Item in II cameris tenentibus capelle et in magno corraderio XLIX canne. Item in turri, in qua iacet dominus noster papa, XXV canne. Item in camera paramenti L canne. Item in gardarauba VIII canne, IIII palmi. Item in camera domini Auxitani XXXIII canne, IIII palmi. Item in camera domini thesaurarii XXVII canne. Item in camera domini camerarii XVI canne. Item in camera magistri hospitii XI canne. In camera Ademari de Riperia [8] XVI canne. In camera domini Iohannis de Bar VIII canne.

Summa tota dictarum natarum CCCXXXIX canne; valent qualibet canna (170*a*) computata, prout dicit pretium esse factum cum eo, CI lib., XIIII sol., que pecunie summa fuit eidem soluta in LXXXIIII flor., XXII sol.

[8] V. paullo ante not. 4.

*F. 170*b: Die ultima novembris computavit Hugo de Claromonte, naterius Avinionensis, de certa quantitate natarum per eum de novo in palatio apostolico ultra alias, quas primo posuerat, ut in alio computo suo suprascripto continetur, ad relationem magistri Rostagni Berqui fusterii dicti palatii. Primo computavit pro camera, que est subtus cameram domini nostri pape, XXV cannas; item pro camera Guillelmi Alberti, nepotis domini nostri pape, XV cannas, IIII palmos; item pro alia camera iuxta supradictam cameram VIII cannas; item pro camera domini episcopi Tholonensis, confessoris domini nostri pape, X cannas cum dimidia; pro camera domini Iohannis de Baro cubicularii, V canne, V palmos.

Summa per totum: LXIIII canne, II palmi, valentes ad rationem pro qualibet canna VI sol., valent XIX lib., V sol., VI den., que fuerunt eidem solute, ipso manualiter recipiente, */in/* XVI flor., XVIII den.

8. *L. c., n. 294, f. 122*b: Eadem die ultima mensis novembris */1361/* computavit magister Hugo Clarmon de Robione [9] notarius (!) de expensis per ipsum factis in dicto mense pro nattis (!) cadratis per eum emptis, mensuratis per Veranum fusterium et positis in certis cameris palatii Avinionensis, ad r*/el/*ationem Guillelmi de Guilhamie, servientis armorum domini nostri pape ad hoc deputati, prout sequitur. Et primo pro camera paramenti domini nostri pape L cannas; item pro camera turris prefati domini nostri pape XXV cannas; item pro una garda rauba prefati domini nostri pape XVI cannas; item pro camera, ubi species reservantur vel reponuntur, V cannas; item pro munitione pontis novi, per quem itur apud capellam, X cannas; item pro aliquibus, que deficiebant, quasi medietatem, in magna capella XXV cannas; item pro parvo tinello, que fuerunt posite de subtus mensas, X cannas; item pro studio prefati domini nostri pape VI cannas; item pro studio inferiori prefati domini nostri, quod tenet dominus Iohannes de Bar, VII cannas; item pro camera domini camerarii XXV cannas; item pro camera, ubi dominus camerarius cubat, et pro munitione sui studii XVI cannas; item pro camera domini Arnaldi de la Ribeyra XIIII cannas; item pro camera Ademari de Riperia XV cannas; item prò camera domini Albiensis XXXII cannas; item pro studio suo XVI cannas; item pro camera domini Tholonensis XVIII cannas; item pro camera domini.. thesaurarii XXXI cannas; item pro camera domini .. decani et pro studio suo XIII cannas; item in camera prefati domini thesaurarii circa lectum VI cannas; item pro alia camera superiori prefati domini thesaurarii XI cannas; item pro capella antiqua infra palatium XXII cannas.

Summa universalis omnium cannarum predictarum III^{c}LXIII, quelibet canna ad rationem X sol., valent CLXXXI lib.; que pecunie summa fuit eidem magistro Hugoni soluta in CLV flor. fort*/ibus/*, quolibet floreno pro XXIIII sol. monete Avinionensis computato.

9. *L. c., n. 300, f. 135*b: Die XXIIII die m. decembris */1362/* computavit Guillelmus La Guilhalmia, serviens armorum domini nostri pape, de

[9] Paullo post n. 9: *Borbione*: fortasse *Bourbon*.

IIII^cLXXX cannis natarum per ipsum habitis et receptis ab Hugone et Stephano de Clarmont, notariis (!) de Borbione, et per ipsum positis in certis tinellis et cameris palatii Avinionensis a die VI m. novembris usque ad dictam diem inclusive, ad rationem VIII sol. pro canna qualibet, prout sequitur. — Et primo pro camera paramenti domini nostri pape et in aliis duabus cameris secretis CIX cannas; item in tinello parvo subtus mensas et in introitu camere paramenti et parvi tinelli XIII cannas cum dimidia; item in camera domini Psalmodiensis et domini Bernardi de Sancto Stephano XVIII cannas; item in capella magna et consistorio novo CIII cannas cum dimidia; item in camera domini camerarii et capella sua de consistorio LIII cannas cum dimidia; item in studio, ubi dominus Iohannes de Bar tenet regestrum suum, VIII cannas; item in camera domini Uticensis XXI cum dimidia; item in capella antiqua et coro, ubi capellani cantant, XXIX cannas cum dimidia; item in capella magni tinelli, ubi dominus noster papa audit missam, VII cannas; item in camera domini de Monteferrando XVII cannas cum dimidia; item in camera domini thesaurarii et in alia camera quondam domininі Psalmodiensis et capella XXXII cannas; item in camera regia et in camera domini Viennensis XXXVI cannas cum dimidia; item in camera domini Tholonensis XIII cannas; item in camera domini Iohannis Garrigie [10] XVII cannas cum dimidia.

Summa natarum predictarum est IIII^cLXXX cannas (!), valent ad rationem predictam et fuerunt eisdem Hugoni et Stephano soluti CLX flor. fortes, quolibet florenorum pro XXIIII sol. monete Avinionensis computato.

*Fere idem habes f. 154*b *ad diem 5 m. novembris 1363; inter alia:* item in capellis parvis de tinello et de consistorio XVI cannas, item in camera paramenti L cannas . . ., item in studio superiori et inferiori XVI cannas.

10. *L. c., n. 318, f. 80*b: Die XXIX dicti mensis *[novembris 1365]* computaverunt Stephanus et Hugo de Claromonte fratres de natis per ipsos traditis et administratis pro usu hospitii palatii, prout sequitur. Et primo pro cameris paramenti et secreta turris domini nostri pape LXXVI cannas; item pro studio et una camera desuper eiusdem domini nostri XXXIX cannas, VI palmos; item in parvo tinello et loco, ubi comedunt cubicularii, XI cannas cum dimidia; item in vestiario ipsius domini nostri pape X cannas; item in magna capella cum antiquo consistorio C cannas, I palmum; item in capella s. Stephani et loco, ubi cantant capellani, XLII cannas, II palmos; item in ambulatoriis circa viridarium LXIII cannas; item in capella magni tinelli cum illa desubtus XV cannas, VI palmos; item in duabus cameris domini camerarii L cannas, V palmos; item in quatuor cameris domini Avinionensis LXXI cannas, VI palmos; item in cameris domini Uticensis XLVIII cannas; item in cameris domini thesaurarii LXVI cannas; item in camera domini Foroiuliensis cum studio XVI cannas, I palmum; item in cameris abbatis Montismaioris XXX cannas; item in camera domini Montisferrandi XV cannas; item in camera domini B. de Sancto Stephano XVIII cannas, V palmos;

[10] *F. 157*a dicitur *prepositus ecclesie Barchinonensis.*

item in camera nepotis domini nostri VIII cannas cum dimidia; item in camera domini Iohannis Gair. IX cannas.

Summa omnium premissorum, ad rationem pro qualibet canna V sol., VI den., est et fuit eisdem soluta in CXLIIII flor. camere, VII sol.

*Fere idem habes in n. 311, f. 155*b *ad diem 14 m. decembris 1364; inter alia:* Primo in camera paramenti domini nostri pape XXIII cannas; item in camera secreta cum camera cubiculariorum domini nostri pape XXII cannas; item in capella domini nostri pape XVI cum III palmis cum dimidio . . .; item in camera, que est iuxta ambulatoria iuxta virgulta XXII cannas; item in premissis ambulatoriis circa ortum XLIX cannas, VI palmos; item in ambulatoriis, que sunt iuxta cameram magnam superius XXVI cannas, VII palmos. . .; item in camera domini Bernardi de Sancto Stephano XII cannas, V palmos cum dimidio; item in plano ante cameram domini nostri pape VIII cannas. — Summa totalis III^cXXIIII *etc.*

11. *L. c., n. 343, f. 186*a: Die IIII ianuarii *[1376]* computavit Guillelmus La Guilhalmia, custos folrarie domini pape, de IIII^c cannis cadratis natarum palearum positis in palatio Avinionensi isto anno, ut sequitur. Et primo fuerunt posite in camera paramenti LIIII canne et VI palmi. Item in camera Servi XIIII canne, IIII palmi. Item in camera nova, in qua iacet dominus papa, XXV canne et V palmi. Item in introytu dicte camere nove a parte camere paramenti VI canne, III palmi. In stubis domini pape VIII canne, III palmi. In camera librarie prope concistorium VIII canne, II palmi. In ambulatoriis supra viridar*[ium]* LXVII canne, III palmi. In magna capella LXXVIII canne, V palmi. Item in revestiario dicte capelle XXIX canne. In capella antiqua LVII canne et V palmos. In capella parva magni tinelli VII canne, IIII palmi. In camera hospitum XXX canne et III palmi. In camera secreta ibidem XVI canne et VI palmi. In alia parva camera, ubi tenentur aliqui panni, IIII canne. In camera domini Iohannis de Baro [11] VII canne. Item in camera domini Guillelmi de Prohinis [12] VI canne, II palmi. In camera domini thesaurarii VI canne, III palmi. In camera sua paramenti XIX canne et III palmi. Item receperunt domini P. de Cassanhis [13], P. Giraudonis et Robertus, quilibet duas pecias pro eorum cameris, ascendunt XV cannas. Item habuit Petrus Fabri [14] VI cannas. Item in camera domini de Turre XV canne, I palmus. Item prope portam gippi I canna, VI palmi.

Summa totalis IIII^cLXXXVI canne quadrate, ascendunt ad rationem VI sol. pro qualibet canna - CXXI flor. communes, XII sol.

Restat, ut breviter significem, quid potissimum ex praemissis pro re nostra erui possit.

Imprimis, ut mensuras camerarum palatii rite aestimemus, animadvertendum est, non integras aulas singulis annis novis instructas esse storeis,

[11] Capellanus commensalis, cf. l. c., *Vadia ordinaria.*

[12] Clericus camerae.

[13] Capellanus commensalis.

[14] Scutifer.

sed quandoque eas tantum renovatas esse partes, quae magis consumptae erant ac detritae. Quare plurium annorum mensurae colligendae sunt pro uniuscuisque aulae magnitudine definienda.

Hac ratione mensuras inter se conferendo, habemus positas esse cannas storearum

	1352 n. 1	1353 n 2	1354 n 3	1355 n. 4	1356 n. 5	1357 n. 6	1358 n. 6	1360 n. 7	1361 n. 8	1362 n. 9	1363 n. 9	1364 n. 10 et p. 655	1365 n. 10	1376 n. 11
in cameris:														
papae.	25	26	26	30	22 1/2	26	25	25	25			24 1/2	(26)	25
								in turri						nova
paramenti . . .	58	66	66	67	59	66	66	50	50	(109)	50	50	(50)	54
gardaraubae . .	25	25	25	25	20	16 ?	..	..	16 ?	..	..	..	..	..
alia . .	17	..	10	..	..	..	..	8	..	..	..	..	..	..
cubiculariorum .	33	36	36	..	..	..	18	..	..	..	..	..	..	..
studio	..	..	10	12	10	8	..	..	6	..	8	16	..	..
tinello parvo. .	..	..	..	25	20	17	18	..	(10)	..	..	(8)	..	..
in capellis:														
magna nova . .	..	69 1/2	..	67	64	..	..	86	c. 50	..	..	40	..	78
								c. revest.						
» antiqua .	..	..	..	..	..	..	20	..	22	29	..	..	42	57
s. Martialis. . .	..	..	..	..	..	6	6	..	..	7	8	7	7 1/2	7
s. Petri	..	44	44	25	20	25	..	..	..	..	..	..	..	..
s. Michaelis. . .	..	..	26	..	..	..	..	..	..	..	..	..	..	..

Ex his misuris observandae sunt imprimis illae capellae s. Michaelis et gardaraubae sub illa sitae, quae accurate inter se conveniunt. — Simili modo tot cannae tribuuntur capellae consistorii (antiqui) sive s. Ioannis Bapt., quot capellae magni tinelli sive s. Martialis, quarum altera primam, altera secundam contignationem occupat turris s. Ioannis. — Denique idem habemus de camera pontificis et de camera, quae subtus illam sita dicitur (n. 7), quarum utraque erat fere 25 cannarum.

Praeterea comperimus, capellam s. Petri, quae ut minus 44 continebat cannas, omnino esse distinguendam a *capella magna nova* supra consistorium sita (cf. nn. 2, 4, 5); deinde fuisse in palatio capellam quamdam a s. Matthaeo appellatam (n. 2); porro capellam s. Martialis fuisse tempore Innocentii VI capellam peculiarem sive secretam pontificis, in qua ipse *audiebat s. Missam* (nn. 6, 9, 10, 11). Denique observo, certe Gregorium XI, imo etiam Urbanum aliquid circa cameram turris innovasse ac novam incoluisse cameram, a camera Cervi Volantis (n. 11) distinctam. Fortasse id referendum est ad cameram *Romae* (nn. 10, 11).

Pag. 683, not. 543. *Intr. et exit. cam. apost.* n. 119 (1332-33) in cap. *de possessionibus emptis* f. 82b: « Die XXII m. aprilis *[1333]* pro quodam « muro Bertrandi Raynoardi, domicelli de Avinione, cui muro apodiata fuerat « domus audientie nove contradictarum, qui murus extimatus fuit pro medie- « tate etc. ipsius per magistros Arnaldum fusterium domini nostri et Pe- « trum Audeberti lapicidam iuratos ad summam XII lib., III sol. corona- « torum, et pro sex cannis et sex palmis quadratis soli dicte audientie « extimatis per dictos magistros ad summam XIII lib. cor. solvimus Guillelmo « Raynoardi, patruo dicti Bertrandi et actori eiusdem, XXV lib., III sol. cor.,

« inclusis XX^{ti} solidis solutis de dicta summa Bertrando Deodati de Avinione « pro dictis sex palmis soli ipsum tangentibus; quam summam solvimus eis « in XXXVIII sol., VIII den. turonensium grossorum cum o rotunda, VIII den. « coronatorum. »

Pag. 709, lin. 8 sup. *lege:* destructa aut laesa.

Pag. 738, lin. 21 inf. De Radulpho de Bonavilla iuvabit imprimis ex litteris, quibus die 28 m. martii 1386 post Raimundum de Bona renuntiatus est episcopus, haec excerpere: « Dilecto filio Radulpho de Bonavilla, electo Va« sionensi, salutem etc. — . . . postmodum vero ecclesia Vasionensis per obitum « bone memorie Raymundum episcopum Vasionensem, qui apud sedem pre« dictam diem clausit extremum, vacavit; . . . demum ad te ordinis fratrum « predicatorum professorem, capellanum nostrum, in theologia magistrum, in « presbiteratus ordine constitutum, religionis zelo conspicuum, vite ac morum « honestate decorum, in spiritualibus providum et temporalibus circumspectum « aliisque multiplicium virtutum donis, prout familiari experientia novimus, « insignitum, direximus aciem nostre mentis . . . . Datum Avinione V kal. aprilis « an. 8°. » V. Regest. Avenion. *Clementis VII, an. 8^{i}, pars 3^{a}*, tom. XLI, f. 63*b*. Iam vero dixi, Radulphum successisse fortasse Raimundo etiam in praefectura capellae pontificiae et in munere *confessoris*. Hoc enim probabili coniectura ex eo concluditur, quod Raimundus Ruffi eiusdem ordinis etiam m. decembri anni 1386 dicatur *socius confessoris domini nostri papae* eoque munere certe usque ad annum 1389 sit functus (v. paullo ante p. 739, not. 873). Ex quo plane exploratum est, etiam post annum 1386 confessorem Clementis VII fuisse ex ordine Praedicatorum; quo constituto, quid vero similius, quam fuisse eo munere insignitum Radulphum, Pontifici iam dudum familiaritate coniunctum.

EXPLICANTUR TABULAE
HUIC VOLUMINI ADIUNCTAE

Tabula I.

A. Conventus s. Francisci Assisiensis. — Is cum duplici ecclesia, quarum altera alteri est superposita, atque praealto *campanili*, praecipue operâ fratris Eliae, ab an. 1228 ad an. 1238 est constitutus ac postea usque ad tempus Sixti IV non parum amplificatus. Cum vero et ecclesiae et prima conventus pars in monte declivi ac praecipiti essent exstructae, nec ipsae constitui nec quidquam eis poterat adiungi nisi ingentibus substructionibus e subsidentibus partibus in altum eductis. Quo factum est, ut ex una solum parte, id est ab urbe superposita ad conventum pateret accessus. Quare nihil miror, quod Ioannes episcopus Nucerinus, cum die 27 m. martii anno 1319 de seligendo loco, in quo ex consuetudine illorum temporum *decima* a se collecta in tuto collocaretur, cum suis deliberaret, eum conventum dixerit locum *tutiorem aliis in provincia Spoletana,* et Clemens V haud spernendam partem thesauri Romanae ecclesiae cum bibliotheca Bonifatiana ac scripturis tabularii anno 1310 iusserit in eundem conventum reponi.

Tabula exhibet conventum et civitatem Assisiensem conventui superpositam, quae ex radice montis, cui insident, conspiciuntur.

Cf. *Collis paradisi amoenitas seu sacri conventus Assisiensis historiae libri duo, opus posthumum* P. M. Francisci M. Angeli a Rivotorto Ord. Min. Conv., *in lucem editum opera et studio fr. F. Antonii Carosi de Monte Leone.* Montefalisco 1704; (Papini Nic.), *Notizie sicure della morte, sepoltura, canonizzazione e traslazione di s. Francesco d'Assisi, edizione 2a colla descrizione storica della patriarcale Basilica sacra all'inclito Patriarca.* Foligno 1824. Fratini Gius. Min. Conv., *Storia della Basilica di s. Francesco in Assisi.* Prato 1882.

B. Camera prope sacristiam superiorem, in qua repositus erat thesaurus Bonifatianus. — Frater Elias iis, quas supra tumulum s. Francisci exstruxit, ecclesiis suam cuique adiunxit *sacristiam;* quarum, eadem ratione qua ecclesias, alteram alteri superposuit. Sitae sunt in meridiana ecclesia-

rum parte, *campanili* praealto et capella ss. Nominis ex utraque parte conclusae.

Iam habes in altera tabulae parte (B) ad dextram (1) imam campanilis partem, deinde (2) utramque sacristiam cum cameris intermediis, porro (3) capellam ss. Nominis, denique (4) cameram thesauri iuxta sacristiam superiorem.

Locus, in quo thesaurus romanae ecclesiae saeculo XIV erat repositus imprimis in tribus documentis accuratius definitur. Qui enim anno 1339 thesaurum recensuerunt, litteras, quibus hoc eis dabatur in mandatis, legisse se dicunt *in ecclesia sive loco s. Francisci in sacristia superiori dicte ecclesie, per quam immediate accessus seu ingressus habetur ad cameram, ubi dictus thesaurus erat et est repositus* (V. Denifle-Ehrle, *Archiv*, I, 325). Fere idem habes in recensione registrorum eodem anno 1339 Assisio Avenionem transmissorum. Dicuntur enim esse reperta *in camera, que est prope sacristiam superiorem fratrum Minorum de Assisio in loco, ubi conservatur et repositus est thesaurus romane ecclesie* (l. c., II, 71). Eodem anno Ioannes de Amelio, ut in thesauro quaedam documenta conquireret, accessisse se testatur *ad civitatem Assisii et locum fratrum minorum b. Francisci, videlicet ad cameram iuxta sacristiam superiorem, ubi prefatus thesaurus in archivis romane ecclesie conservatur*, (l. c., II, 8, 6, not. 4; I, 307). Praeterea fit mentio coffrorum, qui *fuerunt habiti de camera parvulina, que est apud Assisium iuxta aliam cameram, in qua dictus thesaurus conservatur*, (l. c., II, 98). Quare appellabatur saeculo XIV ea camera prope sacristiam superiorem sita *camera papalis* (l. c., II, 103), ipsa vero sacristia *capella apostolice sedis* (l. c., I, 283).

Porro in eodem loco fuisse thesaurum, cum primum Perusia Assisium transferretur, repositum, ex quamplurimis documentis non minus certo constat. Ioannes enim episcopus Nucerinus mense septembri anno 1319, cum rumor de irruptione proxime imminenti Ghibellinorum *extitiorum* in urbe serperet, agebat de decima papali *de sacristia* in locum tutiorem transferenda, (l. c., I, 241). Praeterea Ghibellini die 11 martii 1320 de thesauro diripiendo tractant cum fratribus Minoribus *in volta ante sacristiam*, (l. c., I, 246). Denique ex eadem sacristia dicuntur annis 1319 et 1320 esse ablata tum *decimae papales* collectae ab episcopis Nucerino et Assisiensi, (l. c., I, 241, 271), tum haud exigua pars thesauri Bonifatiani, (l. c., I. 274, not. 2, 280, 283, 287, 295, 299; cf. p. 306).

Ex his profecto liquet, thesaurum in tertia sive suprema sacristiae contignatione iuxta sacristiam superiorem fuisse repositum. Iam vero ea sacristia etiam nunc duas tantum habet cameras contiguas, alteram in *campanili*, alteram in suprema parte capellae ss. Nominis sitas (de ea v. Papini, l. c., p. 300, 310). In campanili thesaurum non fuisse, ex eo apparet, quod anno 1345 Montefalcone Assisium missi sunt opifices *pro reparatione tecti coperture sacristie s. Francisci, ubi est repositus thesaurus romane ecclesie,* (l. c., I, 304). Proinde in opposita sacristiae parte quaerenda est camera thesauri.

Ac sane in eam cameram, quae in suprema illius, quam dixi, capellae parte, minori quadam (supra aliam maiorem capellae sitâ) fenestrâ in Tabula notatur, satis apte omnia conveniunt, quae de camera thesauri paullo ante collegi. Nihilominus quidem eam minorem existimo, quam ut tantam rerum varietatem, quanta in thesauro Bonifatiano fuisse dicitur, continere posset. Quare putem hanc esse *cameram illam parvulinam*, quae fuisse dicitur *iuxta aliam cameram, in qua thesaurus conservabatur* (l. c., II, 98). Quod si ita fuerit, dicendum sane, sacristiam superiorem saeculo XIV fere dimidiam tantum partem eius spatii occupasse, quod nunc tenet, eamque proximam campanili; alteram vero mediam partem versus capellam ss. Nominis constituisse cameram thesauri. Quibus hac ratione statutis, tunc profecto ex sacristia superiori ad cameram papalem *habebatur immediate accessus*, et huic contigua erat camera quaedam parvulina,

Tabula II.

Palatium Romanorum Pontificum Avenionense decerptum ex « Delineatione perfecta civitatis Avenionensis » anni 1618. — Accuratum indicem earum, quae etiam nunc nobis praesto sunt, delineationum civitatis et palatii Avenionensis digessit Eugenius Müntz v. cl. *(L'histoire des arts dans la ville d'Avignon*, pp. 9, 16). Ex eo elucet omnium accuratissimam eam esse, cui titulus *Civitatis Avenionis omniumque viarum et aedificiorum eius perfecta delineatio, hoc anno MDCXVIII. — Illustrissimo ac reverendissimo domino domino Ioanni Francisco ex comitibus Guidiis a Balneo, archiepiscopo Petracensi et vicelegato Avenionensi grati animi pignus D. C. Odoricus Aloysius Septempedanus Picenus.*

Quatuor solum eius novi exemplaria. Tria vidi Avenione, duo nimirum in Museo Calvet et tertium in ecclesia s. Agricoli (in camera concionatoris prope sacristiam), quartum Parisiis asservatur in Museo, quod *Cabinet des Estampes* dicunt. Vix non omnia sunt non modice detrita, maxime ex eo, quod in ea parte, quae palatium exhibet, ex octo, quibus universa delineatio constat foliis, duo inter se fuerunt iungenda.

Licet plura in ea delineatione palatii sint minus accurate expressa, tamen eam phototypiâ describendam curavi, maxime quod formam universi palatii ita exhiberet, ut partes singulae aliis tabulis depictae facilius inter se possent componi; deinde quod in ea appareret hospitium et turris viridarii, quae Urbanus V prope turrim ss. Angelorum constituit.

Itaque imprimis observandum est hospitium viridarii sive pars illa appellata *Roma*. Eam multo etiam accuratius habes descriptam, qualis fuit saeculo proxime elapso, in collectione quadam delineationum Avenione in Museo Calvet asservata, quarum indicem vulgavit Müntz *(L'histoire des arts dans la ville d'Avignon*, pp. 11-13, v. imprimis, p. 13, nn. XII-XIV). — Deinde animadvertas oportet, palatium episcoporum Avenionensium, a cardinali Ar-

naldo de Via, nepote Ioannis XXII, exstructum, ab eius heredibus per Benedictum XII emptum atque episcopis Avenionensibus destinatum pro antiquo eorum palatio in *palatium papale* commutato. Nunc ibidem constitutum est studiorum collegium, quod *parvum seminarium* appellant.

Tabula III et IV.

Figura Palatii Avenionensis more architectorum delineata. — Quatuor eius generis nactus sum delineationes.

Prima ea est, cui titulus: *Plan du Rez-de-Chaussée du Palais des Papes dressé par le capitaine du Génie Pompary, le 21 Fructidor an. IX* (id est die 8 m. sept. 1801); habes eam in Duhamel, *Les origines du palais des papes* et in *Une visite au palais des papes d'Avignon,* denique in *Mélanges d'archéologie et d'histoire,* IV, planche 2. — In ea exstat palatium, quale saeculis proxime elapsis fuit, antequam pro maiori militum numero ibi collocando renovaretur et mutaretur.

Alia manu nitide descripta asservatur in aula bibliothecae Musei Calvet Avenione. Inscripta est: *Plan de la caserne du palais et de ses dépendences.* Ex notis adiunctis liquet eam paullo post annum 1839 esse exaratam. Praeterea ex eisdem notis discimus, ab ipso anno 1797, quo civitas Avenionensis perpetuo Galliae est addicta, milites aliquot veteranos in palatio fuisse collocatos, sed haud magno numero, cum palatium, partibus septemptrionali et orientali igne iam ab ipso saeculo XV° disruptis, plures capere non posset. Anno demum 1823 ita renovari coeptum est, ut singulis annis certâ pecuniae copiâ in id erogata, usque ad annum 1839 francorum 480,000 expenderentur. Praeterea 90,000 francorum erogata sunt, in exstruenda domo, quae *La Manutention* dicitur.

Tertiam habes in Courtet, *Notice historique et archéologique sur Avignon, accompagnée d'un plan inédit du palais des papes* in *Revue archéologique* (1885), *IX année.* Est ei index: *Plan géométral de l'ancien palais des papes à Avignon.* In ea hospitium viridarii Urbani V iam sublatum est. Palatium Benedictinum exhibet, quale erat, cum in eo carcer esset constitutus.

Quarta ea est, quam Viollet-le-Duc, *Le Palais-des-Papes et les Remparts d'Avignon* in *Archives de la Commission des Monuments historiques,* tom. III vulgavit. Cum enim paucis abhinc annis et artes et litterae in Gallia vigerent plurimum, multorum virorum tum artium tum historiae peritissimorum vota in hoc concurrebant, ut palatium pristinae restitueretur integritati et splendori. Itaque ille, quem paullo ante nominavi, clarissimus architectus, universo palatio diligentissime examinato, illud iuxta artis suae regulas ita descripsit compluribus tabulis atque egregia commentatione, ut sua quidem opinione fuerit tempore Innocentii VI (post annum 1358). — Deinde cum in parte palatii septemtrionali carcer publicus, in meridiana castra militum essent

constituta, de eis alio transferendis est actum. Itaque imprimis aliis in urbis partibus et carcer et castra sunt exstructa, quibus perfectis e palatio quidem Benedictino an. 1871 emissi sunt captivi et reconcinnata an. 1880 capella s. Ioannis, in ea reconditum est tabularium Vallis Clausae eiusque praefecto pars occidentalis est assignata. At ne simili ratione reliquum palatium reficeretur, bellum prohibuit anno 1870 motum, quod Avenione altera collocanda erat legio in novis castris, alterâ in palatio remanente.

Ex tabulis a Viollet-le-Duc vulgatis imprimis eam selegi (**tabulam III**), quae imam partem (rez-de-chaussée) palatii Benedictini et primam contignationem Clementini exhibet. Habes igitur in ea palatium fere, quale Petrus Piscis et Ioannes de Luperiis sub Benedicto XII, Clemente VI, Innocentio VI constituerunt, omissis omnibus iis partibus, quas Urbanus V, Clemens VII, vicelegati postea adiunxerunt.

Ne vero has partes penitus neglexisse viderer, **tabulâ IV** describi feci delineationem palatii anni 1801, quam primo loco commemoravi. Eâ exhibetur palatium, quale exeunte saeculo proxime elapso fuerat, idque ita ut ima tantum pars (rez-de-chaussée) sit descripta. — Imprimis animadvertenda sunt hospitium viridarii (Roma) a b. Urbano V annis 1364 et 1365 constitutum, a Clemente VII anno 1381-88 auctum, a vicelegatis, ut quibusdam placet, renovatum atque immutatum; deinde aedes a vicelegatis in platea magna palatii Clementini turri ss. Angelorum ac partibus ei adiacentibus adglutinatae; denique munitiones ab iisdem ante portam praecipuam palatii exstructae, quae quidem aedes ac munitiones ineunte hoc saeculo sunt dirutae. In parte vero septemtrionali observandae sunt ruinae capellae magnae Benedicti XII usibus captivorum concinnatae.

Quo autem facilius praecipuas palatii partes legentibus possem indicare, quamplurimis numeris, iisque in utrâque tabulâ iisdem, permultos distinxi locos, ita ut unâ eorum numerorum explicatione ambae enarrentur tabulae. Restat igitur, ut recenseam, quid singulis numeris significetur. — Numeri paginarum, quos huic inserui enarrationi, locos praecipuos indicant huius voluminis, ad quos pro ampliori declaratione est recurrendum.

PALATIUM ANTIQUUM SIVE BENEDICTINUM.

1. Turris Campanae, (pp. 618, 679) anno 1339 constituta a Benedicto XII, cuius insignia etiam nunc in concameratione maioris aulae comparent. Praeterea conspicitur ibidem praegrandis caminus. — In ipsa circa annum 1345, recondita erat pars *folrariae* et *vayxellae* (pp. 632, 705), anno 1361 eam incolebat Guiscardus vicecomes de Combornio, Limosinus (p. 655).

2. Turris Trulhatii (pp. 598, 691; 624, 638, 647, 651), quae an. 1341 exstrui coepta est in loco, quem antiquitus *pressorium* (trulhas) civitatis, unde nomen, deinde praepositura ecclesiae cathedralis, a tempore Ioannis XXII aedes unius ex cardinalibus occupaverant. An. 1347 perfecta atque an. 1354 incendio graviter vitiata, usque ad an. 1357 est renovata. — In ima parte

ad tempus constituta erat an. 1342 coquina (p. 628), deinde ab an. 1346 *lignerium* (p. 637). Partes superiores occupavit an. 1349 una ex cameris servientium armorum (p. 641), an. 1357 magister hospitii (p. 651). In suprema parte an. 1348 collocatae erant aliquae spingalae (p. 641).

3. La Glacière sive turris latrinarum (pp. 606, 620, 676) constituta est ab an. 1338, in prima et secunda contignatione sitae erant *privatae* inferiores et superiores (pp. 615, 617), in supremâ *ingenia* sive *artilheria* (pp. 615, 632, 639).

4. Turris s. Ioannis sive Consistorii (pp. 606, 620, 678) simul cum turri latrinarum est exstructa. In ima turri sita erat capella consistorii sive s. Ioannis Bapt., in media capella tinelli magni sive s. Martialis, in suprema quaedam camera (p. 612). Capellae illae egregiis ornatae erant picturis, quarum particulam aliquam exhibet Müntz E., *Les Peintres d'Avignon pendant le règne de Clément VI* in *Bulletin monumental* (1884), p. 10.

5. Turris ss. Angelorum sive Thesaurariae vel Plumbi (pp. 602, 682 *s.*, 701 *s.*), quae an. 1335 est aedificata. Continebat in *fundo* thesaurariam bassam, supra eam cameram Pontificis, denique thesaurariam superiorem magnam et parvam (p. 703).

6. Capella magna Benedicti XII sive s. Ioannis (pp. 600, 602, 674 *s.*), a Benedicto XII an. 1335 iuxta capellam superiorem s. Stephani est constituta. Eius iussu an. 1336 consecrata, dedicata est ss. Apostolis Petro et Paulo. Nihilominus iam tunc capella sive ecclesia s. Ioannis vocabatur. Exstructa an. 1352 in palatio novo Clementino altera *capella magna*, illa antiquior minus frequentabatur. An. 1392 igne aut destructa aut saltem plurimum est corrupta (p. 666), certe saeculis proxime elapsis solae eius supererant parietinae, in quibus an. 1667 sacristia ecclesiae cathedralis s. Mariae de Doms et paullo post aedes quaedam pro carcere publico tunc eo loco constituto sunt reconcinnatae, ut ex tabb. II et IV apparet. Captivis alio traductis an. 1880 capella antiqua affabre est renovata in eaque reconditum tabularium Vallis Clausae.

7. Consistorium Benedictinum et tinellus magnus (pp. 604 *s.*, 677 *s.*) inde ab an. 1337 ita in parte orientali palatii antiqui sive Benedictini sunt aedificata, ut consistorium inferiorem, superiorem contignationem tinellus magnus occuparet. Tinellum latini scriptores triclinium, auctores infimae latinitatis refectorium appellabant. Sua cuique adnexa erat capella, in turri s. Ioannis sita. Exstructo consistorio novo in palatio Clementino eoque longe ampliore, vix ullam antiquioris mentionem reperi.

8. Pars palatii Benedictini occidentalis (pp. 613 *s.*, 678 *s.*). Eas aedes, carreriam b. Mariae de Doms spectantes, ineunte pontificatu Benedicti XII, antequam an. 1339 renovatae et amplificatae sunt, tenebant camerarius et eleemosynarius secretus. Nunc eas incolit praefectus tabularii.

9. Camera paramenti sive pars meridiana palatii antiqui (pp. 605, 621, 676 *s.*) an. 1338 constituta.

10. Claustrum sive area palatii antiqui seu Benedictini, in rupe, cui palatium insidet excisum (p. 610 *s.*).

11. Puteus, qui in occidentali parte eiusdem claustri etiam nunc conspicitur (pp. 609, 610).

12. 13. Coquinae cum panetaria, buticularia, dressatorio magni tinelli. E quibus coquinae an. 1339 sunt exstructae (pp. 612 *s.*, 626 *s.*, 677 *s.*, cf. pp. 605, 606, 609), eisque paullo post reliquae officinae adiunctae (p. 623).

14. Tinellus parvus, in quo comedebant Pontifices (p. 695).

15. Fortasse camera vayxellae (p. 696).

16. 17. 18. Deambulatoria claustri palatii Benedictini (p. 680).

19. Gradarium magnum, quo e claustro ad deambulatoria contigua capellae magnae ascendebatur (p. 615).

20. Capella inferior s. Stephani, sub superiori sita, contingebat *cameram carbonis* (pp. 599 *s.*, 637), supra quam an. 1350 aedificata sunt deambulatoria (p. 641).

21. Studium Pontificis an. 1340 cum parte occidentali constitutum (p. 614 *s.*).

22. 23. 24. 25. Olim deambulatorium contiguum capellae magnae, an. 1392 igne consumptum et paullo post renovatum. Nunc ibidem constitutae sunt camerae publicae, destinatae ad usum adeuntium tabularium in contigua capella collocatum.

26. Eo loco videtur fuisse sita una ex praecipuis portis palatii Benedictini.

27. In eo aedificio in turris formam turri ss. Angelorum apposito vel prope illud sitae fuisse videntur coquina secreta sive coquina oris, an. 1339 igne exesa et renovata (pp. 612, 617, 637), ac stufae, a quibus fortasse *turris stupharum* appellatum est (pp. 647, 689, not. 587).

28. Murus viridarii, an. 1336 exstructus, cui a parte interiori adiuncta erant deambulatoria viridarii (p. 615 *s.*).

PALATIUM NOVUM SIVE CLEMENTINUM.

29. *Descensus* ex plateâ palatii Clementini ad Peyroleriam (pp. 637, 644, 650, 653).

30. Turris s. Michaelis sive Gardaraubae a Clemente VI an. 1343 constituta, cuius supremam partem capella s. Michaelis sive Gardaraubae, mediam Gardarauba occupabat (pp. 626 *s.*, 689 *s.*, 703).

31. Aedes in quarum ima parte audientia auditorum sacri palatii, in media consistorium novum, in suprema *capella nova magna* erant constituta (pp. 630 *s.*, 688, 691). E quibus consistorium tantae est altitudinis, ut nunc in eo sint collocatae pro militum cubilibus tres contignationes. Iis, quod doleas, praeclarae illae picturae Matthaei Iohanneti Viterbiensis, quae eo loco etiam an. 1822 conspiciebantur, partim destructae partim coopertae sunt. Cf. Duhamel, *Une visite au Palais des Papes d'Avignon*, p. 8.

32. Eo loco sub audientia constitutae erant scholae magistri sacri palatii ita amplae, ut 28 scamna continerent (p. 637), et prope eam an. 1355

camera ingeniorum sive artilheriae (p. 691). Scholas nunc occupat stabulum quoddam equorum.

33. Scalae magnae, quibus e plateâ palatii Clementini ad consistorium et capellam magnam novam patebat ascensus (p. 637).

34. Platea prima sive inferior palatii, in qua Urbanus V puteum fodi iussit (p. 658), cuius nulla patent vestigia, cum clausus sit, ne militaria exercitia impediret.

35. Porta palatii Clementini principalis, insignibus huius Pontificis et duabus turrellis ornata. De his turrellis legitur in Diario Iosephi Arnavon († 1820), quod ms. asservatur in Museo Calvet, p. 284: « Le 29 November 1770 « on demolit deux petits tours, qui formoient la façade du palais apostolique « sous pretexte, qu'elles menaçoient ruine depuis longtemps, de l'avis de Mr. Ti- « beaud, ancien architecte de la Reverende Chambre. Ce qu'on projette d'y « substituer sera probablement fort ridicule. A ce ridicule on ajoutera celui « de tomber les crenauds de toutes les tours. »

36. Turrella, cui similis fere prope eundem locum, in extrema ad occidentem parte palatii Benedictini erat exstructa (pp. 605, 607, 621). Haud procul ab ea an. 1357 collocatum erat molendinum palatii (p. 692).

37. Porta magna, *qua itur versus Dominam Nostram* (p. 636).

38. Turris quaedam humilior reliquis palatii Clementini (p. 638). Habes eam in tab. II expressam.

39. Turris Gachiae sive Audientiae, in cuius ima parte sita erat audientia contradictarum, in media camera camerarii (pp. 696*s.*, 698). Superior eius pars, cum minaretur ruinam, anno 1665 demolita esse dicitur. Quare nunc vix comparet. Vide tab. VII, n. 2.

AEDIFICIA AB INNOCENTIO VI ADDITA.

40. Turris s. Laurentii sive Revestiarii ab an. 1353 ad an. 1358. In ea dicitur fuisse revestiarium magnae novae capellae.

41. Eo loco erat tertius arcus frontis consistorii eius formae, qua etiam nunc duo ibidem conspiciuntur, reliquo aedificio in modum pilae ita adiunctus, ut sub eo pateret iter sive *carreria* ad Peyroleriam, pars vero superior contineret quamdam cameram. At nunc toto arcu destructo, tenuia tantum indicia apparent in extrema inter meridiem et occidentem parte consistorii.

42. Iter sive carreria ad Peyroleriam in rupe incisa (pp. 651, 693).

43. Pila sive *acoa* ad fulciendam *capellam magnam novam* an. 1357 exstructa (p. 651).

---

44. Camera Romae sive hospitium viridarii ab Urbano V an. 1364 constitutum (p. 693) et a Roberto de Gebennis (Clemente VII) amplificatum (p. 665).

45. 46. Aedificia nescio quo tempore, camerae Romae adiuncta. Fortasse aliqua ex iis tribuenda sunt cardinali Francisco Claromontano legato (1513-41), qui complura circa cameram Romae fertur renovasse.

47. 47ª. Domus et hortus contiguus, quae Avenionenses cardinalis Anglici Grimoardi, fratris Urbani V, fuisse censent (p. 656).

48. 49. Viridarium vetus (pp. 652, 658, 609).

50. Puteus viridarii (p. 605).

51. Viridarium novum (p. 658 *s.*).

52. Eo loco haud ita procul a turre Trulhatii constituta erant *lignerium*, marestella equorum, palafrenaria.

53. Aedes ab aliquo ex legatis vel vicelegatis ex *platea* palatii Clementini turri s. Angelorum ac partibus ei contiguis adglutinatae, post annum 1801 dirutae.

54. Munitiones, quas dicitur erexisse Alexander de Columna, vicelegatus anno 1665, demolitâ ad id turre Gachiae (V. Ioudou, *Essai sur l'histoire d'Avignon*, p. 331). Quae munitiones circiter anno 1857 dirutae sunt.

55. Eo loco, antequam palatium Clementinum est exstructum, erat carreria b. Mariae de Doms (pp. 607, 678).

56. Via, quam nunc dicunt *Rue l'Union;* antea dicebant *Rue Vice-Légat* sive *Livrée* (librata).

57. (loco n. 63) *Rue des Ciseaux d'Or.*

58. *Rue de la Banaterie.*

59. Ecclesia cathedralis beatae Mariae de Doms, quae quidem tabulâ III exhibetur, qualem eam Viollet-le-Duc principio constitutam esse censuit; tabulâ IV vero capellis aliisque aedibus amplificata.

60. Hospitium marescalli curiae sive iustitiae ab an. 1345 aedificatum aut renovatum (pp. 632, 636).

61. Platea publica, quae fere usque ad an. 1347 domibus erat consita (p. 638). Circa eum locum situm fuisse videtur hospitium gentis Campellorum (Champeaux sive Chambaud), cuius in rationibus Camerae persaepe habetur mentio (pp. 637, 648 *s.*).

62. *Place de la Mirande.* — (De n. 63 v. n. 57).

Tabulae V et VI.

Exhibentur his tabulis partes palatii, occidentalis, quae portam praefert principalem, et orientalis, quales nunc tot saeculorum vicissitudinibus deformatae conspiciuntur.

Tabula VII.

In ea tabula, quam ex opere paullo ante (p. 780) nominato Viollet-le-Duc decerpsi, easdem, quas in tab. V et VI habes palatii partes, quales eas is, quem dixi, clarissimus vir principio, exeunte inquam pontificatu Innocentii VI,

exstructas esse, opinatus est. Expressit enim turrim s. Laurentii, anno 1357 demum perfectam, at omisit aedes ab Urbano V circa turrim ss. Angelorum in *viridario* adiunctas.

Tabula VIII.

In parte superiore (A) descripta est pars occidentalis turris ss. Angelorum e platea palatii Clementini, qualis nunc est, destructis iis, quae ipsi ex hac parte adglutinatae erant, aedibus Quare tenuia tantum apparent vestigia eius formae, quam potissimum in fenestris et portis ac reliquo ornatu saeculo XIV° exhibuerat. Quam formam principalem ut, qua possem, ratione legentibus ponerem ob oculos, in altera tabulae particula (B) occidentalem eiusdem plateae partem delineandam curavi, quippe quae multo magis quam orientalis, integra permanserit.

IMPRIMATUR

FR. RAPHAEL PIEROTTI O. P. S. P. A. MAGISTER.

IULIUS LENTI PATR. CONST. VICESG.

Facultatem concedimus, ut hoc opus typis mandetur,
si ita iis, ad quos pertinet, videbitur.
ROGERIUS FREDDI, *Praepositus Provinciae Romanae Societatis Iesu.*

A

B




CONVENTUS ASSISIENSIS S. FRANCISCI.

3. Capella S.S. Nominis 2. A Sacristia inferior 1. Campanile
4. Camera Thesauri B Camerae intermediae
C Sacristia superior

PALATIUM PONTIFICUM DECERPTUM


EX "DELINEATIONE PERFECTA CIVITATIS AVINIONENSIS" ANNI 1618

TAB. II.




1 Turris Campanae
2 " Trulhatii
3 " S. Joannis
4 " Gardarobae
5 Hospitium Viridarii (Roma)
6 Turris S. Laurentii
7 " Gachiae
8 Capella magna Benedicti XII
9 S. Maria de Doms
10 Palatium episcoporum

PALATIVM TEMPORE INNOCENTII VI. C. AN. 1360



DELINEATIO PALATII ANNO 1801 DESCRIPTA




1
3
4
5
7



PROSPECTUS PALATII ORIENTALIS.

1. S. Maria de Doms
2. Turris Campanae
3. Turris Trulhatii
4. " " S. Ioannis
5. Turris SS. Angelorum
6. Campanile
7 Turris Gardaraubae
8 " " S. Laurentii

PROSPECTUS PALATII TEMPORE INNOCENTII VI. C AN 1360

A



A ORIENTALIS.

B



B OCCIDENTALIS.

1 S. Maria de Doms
2 Turris Trullatz
3 La Glacière
4 Turris Campanae
5 „ S. Iohannis
6 [illegible]
7 Turris [illegible]
8 „ [illegible]
9 Conclavium
10 Turris [illegible]

11. Turris Gachiae

A



TURRIS SS. ANGELORUM E PLATEA PALATII CLEMENTINI

B



PARS EIUSDEM PALATII OCCIDENTALIS EX EADEM PLATEA

FOR REFERENCE
NOT TO BE TAKEN FROM THIS ROOM

Z
810
.R76
E34 18365

Ehrle, F. - Historia bibliothecae ...

PONTIFICAL INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK CRESCENT
TORONTO-5, CANADA

18364